






Digitized by the Internet Archive  
in 2011 with funding from  
University of Toronto

<http://www.archive.org/details/operaomnia10bona>











DOCTORIS SERAPHICI  
S. BONAVENTURAE

S. R. E. EPISC. CARD.

OPERA OMNIA





DOCTORIS SERAPHICI  
S. BONAVENTURAE

S. R. E. EPISCOPI CARDINALIS

OPERA OMNIA

IUSSU ET AUCTORITATE

R<sup>m</sup>. P. DAVID FLEMING

TOTIUS ORDINIS FRATRUM MINORUM S. P. FRANCISCI

VICARII GENERALIS


EDITA

STUDIO ET CURA PP. COLLEGII A S. BONAVENTURA

AD PLURIMOS CODICES MSS. EMENDATA

ANECDOTIS AUCTA PROLEGOMENIS SCHOLIIS NOTISQUE ILLUSTRATA

TOMUS X.



AD CLARAS AQUAS (QUARACCHI)

PROPE FLORENTIAM

EX TYPOGRAPHIA COLLEGII S. BONAVENTURAE

MCMII.

---

Proprietas Litteraria.

---



DOCTORIS SERAPHICI

# S. BONAVENTURAE

S. R. E. EPISC. CARD.

## OPERUM OMNIUM

COMPLEMENTUM

TOMUS X.



AD CLARAS AQUAS (QUARACCHI)  
PROPE FLORENTIAM  
EX TYPOGRAPHIA COLLEGH S. BONAVENTURAE

—  
MCMII.

## CONTINENTUR IN HOC TOMO:

1. Dissertatio de scriptis seraphici Doctoris . . . . .	<i>pag.</i>	1
2. Dissertatio de eius vita . . . . .	»	39
3. Index alphabeticus noni voluminis . . . . .	»	75
4. Index locorum S. Scripturae (tom. V.-IX.) . . . . .	»	181
5. Index locorum Ss. Patrum aliorumque scriptorum (tom. I.-IX.) . . . . .	»	265

## PRAEFATIO.

Parvo hoc decimo<sup>1</sup> volumine, complemento aliorum praecedentium, novam omnium operum Seraphici Doctoris editionem, Deo favente, iam absolvimus, opus magni certe et improbi laboris diversorum Patrum, ad quod praeparandum et imprimendum tempus plus quam triginta annorum a nobis insumentum est.

Continentur autem in hoc volumine primo loco duae dissertationes, quarum prima exhibet conspectum syntheticum operum totius collectionis cum iudicio critico de pluribus operibus editis, altera vero agit de ipsa vita S. Doctoris. Sequuntur tres copiosi Indices: primus quidem est Index alphabeticus rerum in tomo IX. contentarum; secundus vero refert locos S. Scripturae, qui in tomis V.-IX. occurrunt, dum in tertio exhibentur loci Ss. Patrum aliorumque auctorum, qui in tota hac editione ab ipso S. Doctore allegantur. Notandum enim, nos in hoc indice non comprehendisse infinitas fere citationes Ss. Patrum, quae a nobis ad calcem elucidationis causa afferuntur. Quanti momenti sint hi Indices, insipienti facile patebit.

Tandem convenit, ut paucis verbis memoriam faciamus R. P. Quinctiani Müller, Provinciae Saxoniae S. Crucis, strenui collaboratoris nostri per multos annos, qui die 25 Iunii 1902 Erfordii in Germania pie in Domino obiit.

Natus erat Erfordii die 3 Octobris 1841. Studiis litterarum humanitatis vacavit in gymnasio civitatis Heiligenstadt et dein, variis superatis obstaculis, die 6 Maii 1864 Ordinem Minorum ingressus est. Finitis studiis, et die 12 Augusti 1871 sacerdos ordinatus, per paucos annos variis in conventibus curae animarum operam navavit, usque dum anno 1875, procellosa tempestate persecutionis Religiosorum, cum suis confratribus in Hollandiam exsulare cogeretur. Sed iam anno insequenti a Reverendissimo P. Ministro Generali pro nova editione operum S. Bonaventurae facienda destinatus, primum per quatuor annos Monachii in bibliotheca regia omne studium adhibuit ad codices diversos vel exscribendos vel conferendos, deinde ad Claras Aquas transmigravit, ubi eosdem improbos labores per plus quam viginti annos cum magna animi fortitudine et industria ad mortem usque continuavit.

Homo erat in primis indefessi et fere incredibilis laboris. Ut collaborator operum S. Bonaventurae sat multos et contentione plenos labores alacri semper

---

<sup>1</sup> Sub hoc numero non comprehenditur tomus *Indicum* in quatuor libros Sententiarum.

animo et libenter subiit, immo sponte sua onus diversorum laborum in se suscepit. Cordi ipsi erat, ut labores sibi demandatos meliore quo posset modo exsequeretur. Ut operibus ab obedientia sibi impositis satisfaceret, neque tempori neque labori pepercit. Secundum et tertium volumen Analectorum Franciscanorum ipsius potissimum opera exscripta, cum variis codicibus collata et pro editione praeparata sunt. Omni tempore denique, quod sibi reliquum erat, incubuit ad conscribendas pro variis actis diurnis et ephemeridibus elucubrationes de rebus religiosis et moralibus tractantes.

Optime autem sibi conscius erat, in tantis occupationibus animam nimis distrahi et ad terrena inclinari, nisi continue ad Dominum elevetur "per omnem orationem et obsecrationem orando omni tempore in spiritu „ (Eph. 6, 18.). Dilectus in Domino defunctus confrater praeter laborem aliud non novit nisi orationem. S. Missae celebrationi exercitium viae crucis praemittere consueverat. Ipsam vero S. Missam omni qua poterat devotione et diligentia celebrare solitus erat. Missa finita per sat longum tempus gratiarum actioni et meditationi intentus erat aliis interim Missis devote assistendo vel varias preces recitando. Pluries in die visitationem sanctissimi Sacramenti instituere solebat, quod pium exercitium vix unquam omisit. Praeterea omni hebdomada unum saltem officium Defunctorum recitare consuevit.

Ut vero magis acceptus esset Domino, necesse erat, ut per varias tribulationes probaretur. Diversis abhinc annis arthritide sat gravi longo tempore vexabatur, atque postea ultimis vitae suae annis vix unquam bona valetudine fruebatur. Iam in autumno an. 1900 in Collegio nostro per medium quasi annum tam gravi premebatur infirmitate, ut morti proximus videretur. Viribus utcumque restabilitis an. 1901 iter in Germaniam aggressus est, ut melius curae valetudinis intendere posset. Sed iam in ipso itinere ob cordis vitium periculum mortis incurrit et mox iterum in morbum tam vehementem incidit, ut per totius anni spatium inter mortem vitamque fluctuaret. Morbo semper magis ingravescente, cum pluries mortem sibi imminere putaret, devote semper ad ipsam se praeparavit. Tandem die 24 Iunii, cum agoniae cruciatibus vexaretur, per totum fere diem ad Dominum suspirando continue exclamabat: "Domine, Iesu! veni et accipe spiritum meum „. Ita sine intermissione sanctissimum Nomen Iesu pronuntiando die 25 Iunii 1902 hora prima matutina inter assistentium preces, impetu nervorum consumtus, animam Deo reddidit.

In Collegio S. Bonaventurae, die 12 Augusti 1902.

PP. EDITORES.



# DISSERTATIONES

## DE SCRIPTIS ET VITA

### S. BONAVENTURAE

---

In praefatione generali ad totam hanc Operum S. Bonaventurae collectionem (tom. I. pag. XXXVI) a nobis scriptum est: « In ultimò tomo nova vita S. Bonaventurae, augenda iis notitiis, quae a nobis, vel aliis hac aetate nostra reperta sunt, publicabitur, in qua etiam quae in Prolegomenis circa eius scripta

et doctrinam passim et sparsim dicta sunt, in unam synthesim colligentur ». Ut igitur his promissis stemus, duplicem dissertationem in hoc tomulo exhibemus, quarum prima est de operibus et opusculis sancti Doctoris, secunda de vita ipsius per modum annalium enarrata.

#### DISSERTATIO I.

##### De scriptis seraphici Doctoris.

Notum est, praeter opera genuina iam a saeculis falso attributa esse S. Bonaventurae non pauca scripta; unde primo agitur de operibus a nobis in hac collectione *receptis*, sive genuinis sive nonnullis inter dubia positis; secundo vero de pluribus opusculis perperam ipsi tributis; tertio de doctrina eiusdem.

##### PARS I.

##### De operibus legitimis et nonnullis dubiis.

In praefatione generali volumini primo praefixa quaedam dicta sunt de nomine *seraphico*, quod non prius quam saec. XV. Bonaventurae communiter tribuitur; deinde ratio redditur, quare post tot editiones nova haec ab ordine Fratrum Minorum operum omnium collectio suscepta sit; qua occasione vita duorum virorum, qui prae aliis de scriptis S. Bonaventurae optime meriti sunt, adumbratur, scil. vita Patris Benedicti Bonelli (pag. VII) et Patris Fidelis a Fanna (pag. VIII-XI).

Ut autem ad oculos pateat, quanta sit differentia inter iudicia principalium censorum, qui examen criticum circa haec opera instituerunt, exhibita est

S. Bonav. — Tom. X.

tabula 94 operum Vaticanae editionis, addito iudicio Casimiri Oudini, editorum Venetorum, Hyacinthi Sbaraleae et Benedicti Bonelli (pag. XII-XXI); deinde sequitur altera tabula (pag. XXIII-XXVI) referens opuscula 48, quae habentur in tribus voluminibus *Supplementi ad omnia opera Bonaventurae* editi ab eodem Bonelli.

Complura deinde dicuntur circa methodum in editione nostra observatam (pag. XXXI-XXXVIII) et in fine refertur (pag. XXXIX) bulla canonizationis S. Bonaventurae emanata a Sixto IV. anno 1482, decimo octavo Kal. Maii, et etiam Bulla Sixti V, qui eundem anno 1587 pridie Idus Martii inter sanctos Ecclesiae Doctores recensuit.

##### Primo de opusculis legitimis.

Congruum est, ut praemittamus tabulam omnium operum huius nostrae collectionis.

##### *Tabula omnium huius editionis operum.*

1-4. Commentarii in quatuor libros Sententiarum Petri Lombardi; tom. I-IV.

5. Quaestiones disputatae de scientia Christi, de mysterio SS. Trinitatis, de perfectione evangelica; tom. V. pag. 1-198.

6. Breviloquium, ibid. pag. 199-291.

7. Itinerarium mentis in Deum, ibid. pag. 293-316.

8. Opusculum de reductione artium ad theologiam, ibid. pag. 317-325.

9. Collationes in Hexaëmeron, ibid. pag. 327-454.

10. Collationes de septem donis Spiritus sancti, ibid. pag. 455-503.

11. Collationes de decem praeceptis, ibid. pag. 505-532.

12. Sermones selecti de rebus theologiceis, ibid. pag. 532-559.

13. Commentarius in librum Ecclesiastes; tom. VI. pag. 1-103.

14. Commentarius in librum Sapientiae, ibid. pag. 105-235.

15. Commentarius in Evangelium Ioannis, ibid. pag. 237-532.

16. Collationes in Evangelium Ioannis, ibid. pag. 533-634.

17. Commentarius in Evangelium Lucae; tom. VII. pag. 1-604.

*Appendix dubiorum opusculorum:*

18. Expositio in Lamentationes Ieremiae Prophetae, ibid. pag. 605-651.

19. Expositio orationis dominicae, ibid. pag. 652-655.

20. De Triplici via (alias Incendium amoris); tom. VIII. pag. 3-27.

21. Soliloquium de quatuor mentalibus exercitiis, ibid. pag. 28-67.

22. Lignum vitae, ibid. pag. 68-87.

23. De Quinque Festivitatibus pueri Iesu, ibid. pag. 88-98.

24. Tractatus de praeparatione ad Missam, ibid. pag. 99-106.

25. De Perfectione vitae ad Sorores, ibid. pag. 107-127.

26. De Regimine animae, ibid. pag. 128-130.

27. De Sex Alis Seraphim, ibid. pag. 131-131.

28. Officium de Passione Domini, ibid. pag. 132-138.

29. Vitis mystica, ibid. pag. 159-229.

30. Apologia pauperum, ibid. pag. 230-330.

31. Epistola de tribus quaestionibus, ibid. pag. 331-336.

32. Determinationes quaestionum, Pars I. et II, ibid. pag. 337-374.

33. Quare Fratres Minores praedicent et confessiones audiant, ibid. pag. 375-385.

34. Epistola de sandaliis Apostolorum, ibid. pag. 386-390.

35. Expositio super Regulam Fratrum Minorum, ibid. pag. 391-437.

36. Sermo super Regulam Fratrum Minorum, ibid. pag. 438-448.

37. Constitutiones Generales Narbonenses, ibid. pag. 449-467.

38. Epistolae officiales, ibid. pag. 468-474.

39. Regula Novitiorum, ibid. pag. 475-490.

40. Epistola continens 25 memorialia, ibid. pag. 491-498.

41. Epistola de imitatione Christi, ibid. pag. 499-503.

42. Legenda maior S. Francisci, ibid. pag. 504-564.

43. Legenda minor S. Francisci, ibid. pag. 565-579.

*Appendix dubiorum opusculorum:*

44. Speculum disciplinae, Pars I. et II, ibid. pag. 583-622.

45. Speculum conscientiae, ibid. pag. 623-645.

46. Summa de gradibus virtutum, ibid. pag. 646-654.

47. Collatio de contemptu saeculi, ibid. pag. 655-657.

48. Compendium de virtute humilitatis, ibid. pag. 658-662.

49. Epistola ad quendam Novitium, ibid. pag. 663-666.

50. Rhythmica, ibid. pag. 667-678.

51. Introductio cum opusculo de arte praedicandi; tom. IX. pag. 1-21.

52. Sermones de Tempore, ibid. pag. 23-461.

53. Sermones de Sanctis, ibid. pag. 463-631.

54. Sermones de B. Virgine Maria, ibid. pag. 633-721.

55. Sermones de Diversis, ibid. pag. 722-731.

OBSERVATIONES CIRCA SINGULA HAEC OPERA.

CAP. I.

*De Commentario in quatuor libros Sententiarum Petri Lombardi (Tom. I-IV).*

§ I. De his quatuor libris generatim.

1. De his agitur in Prolegomenis ad I. tomum pag. LX, et primo quidem quoad *authenticitatem* indubitam tangitur, quod evidens est ex ipso opere, auctorem ipsius fuisse Franciscanum, discipulum Alexandri

Halensis, Parisiis legentem, et statuitur iuxta Fr. Salimbene, ipsum « licentiatum » fuisse auctoritate B. Ioannis de Parma Ministri generalis et incepisse anno 1248 publice lectiones tradere de Sententiis Petri Lombardi (cfr. ibi et Denifle-Chatelain, *Chartularium Universitatis Parisiensis*, tom. I. pag. 187, nota 5.). Probabile tamen est, eum iam ab anno 1245 inter domestica septa fratribus suis Lombardum explicasse; de hoc vide § 2. pag. LVI et plura infra in secunda dissertatione. Ante Bonaventuram ex Ordine Minorum iam plures exstiterunt cathedraci, ut Alexander

Halensis, qui ante susceptum habitum iam fuit magister Parisiensis; Ioannes a Rupella, eius discipulus, qui primus inter Minores accepit licentiam docendi (Denifle, loc. cit. pag. 158 n. 4.), et obiit die tertio Februarii 1245; Odo Rigaldus, qui anno 1248 factus est episcopus Rhotomagensis, cui successit in cathedra Guillelmus de Melitona (Denifle loc. cit. pag. 211 n. 4.). Illos antiquiores Fratres suas de Lombardo lectiones scriptis mandasse, non est dubium, cum eorum nonnulla scripta in codicibus referantur; sed hucusque non sunt typis impressa. Quapropter Commentarius Bonaventurae primus dici debet, qui hoc sensu publici iuris factus est. A multis quidem *Summa Alexandri* vocari solebat *Commentarius in Sententias Lombardi* in sensu largo, non proprio, quod cuiilibet inspicienti manifestum est. Non tamen negamus, eundem ante suam *Summam* scripsisse talem Commentarium, postea quoad substantiam in *Summam* receptum. Bonaventura autem ipse testatur, se opus suum composuisse ex *Superiorum praecepto*.

2. Deinde demonstratur relatio, quae est inter *Summam Alexandri Halensis* et hunc Bonaventurae Commentarium (pag. LVII seqq.). Ex ipsis verbis S. Doctoris et ex ipso facto constat, in quaestionibus decidendis eum plerumque sequi magistrum suum Alexandrum, non tamen semper nec caece, eumque multas auctoritates Scripturae et Patrum ex ipso depromere. Expresse hoc dicit praecipue in praelocatione prius anecdota, quam praefiximus prooemio II. libri. Aliqua etiam quasi ad verbum conveniunt cum locis memoratae *Summae*, ut est quaestio de cognitione Dei, II. Sent. d. 23. a. 2. q. 3. Unde saepe dictum est, Bonaventuram plura transcripsisse ex *Summa Alexandri*. Insuper, si verum esset, illum tractatum, qui sub titulo *Summa de virtutibus* impressus est, a fratre Alexandro scriptum esse; dicendum esset, totam fere tractationem de virtutibus theologis in III. libro Sententiarum quasi ad verbum a Bonaventura sumtam esse ex Alexandro. Sed prorsus aliter res se habet; quod probatur hic (Proleg. pag. LVIII-LXII) et confirmatur aliis auctoritatibus in Proleg. ad III. tomum § 3. pag. IV. col. II. seq., in scholio I. tomi pag. 298 et accuratius in Proleg. ad V. tom. pag. XIII seqq. Rem diffuse ibi discussam paucis propositionibus hic comprehendimus:

a) Certum est, *Summam Alexandri* ab ipso relictam esse imperfectam et mancam in unaquaque quatuor eius partium. Hinc Papa Alexander IV. an. 1256 praecepit fratri Guillelmo de Melitona, ut, adiuvantibus aliis fratribus, suppleret quae *Summae* deerant; nec est dubitandum, hunc Guillelmum in quatuor quos adhuc vixit annis plura de hoc scriptis mandasse.

b) Certum est etiam, exstare aliquem tractatum cum titulo *Summa de virtutibus* impressum, qui manifeste explet magnam illam lacunam, quae in tertia parte *Summae* invenitur inter quaestionem XXVI et quaestionem LXIX.

c) De hoc tractatu controversia magna exorta est inter Waddingum O. M. et fratres Echardum et de

Rubeis O. P. Waddingus, seductus a fratre de la Haye, scripserat, S. Thomam in sua *Summa* illam *Summam virtutum* scriptam ab Halensi « pene verbotenus excepisse », quod prorsus veritatem excedit. Pro defensione S. Thomae isti duo patres etiam ultra veritatem progressi sunt, dicentes, praedictam *Summam* de virtutibus non existere sive esse fictam a Minoribus; aliter eam producendam esse. Attamen certe existunt saltem tria exemplaria impressa, quae oculis nostris vidimus: duo quidem Monachii in bibliotheca Regia et tertium in nostro conventu civitatis Belgicae S. Trudonis (St. Trond), quod accuratius examinavimus.

d) Certum etiam est, errare Sbaraleam fere gratis asserentem, nullam additionem post mortem Alexandri factam esse praedictae *Summae*. Quaedam saltem quaestiones de paupertate (*Summa Alexandri*, pars IV. q. 30. 31.), quae quasi ad verbum conveniunt cum Bonaventurianis (tom. V. De perfectione evangelica q. 2. a. 2. pag. 134 seqq.), non possunt esse scriptae ab Alexandro, qui mortuus est 1245 et manifeste non potuit singula argumenta refellere Guillelmi a S. Amore. Ille enim 1255 edidit libellum *Tractatus brevis de periculis novissimorum temporum*; idem paulo post scripsit adversus ea quae Bonaventura contra istum libellum « disputavit in scholis ». Cfr. tom. V. pag. 149 col. I, ubi S. Doctor ponit *replicationem* suam his verbis: « His autem, quae praedicta sunt, conatus est aliquis [Guil. a S. Amore] multipliciter adversari... hoc autem facit respondendo cuidam quaestioni minus sufficienter post collectae in scholis » etc. Hae igitur obiectiones cum *replicatione* Bonaventurae post mortem Alexandri receptae sunt in editionem *Summae Alexandri*. Hinc manifeste errat Sbaralea.

e) Ex hoc facto videtur esse probabilissimum, etiam alia, quae stilo Alexandri minus conveniunt, in *Summam* inserta esse; illa saltem quaestio de cognitione Dei potius tribuenda est Bonaventurae quam Alexandro, sicut et aliae quaedam quaestiones. In primis accuratius examinandae essent illae quaestiones *Summae*, quae post argumenta *pro* et *contra* longiorem habent conclusionem. Constat enim, auctores *Summarum* praecedentium, ut Guillelmus Antisiodorensis et Praepositivus, habere conclusiones brevissimas vix unius lineae; et etiam Alexander solet non raro conclusionem ad pauca verba restringere, saltem rem non ita diffuse ut Bonaventura in conclusione exponit, sed potius expositionem distribuit in multa argumenta probantia et contrariorum solutionem.

3. Plura testimonia referuntur § 4. pag. LXII col. II. de praestantia huius Commentarii, praecipue ex Gersone; dein pag. seq. tanguntur quaedam S. Doctoris sententiae obsoletae.

4. Saeculo decimo tertio et quarto a pluribus auctoribus opera scripta sunt ad illustrandum hos S. Bonaventurae commentarios. Inter scripta non impressa referuntur (pag. LXIV seqq.) haec:

a) Alexander ab Alexandria O. M.

b) Quidam Henricus, probabiliter Gökelman de Isny, archiepiscopus Moguntinus († 1288) O. M.

c) Ioannes de Altzeya.

d) Ioannes de Erfordia O. M.

e) Ioannes de Fonte O. M.

f) Fr. Kilianus O. M.

g) Richardus Rufus O. M. Anglus et plurimi alii auctores anonymi usque ad numerum 50. Alii tantum indices sive tabulas super commentarios S. Bonaventurae fecerunt (pag. LXIX).

5. Inter auctores hunc Commentarium illustrantes, quorum opera impressa sunt, nominari merentur sequentes (§ 7 pag. LXX):

Guillelmus Vorilongus (Vorlion) O. M., doctor Parisiensis, qui in IV. Sententias scribens, saepe recurrit ad Bonaventuram.

Stephanus Brulifer O. M. scripsit Reportata in quatuor libros S. Bonaventurae.

Nicolaus de Tudeschis O. S. B.

Nicolaus de Nisse O. M.

Pelbartus de Temesvar O. M.

Hugo de Sledstad O. M.

*Ex Ordine M. Conv.:*

Petrus Carpuleus Cortonensis.

Felix Gabrielli.

Matthaeus Ferchius.

Bonifacius de Augustinis.

*Ex Ordine M. Cap.:*

Petrus Trigosus, qui magno tomo tractatum Bonaventurae de Deo commentatus est.

Theodorus Foresti (De Trinitate).

Franciscus a Coriolano.

Ioannes Maria Zamorra.

Bonaventura Lingonensis.

Marcellus Regiensis.

Marcus a Baudunio.

Gaudens Bontempi.

Bartholomaeus a Barberiis.

Franciscus Maria a Bruxellis.

Marcus Antonius Galatius.

*Ex Ordine F. M. Recollectorum mentione digni sunt:*

Mathias Hauzeur.

P. Henno.

Inter recentes auctores P. Ludovicus a Castropiano O. M. scripsit opusculum: Seraphicus Doctor, disquisitio historico-theologica.

Denique § 8 pag. LXXIII agitur de diversis huius Commentarii editionibus, quae numero sunt viginti novem.

## § II. De primo libro Commentarii, scilicet in I. librum Sententiarum Petri Lombardi.

Hic liber I, quem Petrus Lombardus inscribit *de Unitate et Trinitate*, dividitur a Bonaventura (qui primo quatuor quaestiones prooemii explicavit) in quatuor partes principales (cfr. pag. 29). Prima est circa *frui et uti* (d. 1. et 2.); secunda de Trinitate, secundum quod intelligitur (d. 3-7.); tertia,

de Unitatis et Trinitatis proprietatibus et conditionibus (d. 8-34.); quarta, de conditionibus causalitatis; de scientia, de potentia, de voluntate (d. 35-47.).

1. Pro textus emendatione adhibiti sunt multi codices, quorum syllabus Proleg. pag. LXXVI seqq. exhibetur. Horum 35 sunt cum editione Vaticana collati, qui cum non collatis in toto explent numerum 58. Deinde agitur de hac codicum collatione et de via ac ratione adhibendi lectiones variantes, de tot locis theologicis et philosophicis citandis et de scholiis singulae quaestioni adiectis ibid. a pag. LXXXI seq. — Simul notandum est, in nostra editione pag. 471 post scholion exhiberi ex tribus codicibus anecdotum additamentum hucusque ignotum, quod tractat de subtili quadam quaestione circa *innascibilitatem Patris*. Probabile est, hoc fragmentum ab ipso S. Doctore postea additum esse; saltem est dicendum, illud bene explicare ipsius mentem.

2. Novam etiam textus Petri Lombardi editionem putavimus esse prorsus emendandam accurata quinque codicum et complurium editionum collatione. In hoc nobis erat maxima difficultas superanda, ut, quod in omnibus praecedentibus editionibus desiderabatur, verba ipsius Lombardi, quae solet textibus Ss. Patrum interserere, bene distinguerentur ab his verbis citatis. De his vide ibid. pag. LXXXII seq.

3. Tandem Proleg. pag. LXXXIV seqq. sequitur index auctorum et librorum, qui a Bonaventura secundum Vaticanam editionem citantur in his Commentariis.

Insuper in hoc et tomis sequentibus imprimi fecimus pro antiquitatis amatoribus catalogum ineditum eorum « locorum, in quibus dissentiunt frater Bonaventura et frater Thomas ». Hunc catalogum sumimus ex codice Luneburgensi et Burghesiano, saec. XIII. vel XIV. incipientis. Hae differentiae doctrinae quoad I. librum Sententiarum sunt numero 24, quarum pleraeque non sunt gravioris momenti. Catalogus iste pro hoc tomo habetur ibid. pag. LXX.

## § III. Commentarius in II. librum Sententiarum.

Hic ab auctore (pag. 13) in duas partes principales dividitur, quarum prima est de *hominis conditione*, quae iterum in duas partes subdividitur, secunda vero est de eius *tentatione et lapsu* (a d. 21.), quae iterum tripliciter dividitur.

1. In Prolegomenis huius tomi pag. III continuatur ille de differentiis doctrinae inter Ss. Thomam et Bonaventuram antiquus catalogus. Cum liber secundus agat de multis rebus philosophicis in varias disputatis partes ab antiquis temporibus, numerus harum differentiarum et maior et maioris momenti est, quam relatus pro I. libro Sententiarum. Enumerantur enim hic non minus quam 62 differentes opiniones, quarum plures satis graves sunt. Auctor harum differentiarum non respexit ad *Summam* theologiam S. Thomae, sed tantum ad Commentarium eius in Sententias. De his differentiis plura dicuntur

ibid. pag. V col. I. usque pag. VI col. II. Harum singularum in *scholiis* magis determinantur. Non paucae illae quaestiones etiam nostra aetate a viris doctis non eodem modo solvuntur, quarum *principales* fere sunt:

a) Quaestio, utrum *aevum* sive mensura Angelorum sit simplex, vel divisibilis, sive, quod idem est, utrum in Angelis (ut in Deo) *existentia* non sit distinguenda ab eius *duratione*, quod affirmat S. Thomas, negat S. Bonaventura (vide scholion pag. 63).

b) Utrum Angelus et etiam anima humana componatur ex materia [spirituali] et forma. De hoc vide d. 3. a. 1. q. 1. 2; d. 17. a. 1. q. 2. et scholion pag. 62 seqq. et pag. 416.

c) Utrum mundum non esse aeternum, ratione possit demonstrari, quod Bonaventura tenet contra S. Thomam, qui non certam, sed tantum valde probabilem rationem admittit; vide d. 1. a. 1. q. 2. et ibi scholion.

e) Utrum omnes Angeli differant specie, quod omnino tenet S. Thomas, et Bonaventura negat d. 3. p. 1. a. 2. q. 1; etiam in pluribus aliis de Angelis quaestionibus ipsi non conveniunt.

d) Bonaventura cum Augustino et antiquis Scholasticis admittit *rationes seminales* materiae a principio a Creatore inditas (d. 18. a. 1. q. 2. et 3.), quod S. Thomas negat.

e) Utrum tantum sit unica forma substantialis, ut vult S. Thomas, an sint plures formae substantiales intermediae, quod pluries affirmat S. Bonaventura d. 13. a. 2. q. 2. et ibi scholion. Ex hac et praecedenti differentia doctrinae aliae circa res naturales diversae positiones consequuntur.

f) Utrum gratia insit animae secundum substantiam, d. 26. q. 5; de quo vide ibi scholion.

g) Utrum Adam et Angeli a primo instanti habuerint gratiam, d. 4. a. 1. q. 2; et d. 29. a. 2. q. 2. et ibi scholia.

Notandum tamen primo, Bonaventuram scripsisse prius, quam Thomas fecerit suum Commentarium et deinde Summam. Item, omnes a Bonaventura defensae opiniones non sunt ipsi soli propriae (unde non merentur dici *singulares*), sed erant suo tempore inter doctores Parisienses communiores. Hoc aperte ipse dicit in iam laudata *praelocutione* pag. 1-3.

2. Textus secundi libri correctus est subsidiis 30 codicum et 4 editionum, quibus addendi sunt alii 45 codices non collati.

#### § IV. Tertius liber huius Commentarii.

Hic principaliter agit de incarnatione Filii Dei, quem tractatum auctor dividit in tres partes, quarum prima agit de unione naturarum in Christo (d. 1-11.); secunda, qualiter Christus se nostris infirmitatibus conformaverit (d. 12-18.); tertia, qualiter per mortem suam nos a morte liberaverit (d. 19-22.); his additur quarta libri pars de habitibus virtutum (d. 23-40.). Tertia haec pars Commentariorum prae ceteris ab antiquo magni aestimata est.

1. Differentiae doctrinae inter Ss. Thomam et Bonaventuram de mysterio incarnationis non sunt magni momenti (vide Proleg. pag. 1 § 1.) et eo minus urgendae, quia ipse in fine libri dicit, se diligentius in hoc libro observasse, ut *communibus* sententiis adhaereret, et quando non potnerit deprehendere, quae esset via communior, quia sapientes opinentur contra sapientes; tunc se magis uni sententiae adhaerere, ut *tamen aliam minime improbaret*. — In illo antiquo catalogo differentiarum inter S. Thomam et Bonaventuram pro tertio libro ponuntur tantum 22 diversae opiniones, quarum maioris momenti videtur esse n. 13. et 14. posita, utrum fides possit esse de demonstrative scitis (d. 24. a. 2. q. 3; cfr. ibi scholion).

2. Textus huius libri correctus est ope 28 codicum et duarum editionum, quibus addendi sunt alii 39 non collati; in toto sunt 67 codices.

In fine huius voluminis d. 40. dub. 3. diffuse agitur de celebri quaestione circa *causalitatem Sacramentorum*, quae proprie spectat ad IV. librum d. 1. p. 1. q. 4, ubi etiam ex professo iam tractata erat. Dicit autem auctor in III. libro pag. 895 col. 1.: « Haec positio in quarto libro diffusius est explicata, ubi respondetur ad praemissa »; ex quo arguitur, saltem hoc dubium esse posterius scriptum quam d. 1. quarti libri. Probabile est etiam, totum quartum librum prius esse compositum quam librum tertium, praesertim cum pro more illius aetatis multi auctores nec totum Lombardum nec secundum ordinem singulorum librorum commentarentur. Ceterum ex repetita tractatione eiusdem quaestionis et ipsis verbis secundae solutionis arguere licet, S. Doctorem in hac ardua quaestione non sibi plene satisfacisse.

#### § V. Quartus liber Commentarii in Sententias.

Hic tractat de *Sacramentis* (d. 1. usque ad d. 42.) et primo in generali, deinde in speciali; et a d. 43. de novissimis.

Catalogus antiquus de differentibus Ss. Bonaventurae et Thomae opinionibus pro quarto libro desideratur; haec tamen in scholiis hinc inde annotatae sunt.

1. Ingens Alexandri Halensis de Sacramentis volumen est mutilum, quia deest expositio trium ultimorum Sacramentorum. Bonaventura in hoc quarto libro pressius quam in aliis partibus sequitur vestigia Alexandri, ita ut passim eum quasi in compendium contraxerit. Hinc etiam quidam defectus doctrinae tunc inter doctores communis, praesertim in tractatu de institutione Sacramentorum et de effectu ex opere operato huius Sacramenti poenitentiae explicari possunt.

2. Textus huius IV. partis magis corruptus erat quam praecedentium librorum, de quo vide Proleg. pag. 1 seq. Ast emendatus est subsidiis 28 codicum et antiquae editionis anno 1491. Citati et non collati sunt alii codices 42, in toto 70 (cfr. ibi pag. II-VII).



§ VI. De notis et scholiis maioris momenti, quae in quatuor huius  
Commentarii tomis quaestionibus adiecta sunt.

In sequenti catalogo omissa sunt notae et scholia multa, quae scilicet non exhibent nisi citationes, vel talia, quae potius ad solam quaestionem, cui scholion annexum est, explicandam sunt idonea.

In tomo I. haec notantur scholia et notae:

- Pag. 8-9. De subiecto, in quo et circa quod est theologia.
- » 12. De theologia ut scientia subalternata.
  - » 13-14. De theologia ut scientia practica, vel speculativa variae sententiae.
  - » 31, nota 2. De Fabio Mario Victorino.
  - » 37. De conceptu fruitionis, eius actu et de controversia circa beatitudinem.
  - » 47, nota 3. Circa universale primum.
  - » 56. Triplex est infinitum.
  - » 58. De proprietatibus numerorum.
  - » 70, 71. Defenditur doctrina Bonaventurae contra Ontologistas.
  - » 73 et 75. Deus cognoscitur mediate et per creaturas.
  - » 87. Quatuor sententiae circa distinctionem potentiarum animae ab eius essentia.
  - » 90. Ratio imaginis in anima humana et de triplici habitu eiusdem.
  - » 98. Plures termini logicales explicantur secundum Summas Petri Hispani.
  - » 114. Utrum substantia divina generet, contra abbatem loachim, vel generetur pag. 118.
  - » 126. Quoad generationem Filii triplex necessitas distinguitur.
  - » 137. Variae sententiae Scholasticorum circa *principium quo* generandi in divinis.
  - » 152. De triplici veritate.
  - » 155, nota 10. Quid sit exterius oratio et interius oratio sec. Boethium.
  - » 162. De immutabilitate Dei.
  - » 167. Duplex est simplicitas.
  - » 169. Inter attributa Dei varie distinguitur.
  - » 171, nota 6. De Chalcidio philosopho.
  - » 174. Utrum Deus sit in genere.
  - » 196. De nomine Spiritus S. ut Doni.
  - » 208, nota 8. De homiliis Ioan. Chrysostomi a Maurinis non receptis.
  - » 214. Contra Graecos de processione Spiritus S.
  - » 221. Quadruplex prioritas distinguitur.
  - » 229, nota 3. Liber *Regulae fidei* non est S. Hieronymi.
  - » 233, nota 12. Ex Petro Hispano ponitur definitio termini *proprii*.
  - » 234. Quomodo nomen *processio* conveniat Spiritui S.
  - » 237. In quibus assertionibus de processione Spiritus S. magistri conveniant, vel dissentiant.
  - » 246. De processione temporali Spiritus S.
  - » 249. Sex propositiones de datione Spiritus S.
  - » 260. De missione Spiritus S.
  - » 280 et 282. De missione visibili Spiritus S.
  - » 296. Reprobatur opinio Magistri, quod non sit habitus creatus caritatis.
  - » 298. De *primis intentionibus*, atque circa *Summam de virtutibus* scriptam ut supplementum Summae Alexandri Hal.
  - » 299, nota 4. De duobus circa amorem Dei opusculis S. Bernardi.
  - » 302 seq. Plura exponuntur de theoria S. Bonaventurae circa modum cognoscendi.
  - » 309 seq. Scholasticorum opiniones circa augmentum caritatis.

- Pag. 316, nota 12. Scotus explicat, quid sit humidum radicale.
- » 331. Circa nomen Spiritus S. *Donum* duplex quaestio resolvitur.
  - » 337, nota 8. De auctore vocato *Ambrosiaster*.
  - » 339, nota 7. Versio Damasceni a Burgundione Pisano facta dicitur inedita.
  - » 343. Quomodo distinguantur identitas, aequalitas et similitudo.
  - » 350. De circuminceptione.
  - » 357. *Totum* sumitur tripliciter.
  - » 359. Utrum in Deo ponantur universale et particulare.
  - » 362. Contra pantheismum.
  - » 364. Quomodo numerus admittatur in divinis.
  - » 369 seq. Potentiae aequalitas in personis divinis.
  - » 380 seq. De dictionibus exclusivis.
  - » 392. Quo sensu Deus sit nominabile.
  - » 396. Quando nomina ad Deum possint transferri.
  - » 399. De modo dicendi secundum substantiam et secundum relationem.
  - » 410. Explicantur termini *essentia*, *substantia*, *natura*, *persona* aliique.
  - » 417. In nota *ad Lectorem* redditur ratio, quare deinceps numerus lectionum variantium restringatur.
  - » 422. Plura de significatione termini *unum* et de divina unitate.
  - » 438. Ratio *personae* magis explicatur.
  - » 441. Definitio *personae* facta a Boethio defenditur.
  - » 446, nota 8. Explicatur intentio *prima* et *secunda*.
  - » 454. Plura de proprietatibus personalibus in Deo et de distinctione Bonaventurae, quam vocat *attributionis*, quae differt a distinctione virtuali.
  - » 459. Multa de actibus proprietatum personalium.
  - » 472 seqq. Generatio est potius ratio paternitatis quam e converso, et adduntur quaedam anecdota, quae fortasse pertinent ad ipsum Bonaventuram.
  - » 476. De abstractione proprietatis a persona.
  - » 483 seq. De nomine et ratione *verbi*.
  - » 497, nota 5. De explicatione terminorum *extra genus* et *in genere*.
  - » 498 seq. De multiplici sensu termini *Ingenitus* et de notatione *Ingeniti*.
  - » 510. *Principium* tripliciter accipitur.
  - » 514. Iterum de processione Spiritus S. etiam ex Filio.
  - » 522. Plura de nominibus ex tempore dictis de Deo.
  - » 541. De ratione *imaginis*.
  - » 543. De nomine *imaginis* Filio tributo.
  - » 565, nota 4. De libro Anselmi *De Fide Trinitatis et de incarnatione Verbi*.
  - » 574. Reprobatur realismus excessivus Gilberti Porretani.
  - » 578. Iterum de diversis praedicationibus, in specie de praedicatione denominativa.
  - » 602-604. Exponitur doctrina Bonaventurae de *ideis*, et (nunc) approbatur sententia Barth. de Barberiis, quod ipsa differat a sententia S. Thomae.
  - » 621. Tripliciter intelligi potest locutio *esse in Deo*.
  - » 639 seq. De praesentia Dei in omnibus.
  - » 641. Quadruplex modus existendi in loco.
  - » 649. Circa modum, quo Deus in rebus existit.
  - » 659 et 661. Scholia de motu Angelorum per locum.
  - » 670 seq. Generalia de scientia et praesentia Dei.
  - » 676. De necessitate *consequentis* et *consequentiae*.
  - » 687 seq. Plura de ratione sive medio, quo Deus cognoscat alia a se.
  - » 696 seq. Explicatur propositio, quomodo res creatae co-existent aeternitati ratione excessus mensurae aeternitatis.
  - » 703 seq. Generalia de praedestinatione.
  - » 707, nota 5. De definitione veritatis, quae est: adaequatio rei et intellectus, inquiritur, a quo primo facta sit.



- Pag. 710. De causalitate divinae praedestinationis systemata catholica (nota, id quod ibi [n. II.] de scientia media inaccurata dicitur, in tom. II. pag. 647 schol. n. III. melius explicatum est).
- » 715. De divina electione.
- » 730. Generalia de divina praedestinatione, praesertim distinctio inter rationem *volendi* et rationem *voliti*.
- » 734-736. Diversae sententiae catholicorum circa causalitatem divinae praedestinationis.
- » 759. Explicatur *possibile simpliciter* et *possibile secundum quid*.
- » 767. Plura de conceptu infiniti.
- » 778, nota 3. Bonaventura admittit distinctionem inter potentiam absolutam et ordinatam.
- » 783 et 787. Quo sensu mundus possit fieri melior.
- » 789. Utrum mundus potuerit esse antiquior.
- » 807. Voluntas Dei est omnium causa prima et immediata.
- » 821 seq. Deus vult, omnes salvos fieri. Doctrina Bonaventurae de voluntate antecedenti et consequenti.
- » 824. Utrum Deus velit fieri malum.
- » 827. Quo sensu concedendum, quod malum fieri sit bonum.
- » 853. De eonformitate humanae voluntatis cum divina.

*Scholia et notae in libro II. Commentarii.*

- » 18 seq. Errores quatuor circa productionem rerum recensentur, et sensus terminorum *actus* et *potentia* explicatur.
- » 20, nota 6. Commentatores Aristotelis recensentur.
- » 24. Controversia, utrum mundus produci possit ab aeterno.
- » 30. De articulis philosophicis condemnatis ab episcopo Parisiensi an. 1240 et 1270.
- » 33 et 35 seq. Creatio activa et passiva explicatur et haeresis Almarici et Davidis de Dinanto.
- » 37, nota 10. De duobus antiquis versionibus Metaphysicae Aristotelis.
- » 45. *Finis* distinguitur multipliciter.
- » 57 seq. et 60 seq. De *tempore*, *aero* et *aeternitate* ut mensura existentiae et de diversitate mensurarum plura explicantur.
- » 63. Sententia Bonaventurae de mensura *aevi*.
- » 73. Tria caela distinguuntur.
- » 77 seq. Opiniones variae Scholasticorum de motu Angelorum.
- » 92-94. Plura de materia et forma, et utrum Angeli et animae humanae compositae sint ex quadam spiritali materia et forma.
- » 101. Ponitur in scholio quoddam additamentum ineditum et dubium.
- » 104. Controversia, utrum omnes Angeli sint in eadem specie, explicatur.
- » 107 seq. De principio individuationis.
- » 117. Utrum Angelus in primo instanti fuerit malus.
- » 121. Quaestio, quomodo Angelus singularia extra ipsum cognoscat, diversimode solvitur.
- » 134 seq. Sententiae oppositae theologorum, utrum Angeli a primo instante habuerint gratiam sanctificantem.
- » 140. Cognitio Angelorum matutina et vespertina.
- » 147 et 150. De peccato luciferi.
- » 156. Defenditur doctrina Bonaventurae de conversione Angelorum ad Deum.
- » 177. Opiniones Scholasticorum de *ratione* obstinationis daemonum.
- » 183. Opiniones de confirmatione Angelorum bonorum in gratia.
- » 186. Explicatur locutio, quod necessitas ab intrinseco non opponatur libertati.
- » 196. Cognitio daemonum circa futura contingentia.
- » 199 seq. De educatione formarum ex potentia materiae et de rationibus seminalibus opiniones diversae.

- Pag. 216. Quo sensu Scholastici admittant generationem aequivocam.
- » 220. De operibus Angelorum in corporibus assumtis.
- » 243. Plura de hierarchia Angelorum.
- » 245, nota 6. Quaedam de Chalcedii Comment. super Timaeum.
- » 252 et 264. Actus hierarchici Angelorum.
- » 270. Opiniones Scholasticorum de *locutione* Angelorum.
- » 298. Expositio S. Augustini de opere sex dierum excusatur.
- » 301 seq. Opiniones Scholasticorum de prima forma, sub qua creata sit materia.
- » 318 seq. et diffusius pag. 322 seq. Opiniones de luce et de lumine.
- » 329. De generatione lucis in medio et de 12 generationibus et speciebus intentionalibus.
- » 347. Opiniones illius aetatis de motibus caelestium corporum.
- » 376. Sententiae variae, unde productae sint animae irrationalium et de rationibus seminalibus.
- » 379. De pluralitate formarum in mixtis.
- » 396. *Imaginis* ratio et divisio.
- » 406. Imago creata et recreata.
- » 416. Utrum anima humana habeat materiam et formam.
- » 438 et magis explicite 443 seq. De rationibus seminalibus.
- » 454. Circa traducianismum.
- » 466 et 471. Circa *non posse mori* et *posse non mori* in Adamo.
- » 525. Opiniones circa ignorantiam invincibilem.
- » 547. De cognitione Dei in statu innocentiae.
- » 557. Utrum sine gratia Adam potuerit resistere tentationi.
- » 563. De ratione superiori et inferiori.
- » 571. De intellectu agente et possibili.
- » 579. Differunt *sensualitas* et *sensibilitas*.
- » 584. Differunt 4 termini: *vitium*, *peccatum*, *culpa*, *demeritum*.
- » 594. De triplici libertate et duplici voluntario.
- » 606. Relatio, quam habet ratio ad voluntatem in actu libertatis.
- » 611. Duo genera *necessarii* et *voluntarii*.
- » 617. Utrum voluntas non tantum *induci* et *impedi*, sed etiam *cogi* possit.
- » 632. Antiquorum divisio in gratiam *gratis datam* et *gratum facientem*.
- » 636. Habitus creatus gratiae sanctificantis militat contra Lutherum.
- » 646 seq. Gratia comparata in ratione *motoris*. Multa de cooperatione liberi arbitrii et accuratius de *scientia media*.
- » 653 et 658 seq. Plura de antiquis distinctionibus gratiae.
- » 665 et 668. Quomodo gratia augeatur et de distinctionibus meriti.
- » 683 et 687 seq. De praeparatione ad gratiam.
- » 697. De cooperatione hominis cum dono gratiae.
- » 702. Opiniones antiquorum, utrum Adam ante peccatum habuerit gratiam sanctificantem.
- » 717. Possibilis fuit status naturae purae contra Baium aliosque.
- » 721. Triplex conditio in Adamo, ut corrumpere potuerit naturam in omnibus hominibus.
- » 723 seq. Quomodo convenient et quomodo dissentiant Ss. Thomas et Bonaventura quoad essentiam peccati originalis.
- » 733 seq. Opiniones diversae circa modum, quo ex natura Adami aliquid transierit materialiter in veritatem naturae humanae.
- » 751. Quod anima infici possit a carne, defenditur.
- » 762. Solvitur difficultas, quomodo concupiscentia remaneat in baptizatis.
- » 778, nota 2. Unde sit praexcellencia animarum.
- » 795. Quam poenam parvuli in peccato originali decedentes sustineant.

- Pag. 805. De malo contra Manichaeos.
- » 816. Triplex est malum, quod formaliter est privatio.
  - » 824. Plura de corruptione boni in sensu activo et passivo.
  - » 838 seq. Utrum modus, species et ordo possint per malum totaliter corrumpi.
  - » 864. De concursu Dei ad actiones humanas etiam malas.
  - » 883. Quomodo bonum morale consistat in ordine ad finem et de duplici fine.
  - » 891. Quomodo differant *intentio* et *electio* et de duplici intentione.
  - » 900 et 904. De conscientia et synderesi.
  - » 904 seq. Plura de *habitibus inuatis* et *acquisitis*.
  - » 928. Utrum opus exterius addat bonitatem actui interiori.
  - » 946 seq. Utrum inter actus deliberatos dentur actus indifferentes et de necessitate bonae intentionis.
  - » 950. De peccato ut *culpa* et ut *vitium*.
  - » 966. Quomodo distinguatur peccatum mortale et veniale.
  - » 969. Verba Praepositivi de peccato veniali.
  - » 984. Opiniones de peccato in Spiritum S.
  - » 1012. De potestate ecclesiastica et saeculari earumque usu.
  - » 1014. Quantum se extendat obligatio obedientiae in regularibus.

*Scholia et notae in libro III. Commentarii.*

- » 11. De congruitate incarnationis et de diversis speciebus unionis.
- » 16. Opiniones diversae, utrum tres personae divinae assumere possint eandem naturam.
- » 28. Controversia, utrum adaequata incarnationis ratio fuerit redemptio humana.
- » 39. Opiniones circa possibilem assumptionem creaturae irrationalis.
- » 51. De ordine in assumptione, et utrum caro assumpta sit mediante anima.
- » 54. Quomodo intelligendum, quod anima Christi fuerit assumpta mediante habitu gratuito.
- » 64 et 69 seq. De controversia circa immaculatam conceptionem B. Mariae Virginis.
- » 74 et 76. De duplici sanctificatione B. Mariae Virginis.
- » 90. Quomodo caro Christi fuerit in parentibus.
- » 106. Quomodo intelligendum, quod Ss. Patres et B. Virgo impetrarunt incarnationem.
- » 113. Utrum active B. Virgo concurrerit ad generationem Filii.
- » 134. Exponitur contra Nestorium distinctio realis inter *naturam* et *personam*.
- » 151 seq., 156 seq. et 173. Famosae tres de Christo, quatenus constituatur *homo*, antiquae controversiae.
- » 159. Iterum de speciebus unionis.
- » 182, nota 7. De Hesychio eiusque explicatione verbi *ephi*.
- » 195. Plura contra adoptianismum.
- » 202. Reprobantur errores circa adorationem Christi.
- » 203, nota 3. Contra errorem Claudii, Taurinensis episc. verba Ionae episc. Aurelianensis.
- » 205. De cultu imaginum relativo ad prototypon.
- » 232, nota 4. De lectione *adaptatur* pro *adoratur* in loco Hilarii II. de Trin. n. 27.
- » 234. Contra haeresim Adoptianorum.
- » 268. De impeccabilitate Christi.
- » 277. Plura de gratia et sanctificatione Christi.
- » 285. De gratia *capitis* in Christo.
- » 291. Ad quos se extendat influxus gratiae capitis.
- » 298, 302 et 306. De cognitione, quam habuit anima Christi *de* Verbo.
- » 309, 312 et 317 seq. De cognitione, quam habuit anima Christi *in* Verbo.
- » 321 et 323. De cognitione, quam habuit anima Christi *a* Verbo.

- Pag. 347. Hilarius defenditur ab errore ei imputato, quasi in Christo non fuerit sensibilis dolor in natura assumpta.
- » 370. Conformitas voluntatis creatae cum divina voluntate in *ratione volendi*, sed non semper in *volito*.
  - » 382 et 385. Opiniones de eo, utrum Christus a primo instante conceptionis meruerit.
  - » 402 et 405. Plura de efficacia passionis contra Socinianos et rationalistas.
  - » 411. De ratione mediatoris et de controversia inter Protestantas.
  - » 419. Anselmi doctrina circa congruentia redemptionis exponitur.
  - » 424. Sententia Scoti et Bonaventurae de eo, utrum creatura potuerit pro genere humano satisfacere, et de infinitate malitiae peccati.
  - » 429 seq. Controversiae plures Scholasticorum de valore et acceptatione satisfactionis Christi.
  - » 442. Triplex sensus vocabuli *unionis*.
  - » 453. Controversia, utrum in triduo mortis Christus fuerit *homo*.
  - » 456. Contra errorem Ubiquistarum.
  - » 460. De descensu ad inferos et triplici sensu vocis *inferi*.
  - » 473 et 477 seq. Multa principia ponuntur circa fidem.
  - » 486 seq. Plura de obiecto fidei et speciatim de analysi actus fidei.
  - » 489 et 496. Etiam fides informis est virtus supernaturalis.
  - » 503, nota 6. Verba Praepositivi, quomodo quis sciat, se habere gratiam.
  - » 511 seq. et 514. Quaestiones circa obiectum fidei.
  - » 519 seq. et 524. Utrum fides sit de his, de quibus habetur opinio probabilis, vel habetur cognitio scientialis (contra S. Thomam).
  - » 527 et 538 seq. De articulis fidei et Symbolis.
  - » 542. De explicite credendis et necessitate *praecepti* et *medii*.
  - » 547. Quomodo creverit numerus articulorum credendorum.
  - » 558. De virtute spei et eius obiecto materiali et formali.
  - » 569 et 571. Circa certitudinem, quae est in spe.
  - » 578. Bonum sub ratione *ardui* est obiectum spei, et duo sunt eius actus.
  - » 581. In voluntate rationali distinguitur vis concupiscibilis et irascibilis.
  - » 598 seq. Utrum distinguatur caritas a gratia sanctificante, et de duplici amore, scil. naturali et supernaturali contra Baium.
  - » 605. De merito actuum caritatis, et utrum caritas excludat respectum ad mercedem.
  - » 624. Opiniones, utrum creaturae irrationales diligendae sint ex caritate.
  - » 641 seq., 647 et 649. De ordine in caritate respectu diligendorum.
  - » 659. Quo sensu minima caritas possit resistere cuilibet tentationi.
  - » 665. De amore inimicorum.
  - » 683. De evacuatione fidei et spei.
  - » 690. Caritas in patria non evacuat, sed dilatatur.
  - » 718 seq. Quatenus virtutes cardinales sint in parte animae inferiori.
  - » 725 seqq. Plura de controversia circa virtutes cardinales infusas.
  - » 739. Disputationes circa distinctionem virtutum et donorum.
  - » 757. De timore servili.
  - » 777. De quadruplici sapientia et dono scientiae.
  - » 784. De duplici actu fortitudinis.
  - » 793 et 799. De connexionione virtutum gratuitarum et politicarum.
  - » 804. Opiniones circa aequalitatem virtutum.
  - » 817. Opiniones circa quaestionem, utrum in adimpletione mandatorum modus caritatis cadat sub praecepto.
  - » 841 et 850. Plura de mendacio.

Pag. 863. De periurio.

- » 869. Plura de iuramentis.
- » 876. De obligatione iuramenti promissorii.
- » 886. Quomodo differant duae leges, vetus et nova.

*Scholia et notae in IV. libro Commentarii.*

- » 13. Definitiones Sacramenti.
- » 18. Controversia de ratione causalitatis, quae est in Sacramentis.
- » 26 seq. Quomodo differant Sacramenta veteris et novi testamenti.
- » 38 seq. Quaestiones de efficacia circumcisionis.
- » 45, nota 1. Petrus Hispanus de dictionibus exceptivis.
- » 71. Circa baptismum in nomine Iesu.
- » 78. De tempore, quando institutum fuit baptismum.
- » 83. Quando cessaverint legalia.
- » 101. Quid sit fictio in Sacramentorum susceptione.
- » 113. Effectus baptismi in parvulis.
- » 129. Controversia de verbis Magistri quoad potestatem cooperationis ministri in Sacramentis.
- » 138 seq. Plura de characteribus per baptismum impresso.
- » 154. Quae intentio ministri sit necessaria in collatione baptismi.
- » 164 seq. De institutione confirmationis opinio Bonaventurae in hoc Commentario est explicanda, vel potius reformanda secundum Breviloquium p. VI. c. 4.
- » 190, nota 2. Verba Petri Hispani de regulis amplificationis.
- » 192 seq. Explicantur verba Bonaventurae de forma consecrationis.
- » 202. De duplici manducatione eucharistiae.
- » 218 seq. Circa realem Christi in eucharistia praesentiam.
- » 221 seq. et 236. Plura de modo realis huius praesentiae.
- » 243 et 248. Opiniones circa transsubstantiationem.
- » 255. Verba anecdota cuiusdam Isaac in Dietis.
- » 262. De usu azymi et de die institutionis eucharistiae.
- » 271. Opiniones circa accidentia remanentia in Sacramento.
- » 277. Opiniones de modo, quo operentur illa accidentia.
- » 290. De efficacia huius Sacramenti et de opinione Bonaventurae.
- » 295. Obsoleta opinio Bonaventurae, utrum lege divina praecipiat receptio eucharistiae.
- » 303 seq. Error dicentium, excommunicatum non posse consecrare.
- » 326. Plura de poenitentia.
- » 337. Opiniones circa mensuram gratiae, in qua resurgat lapsus.
- » 351 et 354. Plura de satisfactione.
- » 353. Post scholion sequitur additamentum ineditum, probabilissime non genuinum.
- » 385. Explicatur differens antiquus loquendi modus de attritione et contritione.
- » 400, nota. Marius Victorinus explicat Ciceronem de circumstantiis.
- » 420 et 427. Quaestiones variae de iustificatione.
- » 431. Opinio S. Bonaventurae (ibi n. II.) impugnatur ab Estio.
- » 437 seq. Notanda (ibi n. II.) de usu verborum *instituere* et *insinuare* Sacramentum.
- » 445 et 452. Quando homo obligetur ad confessionem.
- » 472-474. Opinio tum Alexandri Hal. tum Bonaventurae quoad efficaciam potestatis clavium.

Quae in his duobus scholiis et etiam in scholio supra pag. 431 in defensionem S. Bonaventurae et Alexandri dicta sunt, retractatione egent. Re vera uterque magister adhuc se eximere non potuit de antiqua et pervulgata opinione, quam prorsus tenet Petrus Lombardus, quod remissio *culpa*e etiam in usu Sacramenti poenitentiae fiat virtute contritionis

S. Bonav. — Tom. X.

et ideo ex *opere operantis*, non ex *opere operato* et virtute clavium. In hoc tamen illi duo recesserunt a Lombardo, quod virtuti clavium tribuerunt remissionem *poenae temporalis* et *reconciliationem* scilicet cum *Ecclesia*, non reconciliationem cum *Deo*, quod in scholio illo supponitur. Ceterum omnes Scholastici, licet *subiectivae* dispositioni poenitentis quoad remissionem culpae nimis tribuerint usque ad exclusionem efficaciae *obiectivi* Sacramenti; tamen confitebantur necessitatem confessionis et absolutionis virtute clavium. Nesciebant tantum *modum* difficilem, quo utrumque, scilicet necessitas actuum *virtutis* poenitentiae et usus *Sacramenti* poenitentiae ad iustificationem peccatorum debito ordine possit conciliari. Tota haec quaestio erudite et clare tractatur in opusculo: *Die Wirkungen des Bussacramentes*, von Michael Buchberger. Freiburg. Herder 1901.

Pag. 487. De potestate excommunicandi in Ecclesia.

- » 504 seq. Potestas clavium quoad usum sine iurisdictione non est valida (contra Durandum).
- » 519. De poena purgatorii.
- » 532 et 535 seq. Item de poena purgatorii.
- » 567. De sigillo confessionis.
- » 579 seq. De institutione Sacramenti poenitentiae.
- » 590 et 597. De unctione extrema.
- » 623. Quot ordines imprimant characterem.
- » 630 seq. De ordinibus sacris et non sacris.
- » 663 et 667. Varia de Sacramento matrimonii.
- » 682. De indissolubilitate matrimonii rati et consummati.
- » 693 seq. Alia de matrimonio.
- » 708. De consensu requisito et de matrimonio B. Virginis Mariae.
- » 724 seq. Controversia, utrum sit veniale usum facere matrimonii solummodo ob periculum incontinentiae.
- » 749. Utrum polygamia sit contra legem naturae.
- » 759. De libello repudii.
- » 821. Controversia de ratione, quare votum *solemnem*, non vero *simplex* irritet *matrimonium*.
- » 890 seq. Quoad resurrectionem *eiusdem* corporis tractatur gravis difficultas, et Bonaventura recurrit ad rationes seminales.
- » 912. Tres opiniones de hoc, quid pertineat ad veritatem naturae.
- » 931. Quaestiones de igne inferni.
- » 940. Quinque receptacula animarum separatarum referuntur.
- » 949. De intercessionem Sanctorum.
- » 958. Sententia Praepositivi de suffragiis Ecclesiae.
- » 970. De conflagratione mundi.
- » 985 et 991. Varia de extremo iudicio.
- » 1001 seq. Plura de beatitudine.
- » 1007 seq. Controversia, utrum beatitudo formaliter sit in actu intellectus, an in actu voluntatis.
- » 1013. Utrum beatitudo Sanctorum crescat post iudicium.
- » 1023. De dote impassibilitatis.
- » 1029. De dote subtilitatis.
- » 1047. Controversia de cognitione animarum separatarum.

CAP. II.

*De octo opusculis in tomo quinto contentis.*

Huius tomi opuscula ingenium et charisma speciale sancti Doctoris in clarissimam lucem proferunt et non raro quasi clavem praestant ad recte intelligendam reconditam eiusdem doctrinam.

## § I. Quaestiones disputatae.

Usque ad nostram editionem praeclarae hae quaestiones prorsus ignotae et absconditae erant in bibliothecis, excepta illa de paupertate, quae tamen in editionibus erat mutila.

1. Primo igitur tractatur de *scientia Christi* et de *mysterio Trinitatis* pag. 3-15, et in Prolegomenis pag. III-VI. Postquam ibi de singulari harum quaestionum praestantia aliqua dicta sunt (§ 1.), genuinitas earundem invictis argumentis probatur (§ 2.); et deinde (§ 3.) referuntur octo codices antiqui, qui eas exhibent, aliqui tamen non integras. Post pag. LXIV additum est *Facsimile* codicis Vaticani, in quo apparet antiquitas scripturae et nomen auctoris a prima manu scriptum hic verbis: « Incipiunt quaestiones bone venturae de scientia Christi ».

Quoad *mysterium Trinitatis* notanda est methodus prorsus singularis, qua illud exponitur. Postquam enim in I. quaestione duobus articulis probavit, Deum esse ut verum indubitabile, et Deum esse *trinum* ut verum credibile, in sequentibus VII quaestionibus probatur in primo articulo veritas aliquorum divinorum attributorum, ut unitatis, simplicitatis, infinitatis, aeternitatis, et in secundo articulo, quomodo cum praedicto attributo possit stare ipsa Trinitas. Nullum cognoscimus auctorem scholasticum, qui simili modo hoc mysterium tractet.

2. Sequuntur *disputationes de perfectione evangelica*, in specie de *humilitate*, de *paupertate*, de *continentia*, de *obedientia*. In Prolegomenis agitur de his in cap. II. (pag. VI col. II, XV col. II.)

Primo disserendum est de quaestione circa *paupertatem*, quia haec ante alias a Bonaventura scripta est. Occasio auctori praebuit doctor Parisiensis Guillelmus de S. Amore, qui contra Fratres S. Dominici et S. Francisci gravissimam litem incepit suo opusculo: *Tractatus brevis de periculo novissimorum temporum*, de qua lite diligentissime tractatur in *Chartulario Parisiensi* edito a celeberrimo P. Denifle O. P. et Chatelain tom. I. Contra illum praeter S. Thomam aliosque etiam Bonaventura egit, dictam quaestionem « in scholis » Parisiensibus tractans. De hac controversia diffuse in Prolegomenis nostris tractatur (§ 2. pag. VI usque XIV). Quae ibi dicuntur breviter in sequentibus propositionibus comprehendimus:

a) Errant Waddingus, Bonelli et post eum auctores Vitae S. Bonaventurae, Fr. Gaspar de Montesaucto et Antonius Maria de Vicetia, dicentes, Bonaventuram in congressu Anagninae disputasse contra Guillelmum. Confundant enim B. Iohannem de Parma, tunc Ministrum generalem, cum Bonaventura paulo post (2 Febr. 1257) electo.

b) Bonaventura laudatam disputationem proposuit in « scholis » Parisiensibus, et Guillelmus misit quendam clericum, qui II. articulum de mendicitate Bonaventurae ex ore loquentis exciperet sive reporteret, sed, ut Bonav. dicit, « minus sufficienter ». Tunc Guillelmus hunc articulum Bonaventurae publi-

cavit et asserta de mendicitate refutare suscepit. Hoc opus Guillelmi magna ex parte ex duobus codicibus nos primum publicavimus (loco cit. VII-X). Contra hoc scriptum Bonav. respondit sua *replicatione* (pag. 149, vide etiam Proleg. pag. X-XII).

c) Tertius quaestionis articulus secundo manifeste postea additus est, utrum scilicet pauperes validi, et maxime regulares ad opera manualia « universaliter sint astricti ». Hic in omnibus aliis editionibus est mutilus, quem supplevimus ex codicibus (cfr. pag. 156, nota 1.). Melior horum duorum de paupertate articulorum editio prodiit Romae 1773 studio P. Soldati O. P.

d) Denique valde notandum est, articulos de paupertate quoad *abrenuntiationem et mendicitatem* eaque quae contra Guillelmum replicata sunt, insertos esse in Summam Alexandri Hal. p. IV. q. 30. et 31, exceptis paucis variantibus. Manifestum autem est, Alexandrum iam an. 1245 morte praereptum minime respondere potuisse ad *singula* obiecta Guillelmi. Hinc liquet, haec scripta Bonaventurae postea recepta esse in dictam Summam, ut videtur, a Guillelmo de Melitona. Ergo errat Sbaralea, asserens, nihil praedictae Summae additum esse post mortem Alexandri. Mirum sane est, doctissimum Sbaraleam ita hallucinatum esse, ut pro hac sua sententia probanda ad eandem quaestionem Alexandri (p. IV. q. 30. m. 2. a. 2.) provocaverit, quam ex Bonaventura sumtam esse ostendimus.

Secundo, tres aliae quaestiones disputatae sunt de *humilitate* (pag. 117-124), quae in nostra editione primum locum occupat, de *continentia*, quae in tribus articulis agit de continentia coniugali, viduali et virginali (pag. 166-179) et de *obedientia* in tribus articulis (pag. 179-198).

Harum articulus tertius summi momenti est, nempe de obedientia Summo Pontifici debita cum titulo: « Utrum sit conveniens christianae religioni, ut omnes obediant uni ». Nullum novimus documentum ab antiquis Scholasticis scriptum, quod praerogativas Summi Pontificis eiusque in decernendis ex cathedra rebus fidei infallibilitatem tanta argumentorum vi et solida vulgari obiectorum solutione tractet, sicut haec disputatio. Quando anno 1870 in Concilio Vaticano de hoc dogmate tam acriter disceptatum fuit, haec opportunissima quaestio adhuc latebat in angulis bibliothecarum; etiam nostra aetate vix a quopiam citatur.

3. De codicibus in his quaestionibus a nobis adhibitis vide Proleg. pag. V seq. et pag. XIV seq.

## § II. Breviloquium — Itinerarium mentis in Deum — Opusculum de reductione artium ad theologiam.

Haec tria opuscula a nobis separatim edita sunt in parvo volumine iam bis impresso; haec ab antiquo summis laudibus celebrata sunt.

1. Primum est *Breviloquium* (pag. 201-291). De Breviloquii praestantia referuntur pag. XV § 1. praeconia magna Gersonii et Dr. Scheeben. Ab auctore



compositum esse debet iam ante annum 1257, cum in quodam valde antiquo codice Trecensi a librario in fine codicis exhibeatur hic annus, quo exemplar hoc scriptum sit. Praeter hunc codicem, qui in numero collatorum codicum locum vigesimum habet, alii 22 collati sunt pluresque antiquae editiones. Numerus codicum, qui adhuc existunt, est valde magnus, scilicet 227, et comprobatur, quanti veteres aestimaverint hunc librum (de his vide *ibid.* pag. XVII-XXVI, et de multis editionibus pag. XVI).

2. De celeberrimo opusculo *Itinerarium mentis in Deum* (pag. 296-313) notatur, illud in monte Alvernae scriptum esse anno 1259 circa mensem Octobris, ut auctor testatur in Prologo. Opus est profundissimum et, ut bene intelligatur, supponit passim totius scholasticae doctrinae scientiam. Explicationem eiusdem iam saeculo XV. tentavit quidam lector Provinciae Saxoniae, Bertramus de Alen, de quo plura vide Proleg. pag. XXVI. Ex locis libelli male intellectis Ontologistae tentarunt falsum suum systema fulcire; alii putaverunt, eum confundere *esse primo* a ratione *intellectum* cum Deo. Sed in adiecto scholio (pag. 313-316) defendimus auctorem ab his falsis interpretationibus, in specie probatur, in isto c. V. Itinerarii esse sermonem de contemplatione, quam habet *oculus illuminatus* de « *esse quod est supra nos* ». Agitur ibi non de *primo cognito* rationis, sed de *essentia*, ut dicunt, *metaphysica*, seu de primo constitutivo Dei, ex quo alia omnia Dei attributa logico ordine deduci possunt. De antiquis editionibus huius libelli et de 138 codicibus, quorum 15 sunt collati, vide Proleg. pag. XXVII-XXXIII.

3. *Opusculum de reductione artium ad theologiam* (pag. 319-325).

Circa titulum libelli notandum, ipsum non esse nec antiquum nec convenientem. Plures codices libellum inscribunt « Sermo fratris Boneventure », verbis variis additis. Invenitur etiam titulus: *De Ortu* (sive *Divisione*) *scientiarum*, sed hoc nomine significatur opus alterius auctoris, scil. Roberti Kilwardbi O. P. Opus tamen Bonaventurae est certo genuinum et invenitur in pluribus editionibus antiquis et 34 codicibus, quorum 11 sunt a nobis collati (vide Proleg. pag. XXXIV-XXXVI).

§ III. *Collationes in Hexaëmeron; Collationes de septem donis Spiritus S. et Collationes de decem praeceptis.*

Haec tria opuscula non sunt scripto exarata a S. Auctore, sed e suggestu Parisiis recitata et ab aliis ex ore dicentis reportata. Ratione temporis primum opusculum est illud de decem praeceptis (vide pag. 457 col. II. in fine prologi), quod recitatum est vel an. 1267, vel, ut alius codex habet, an. 1268; illud de septem donis Spiritus S. est postea praedicatum; sed quod in hoc tomo primo loco impressum est, scil. in *Hexaëmeron*, tempore hiberno anni 1273 Parisiis coram magistris Universitatis praedicatum est. Cum hae collationes sint reportatae, non est mirandum,

quod ibi quoad formam orationis varii defectus deprehendantur, qui creverunt pessima prima editione, quam Vaticana cum eam sequentibus reimpressit. Plura de his in Proleg. pag. XXXVI.

1. *Collationes in Hexaëmeron* (pag. 329-449).

Hic titulus iam usu receptus est, et ideo a nobis retentus, sed non ab ipso auctore originem habet et potius inepte impositus, confusionem importat. Minime enim auctor exponit primum Genesis capitulum, ex quo tantum textum in principio sumsit, comparans has collationum illuminationes septem verbis creationis secundum quandam *analogiam*. Ab auctore Chronicorum XXIV Generalium illud aptius vocantur *De Septem Visionibus vel luminibus* (ab aliis: *illuminationibus*). Nec illae apte vocari possunt *sermones*, cum potius sint quaedam *conferentiae scientifico-religiosae* (collationes), coram viris doctis habitae, ut eos praemuniat contra errores tunc inter magistros artium Parisiis grassantes. Quam oportuna haec monitio fuerit contra ingenia incredibiliter luxuriantia, constat ex multis thesibus ab episcopo et Universitate Parisiensi tunc pluries condemnatis, de quibus videri potest *cit.* Chartularium Parisiense tom. I. pag. 170 seq., 486, 543, 556. Opus S. Bonav. est imperfectum et terminatur cum collatione vigesima tertia post Pascha, quando praedicator a Papa Gregorio X. vocatus fuit in Italiam, ut, creatus cardinalis, praesideret concilio Lugdunensi II. Unde hae *Collationes* ultimum sunt opusculum S. Doctoris, et vere refertum est multifaria et profunda doctrina. Si praescindimus a forma orationis imperfecte reportatae, prae aliis sinceram Bonaventurae doctrinam praesentat. Multae harum collationum etiam pro nostra aetate sunt magni momenti, praesertim illae, quae agunt de philosophia, de intelligentia per fidem sublevata, de Deo ut exemplari omnium (collat. XII.) etc. Pro studentibus illa de recta via et ratione studendi collatio specialiter notabilia documenta dat. Ultimae de contemplatione et hierarchiis caelestibus et ecclesiasticis sunt profundae et ab ordinaria et communi intelligentia satis remotae. Ut gravitas huius operis eiusque finis principalis facilius pereipiatur, adiecimus magnum scholium (pag. 450-454). Cfr. etiam de *praestantia* opusculi Proleg. pag. XXXVII; de *genuinitate* contra Ondinum aliosque *ibid.* § 2. Multa in textu correximus, magnas insertiones ex sequenti de septem donis Spiritus opusculo irreptas reiecimus, alia omnia addidimus, subsidiis septem codicum collatorum (vide Proleg. XXXIX). Insuper singulis collationibus praefiximus *summaria*, sicut duobus sequentibus opusculis.

2. *Collationes de septem donis Spiritus S.* (pag. 457-503).

Hoc opusculum diversum est ab alio, quod inscribitur *de Septem Donis Spiritus S.*, impresso primum in collectione opusculorum Argentina an. 1494, tum in ed. Vaticana et subsequentibus. Hoc enim scriptum est *spurium* et auctorem habet Fr. Rodolphum de Bibraco (Biberach), eundem, qui scripsit libellum *de Septem itineribus aeternitatis* et floruisse dicitur circa annum 1360. In hoc secundo scripto

ille auctor citat summ libellum primo nominatum. Utrumque opusculum non esse Bonaventurae, codicum testimonio roboratur, de quo plura vide Proleg. pag. XL § 9.

*Collationes* vero nostras de his donis, sed multo contractas et mutilas, primus publicavit Benedictus Bonelli in suo *Supplemento ad omnia opera Bonav.* tom. III. col. 418 seqq. Quod editae a nobis sint genuinae, duobus perantiquis codicibus probatur et ipsa earum indole et stilo (cfr. ibid. pag. XL seqq. § 3, ubi illi duo codices, qui eas integras habent, recensentur aliique tres, qui plures collationes omittunt).

Haec collationes praedicatae sunt clero Parisiensi, et sunt intellectu faciliores quam illae in Hexaëmeron, abundant tamen sententiis egregiis, etiam nostra aetate opportunis ad praedicandum, quod praecipue valet, de II. collat. de dono fortitudinis, quae est de B. V. Maria.

3. *Collationes de decem praeceptis* (pag. 507-532).

Iam supra diximus, has collationes Parisiis praedicatas esse an. 1267 vel 1268 et ex ore dicentis ab aliis reportatas. Editae sunt primo Coloniae an. 1486 et saepe reimpressae, etiam in ed. Vaticana et posterioribus, sed vitiis plurimis et lacunis foede corruptae. De ipsis duo notanda sunt: primo, extractum quoddam ex his collationibus sine forma sermonis, omissis etiam multis sententiis, publicatum esse a P. Bonelli in suo *Supplemento* (tom. III. col. 344 seqq.). Mirum est, doctum hunc virum asseruisse sine ulla probabili ratione, hoc extractum ab ipso Bonaventura fuisse compositum et post illos sermones scripto publicatum. Praeter hoc aliud etiam excerptum existit in quodam codice, sed ineditum et impresso illo paulo diffusius. De his plura vide Proleg. pag. XLII § 1.

Secundo est notandum, Coloniae an. 1481 apud Ioan. Guldenschaeft prodiisse opus inscriptum: *Praeceptorium Domini Godescalci Hollen Heremitarum S. Augustini*, cuius prologus eisdem verbis incipit: *Si vis ad vitam ingredi* etc., et etiam in toto multo maiori opere plura passim ex verbis Bonaventurae transcripta esse. Cum habeamus codices gemini operis ex saec. XIII., patet, illum Godescalcum saeculi XV. usum esse collationibus S. Bonaventurae, sicut idem etiam fecit in alio suo opere *de Sacramentis* (quod videtur esse ineditum), transcribens multa ex Commentario Bonaventuriano in IV. Sententiarum.

Contra Codinum et editores Venetos, qui has *Collationes* volunt esse spurias, praesertim, quia in ipsis ad populum facilius erudiendum recitantur quaedam narratiunculae, defenditur a nobis manifesta earum legitimitas saltem substantialis (loc. cit. § 2.).

Pro correctione plurimorum vitiorum praecedentium editionum adhibuimus sex codices, qui praeter unum saec. XV. omnes valde antiqui sunt. Praeterea, notati, sed non collati sunt alii 23 codices, in toto 29.

#### § IV. Sermones selecti de rebus theologicis.

Licet omnes sermones S. Bonaventurae proprie pertineant ad nonum tomum, tamen secundum exem-

plum editionum praecedentium praedictae collationes reportatae, a sermonibus separatae in hoc tomo impressae sunt tum propter argumentorum gravitatem, tum quia plures ad unum thema illustrandum unitae sunt. Restabant alii quinque sermones, ita cum praecedentibus opusculis connexi et gravitate et excellentia doctrinae ita eminentes, ut specialem in hoc tomo locum mereri viderentur.

1. Primus est sermo *de triplici testimonio Ss. Trinitatis*, qui connectitur cum quaestione disputata de mysterio Ss. Trinitatis (vide tom. V. pag. 535 et notam 1.). Sumimus hunc sermonem ex duobus antiquis codicibus, scil. Tudertino et Monacensi, notatis in Prolegom. pag. XLV seq.

2. Secundus sermo primo editus est a P. Bonelli (Supplem. tom. I. col. 375-415), sed cum multis defectibus et cum hoc titulo non conveniente: *Sermo de Seminante*. Nos eundem legitime inscriptum: *de regno Dei in parabolis evangelicis*, subsidio aliorum quinque codicum bonorum valde emendavimus, citatis aliis tribus codicibus non collatis. Regnum Dei ibi egregie explicatur non tantum parabolis de *seminante*, sed secundum 12 parabolas Evangelii.

3. Tertius sermo, in multis codicibus descriptus, est *de Corpore Christi*. Hic et etiam sequens sermo prae aliis praestat stupenda et copiosa doctrina. P. Bonelli (Supplem. III. col. 952-984) eundem edidit ex quodam vitioso apographo codicis recentioris. Collatis aliis et melioribus codicibus, multa vitia et lacunas editionis corrigere potuimus. Citantur et describuntur (Proleg. XLVI-XLVII) 16 codices, quorum 5 sunt a nobis collati. Hic et seq. sermo tam bene scripti sunt, ut non videantur tantum reportati a quodam audiente.

4. Quartus hucusque ineditus sermo est *de Christo uno omnium magistro*. Hic invenitur in eodem codice bibliothecae Monacensis Reg. n. 7776, in quo habentur etiam sermo primus de Ss. Trinitate multique alii Bonaventuriani, ut ex tomo nostro IX. constat, licet ibi omnes sint anonymi. Iam editus est a nobis in opusculo *de Humanae Cognitionis ratione* edito ad Claras Aquas et in praevia dissertatione explicatus.

5. Tractatulus *de Plantatione paradisi* minoris est momenti et editus est a P. Bonelli (Supplem. tom. I. col. 1-22). Fere totus est conflatus ex aliis operibus S. Bonav., praesertim ex *Collationibus* in Hexaëmeron et *Itinerario mentis in Deum*; sed quia etiam in antiquo codice Tudertino inter opera Bonaventuriana reperitur, eum recepimus, tamen dubitantes, utrum ultima eius forma tribuenda sit alii auctori, et fortasse Fr. Petro Ioannis Olivi, qui solebat multa ex Bonaventura in suum usum accipere.

#### CAP. III.

##### *De genuinis in S. Scripturam Commentariis in sexto et septimo tomo contentis.*

Praeter plures certo spurios Commentarios quatuor sunt legitimi, quibus adnumerandus est libellus

intitulatus *Collationes in Ioannem*, qui selectos locos huius Evangelii per modum sermonum vel potius schematum explicat.

§ I. Commentarius in librum Ecclesiastae.

Quod genuinus sit hic Commentarius, omnino constat tum propter eius indolem manifeste Bonaventurianam, quae praecipue in magnifico prologo splendet, tum propter testimonium plurimum et meliorum codicum. Nec obstat, quod nonnulli codices alium referant auctorem. Nam, prout *sermones* illius aetatis, parum mutati, diversis auctoribus adscribuntur; ita non raro factum est etiam de *commentariis* in Scripturam, cum a iunioribus baccalaureis vel potius *cursoribus* (ut vocabantur) opera antiquiorum lectorum cum alio prologo et parum mutata adhiberentur; de quo more plura dicuntur in Prolegomenis ad VI. tomum pag. XV seq. § 2. Futilia sunt argumenta, quae ab editoribus Venetis (Diatribae pag. 106) contra authenticitatem huius Commentarii proferuntur et iam a P. Bonelli discussa et confutata sunt.

In Proleg. pag. XVI seq. descripti sunt 25 codices, qui hunc Commentarium habent, quorum septem sunt collati. Notandum est, unum codicem, scil. Assisiensem, ad saec. XIII. attingentem, habere multa additamenta, quae P. Fidelis a Fanna (Ratio novae collectionis etc. pag. 201 seqq.) putavit esse genuina. Sed cum a nobis accuratius examinata sint, invenimus, ea esse descripta ex Commentario cardinalis Hugonis a S. Charo aliisque auctoribus.

§ II. Commentarius in librum Sapientiae (pag. 107-233).

Hic Commentarius, qui incipit: *Diligite lumen sapientiae omnes etc.*, cum nomine Bonaventurae primo impressus est Venetiis an 1574 et receptus ab ed. Vaticana et eam subsequentibus. Pluribus antiquis testimoniis constat, Bonaventuram scripsisse Commentarium in hunc librum, fatemur tamen, deesse nobis certum codicum testimonium ad probandum, praedictum commentarium esse scriptum a Bonaventura. Exstant adhuc septem codices nobis noti, qui continent hoc scriptum; tamen ex eorum diligenti examine et ex eis quae Echard (*Scriptores* etc. pag. 245) dicit, nihil certi erui potest. Hoc tantum probari potest, tres praeter Bonaventuram competidores, quibus commentarius tribuitur, scil. Ioannes de Verdiaco O. P., Guillelmus de Altona O. P., Nicolaus Gorran O. P. ob graves rationes non posse esse commentarii huius auctores; unde non remanet nisi quidam « doctor in-nominatus ». Haec verba inveniuntur in cod. Parisiensi n. 14429. fol. 50, licet manus recentior addiderit in fine: *secundum fratrem Nicholaum Gorran de ordine fratrum Praedicatorum*. Nam de hoc iam constat, eum multos commentarios in sacram Scripturam, paucis mutatis, ab aliis auctoribus sumpsisse. De hoc longa disquisitio nostra videri potest in Proleg. pag. XVIII-XXI.

Ceterum hic Commentarius ut genuinus et Bonaventura dignus receptus est ab omnibus saepe citatis censoribus, non exceptis Oudino nec editoribus Venetis. Hoc testimonium nobis visa est ratio sufficiens, ne eum a nostra editione excludamus. Nobis tamen videtur esse probabilissimum, alienum quendam auctorem non pauca mutasse vel etiam omisisse. Hinc hic Commentarius ut prorsus legitimus et certus ingenii Bonaventuriani fructus a nobis asseri nequit.

§ III. Commentarius in Evangelium Ioannis (pag. 239-530).

Nicolaus Gorranus O. P., qui ante an. 1280 (teste Echardo, *Scriptores* pag. 438), Prior fuit in Parisiensi Conventu Praedicatorum, in omnes Scripturae libros commentarios edidisse dicitur. Tamen constat, eum saltem plures suos commentarios mutuasse ab aliis auctoribus, quos cum alio prologo et variis additionibus ac mutationibus publicavit. Per hunc modum etiam commentarium S. Bonaventurae in Ioannem fere integrum, etiam cum genuino prologo auctoris, recepit in Commentarium ab ipso evulgatum et additamentis pluribus auctum. Sub nomine Gorran talis Commentarius primo editus est a P. Ioanne Pesselio Tilano O. P., Coloniae an. 1537, qui reimpressus est Antwerpiae an. 1615 in folio. Plura de prima illa editione vide Proleg. pag. XXI col. I. seq., ubi etiam differentiae referuntur, quae sunt inter nostram editionem et praedictam. Praescindendo ab additamentis praedictis, ista editio non raro textus a nobis receptus confirmatur. Meritum est P. Benedicti Bonelli, quod primus cognoverit, verum operis auctorem esse S. Bonaventuram (cfr. Prodrum. col. 641), illudque iterum ediderit in suo *Supplemento* (tom. I. col. 416 seqq.), usus solo codice Romano bibliothecae Angelicae Eremit. S. Augustini.

A P. Fideli a Fanna inventi sunt 49 codices, quorum 26 portant *nomen* Gorran, quamvis non constet, hos omnes habere etiam *textum* ab ipso ampliatum, dum saltem 13 certo habent genuinum *textum* Bonaventurae, sine additamentis Gorran, pluresque etiam Bonaventurae *nomen*.

Praedictis non obstantibus, omnino constat, opus hoc pertinere ad nostrum S. Doctorem. Praeter alia integra fides habenda est codici bibliothecae Ambrosianae in nostro tomo IX. passim relato, qui schema multorum sermonum cum speciali rubrica refert. Hic pro festo S. Ioannis Evangelistae habet rubricam: *Sermo fratris Bonaventure in scholis, quando incipit Ioannem. — Ecce intelliget servus meus etc.*; cfr. tom. V. pag. 240, nota I. et tom. IX. pag. 495, nota 1. — Plura argumenta pro legitimitate istius Commentarii vide Proleg. tomi V. pag. XXI col. II. seq.; P. Fidelis, *Ratio novae collectionis* etc. pag. 93-120; Bonelli locc. cit. — Pro *textu* emendando inter 49 codices 14 a nobis sunt collati et descripti Proleg. pag. XXII col. II. usque XXVI, ubi etiam de indole et praestantia operis aliqua dicta sunt ad defensionem auctoris contra quosdam, qui, seducti

aliis spurii commentariis in ceteris editionibus, Bonaventuram accuserunt, quod in suis commentariis nimis insistat sensibus mysticis explicandis. Re vera in geminis suis scriptis, post sensus litteralis expositionem tantum parce pro more illius aetatis refert etiam sensus mysticos.

§ IV. *Collationes in Ioannem* (pag. 535-634).

Geminae hae collationes differunt ab illis collationibus impressis in tom. II. ed. Vaticanae, quae sunt opus Ioannis Gualensis O. Fr. M. Nostrae vero *Collationes*, antea prorsus ignotae, inventae sunt a P. Fideli a Fanna in tribus codicibus antiquis et saeculum XIII. attingentibus; vide Proleg. pag. XXV et ibi in fine *Faeximile* codicis Toletani, qui etiam habet nomen Bonaventurae a prima manu scriptum. Hoc opusculum ita spirat ingenium et stilum Bonaventurianum, ut de vero auctore non dubitatum sit, etiam antequam nomen auctoris in codice Toletano fuit inventum. In parva appendice codicum adiecta sunt quaedam schemata, de quorum auctore non constat. Hoc opusculum aliquatenus est connexum cum Commentario in Ioannem, et selectos versus huius Evangelii explicat per *schemata* ad usum praedicatorum, quorum longiora excellunt sententiarum praestantia. Vide Proleg. pag. XXV seq. descriptionem trium collatorum codicum.

Ibid. pag. XXVI et § 7. praeter alia de indole et praestantia trium huius tomi Commentariorum quaedam dicta sunt de fontibus, quibus usus est auctor. Praeter duplicem *Glossam*, quae communiter sententias Ss. Patrum exhibet, Commentarius in Ioannem continuo utitur expositione Ss. Augustini et Ioannis Chrysostomi et cuiusdam Victoris, qui videtur fuisse episc. Capuae, citati ab Alcuino. Sed *Glossae* in expositione libri Sapientiae citatae plerumque sumtae sunt ex Rabano. De fontibus adhibitis in expositione Ecclesiastae vide scholion pag. 99.

§ V. *Commentarius in Evangelium S. Lucae* (tom. VII. pag. 1-604).

Hoc opus S. Bonaventurae nemo vocavit in dubium nisi editores Veneti, quorum rationes vere futiles iam a P. Sbaralea et P. Bonelli penitus eversae sunt tum antiquorum auctorum tum codicum auctoritate (vide Proleg. pag. VII seq. § 1. 2.). Commentarius manifeste indole sua differt a tribus praecedentibus, qui in *scholis* expositi sunt et quaestionibus theologicis abundant. Sed expositio in Lucam magis pro praxi praedicatorum scripta esse videtur; unde non habet quaestiones scholasticas. Videtur etiam post alios esse composita, aut saltem ultimo absoluta. Ultima haec verba adiecimus, quia Salimbene, qui luculentum pro genuinitate et praestantia huius libri reddit testimonium, insinuare videtur, cum Commentariis in Sententias etiam hunc an. 1248 inceptum esse. Sed verba istius sunt nimis ambigua, et ipsum opus potius maturiorem aetatem auctoris insinuat.

Habetur adhuc in 16 codicibus, quorum undecim ad corrigenda multa praecedentium editionum vitia a nobis collati sunt (Proleg. pag. IX-XI § 4.). Quoad fontes Commentarii cfr. pag. IX col. II. In eodem tomo VII. habentur duo *dubia* commentariola, de quibus infra dicetur. In fine additus est index rerum in quatuor commentarios sexti et septimi tomi.

CAP. IV.

*Tomus VIII. De genuinis opusculis mysticis et ad Ordinem spectantibus.*

Quoad primam classem, scil. opuscula mystica, in tomo octavo habentur opuscula tantum decem genuina, cum in veteribus editionibus multa illegitima exhiberi iam a saeculis constiterit. Ad secundam vero classem pertinent quatuordecim. Sequitur in fine appendix septem dubiorum vel non legitimorum opusculorum.

§ I. *De genuinis libris asceticis* (pag. 3-18).

1. Primum locum occupat libellus *de Triplici Via*, qui alias in editionibus perperam nomen habuit *Incendium amoris*. Falsus hic titulus introductus est ex spurio prologo, qui in fine habuit verba: « Istius libri titulus *Incendium amoris* dicitur ». Sed ipse prologus *insulsus* tantum in tribus recentissimis codicibus inventus est. Variis aliis nominibus in codicibus opusculum inscriptum est, sed convenientius in melioribus titulo illo a nobis recepto.

Certissime est opusculum genuinum, quod invicte probatur contra Oudinum pag. IX § 4. Hoc dici potest quoddam *breviloquium* theologiae mysticae et summa ac ingeniosa orationis brevitae salutaria documenta praebet *omnibus*, praesertim in c. I. et II; c. III. vero altos gradus contemplationis breviter insinuat, ubi tamen notanda est doctrina (§ 7.) de duplici contemplatione per *positionem* et *ablationem*.

Praeter spurium *prooemium* aliae etiam insertiones ineptae in fere omnibus praecedentibus editionibus positae e nostra editione auctoritate codicum eliminatae sunt et reiectae in additamentum I. et II. post opusculum. — Praeterea, in additamentis III. et IV. publicavimus quoddam opusculum speciale *de Pietate* ex aliis genuinis S. Doctoris operibus a quodam ignoto viro compilatum et in paucis mss. genuino libello adiectum.

Quanti aestimatus sit ab antiquo parvus hic libellus probant multae speciales editiones, etiam recentiores, et versiones in linguas alias et codices 299, a nobis descripti in Proleg. pag. X-XXV, quorum viginti duo sunt collati.

2. *Soliloquium*, alias etiam dictum *Imago vitae*, vel *Libellus de quatuor exercitiis* (pag. 28-67).

Omnes confitentur, libellum hunc esse genuinum et omnibus utilem, cum per modum dialogi catenam locorum Ss. Patrum proponat de rebus spiritualibus,



scilicet ad meditanda et contemplanda *interiora, exteriora, inferiora, superiora*. De opusculi materia plura habentur in quodam non genuino prologo, ex bibliotheca Wolfenbutana a nobis exscripto (pag. XXV). — Ipsum opusculum in forma dialogi est quaedam imitatio Hugonis a S. Vict. in *Soliloquio de arrha animae* et aliorum auctorum, ut Isidori (vide pag. 29, notam 6.). Nobis magnus labor sustinendus erat, ut tot textus Ss. Patrum invenirentur, cum in editis et etiam manuscriptis magna circa hoc confusio fuerit et etiam insertio multarum Glossarum (cfr. ibi pag. XXVI col. I.). — De praestantia huius libelli invat audire Petrum cardinalem Cameracensem, qui scripsit quoddam commentariolum libelli citatum ibid. pag. XXXII n. 120.

### 3. *Lignum vitae* (pag. 68-86).

Devotissimum hoc opusculum proponit in 48 punctis totam Iesu Christi vitam meditandam, quam exprimit tum 48 versiculis, tum designato quodam arbore mystico, quo in foliis 48 ipsa 48 *mysteria* et eorum *fructus* 12 repraesentantur. Istis 48 versiculis adduntur in principio alia *quatuor* ad instar prologi (o crux, frutex salvificus etc.) et in fine *octo*, quibus dona Spiritus S. postulantur. Ultimi 8 versiculi desunt in omnibus editionibus, excepta ed. 1. De his 60 versiculis, qui soli sunt genuini, agitur in Proleg. pag. XXXIX, et pictura illius arboris adumbrata explicatur.

Ibidem et pag. seq. tractatur de aliis libris, qui hoc opusculum celeberrimum ampliarunt, et primo de famoso libro Fr. Ubertini de Casali O. Min. *Arbor vitae crucifixi Iesu*, qui ex Bonaventura sumpsit multa et praesertim 28 versiculos eosque usque ad 150 adauxit. De aliis similibus operibus et versiculis aliorum auctorum vide ibid. pag. XL col. I.

Nostrae observationes et correctiones multitudine magna antiquorum codicum comprobantur. Horum 29 sunt collati, ex quibus incredibilem lectionum variantium multitudinem collegimus; codices descripti in toto sunt 175.

De genuinitate libelli ab omnibus concessa nullum potest esse dubium.

### 4. *De Quinque Festivitatibus pueri Iesu* (pag. 88-95).

Hoc opusculum ab Ondino, ab editoribus Venetis et Sbaralea iudicatum est esse spurium, dum Bonelli, in *Prodromo* col. 754 illud defendere nititur. Ratio principalis, propter quam ab illis censoribus reiectum est, in eo posita est, quod libellus in editionibus antecedentibus insertionibus fere duplo adauctus est, ut ex melioribus codicibus constat. Resectis illis insertionibus, quae tractatum foede deturpant, censurae trium illorum censorum corrumpunt. Vide Proleg. pag. XLIX.

Nec desunt codices ad vindicandum seraphico Doctori hunc libellum, cum inter 21 codices 13 ipsum nominent auctorem, quibus addi debet alius codex ibi descriptus, qui in bibliotheca illa amplius non

habetur. Hoc codicum testimonium confirmatur indiculis Trithemii, Mariani Florentini aliorumque posteriorum.

Prima editio huius libelli est Coloniensis anni 1486. Sententiae mysticae libelli apprime conveniunt sancto Doctori.

Partes in editiones alias insertae in duobus aditamentis in fine operis impressae sunt.

Invenitur hoc opusculum in 21 codicibus, quorum 7 a nobis collati sunt.

### 5. *Opusculum de praeparatione ad Missam* (pag. 99-106).

Oudinus hoc devotum opusculum ponit inter *incerta*, editores Veneti inter *dubia*; sed Sbaralea et Bonelli inter *certa* opuscula. Praeter auctoritatem plurium indiculorum magnus numerus codicum, qui illud Bonaventurae tribuunt, irrefragabile testimonium Bonaventurae reddit. Sunt enim superstites adhuc 115 codices, quorum 17 collati sunt. In Proleg. pag. L explicatur ratio, quare sex codices libellum adscribant Petro ab Alliaco, cardinali Cameracensi, qui vixit ab anno 1350-1420.

Obiter notamus, verba illa notissima cap. I. n. 9: « Nam, cum sacerdos est absque mortali peccato et in proposito bono, non habens legitimum impedimentum » etc., quae in tot pagellis tribuuntur *Bedae*, minime in scriptis Bedae inveniri, sed sunt Bonaventurae tribuenda.

### 6. *Opusculum de perfectione vitae ad Sorores* (pag. 107-127).

Piissimum hoc opusculum directum est ad quandam abbatissam S. Clarae. Quae fuerit illa abbatissa, certum non est; probabiliter tamen fuit B. Isabella, soror germana S. Ludovici, regis Galliae, cuius festum in Ordine Minorum celebratur die 1. Septembris. Rationes pro hac opinione militantes vide Proleg. pag. XVII.

Prima libelli editio excusa est Argentinae anno 1495. Invenitur in 24 codicibus ibi descriptis, quorum 6 a nobis sunt collati.

### 7. *Opusculum de regimine animae* (pag. 128-130).

In prima editione, scil. Coloniensi anni 1486, opusculum habet hunc titulum: *Epistola ad dominam Blancam, reginam Hispanie de regimine anime*, qui titulus invenitur etiam in aliquibus editionibus subsequentibus et in nonnullis codicibus; in quodam autem codice Assisiensi in fine habetur: « Explicit meditatio, quam scripsit frater Bonaventura ad postulationem cuiusdam sancte mulieris »; alii codices volunt, scriptum hoc directum esse ad quendam Religiosum (plura vide ibi pag. 128, nota 1. et Proleg. pag. XIX). Ibi recensentur 13 codices, qui opusculum exhibent, quorum sex sunt collati.

### 8. *Opusculum de sex alis Seraphim* (pag. 131-151).

Pretiosum hoc opusculum, nemine contradicente, est S. Bonaventurae, pro quo iam quasi coevi scriptores testimonium reddunt (vide Proleg. XL). Celeber

Pater Clandius Aquaviva S. I. hoc opusculum separatim excudi et per omnes Provincias disseminari voluit, ut ad praxim referretur.

Prima editio facta est Argentinae anno 1465, quam posteriores editiones secutae sunt. Saepe etiam seorsim editum est et in varias linguas translatum.

Pauci supersunt codices, quorum unus atque antiqua editio collati sunt.

9. *Officium de Passione Domini* (pag. 152-168).

Hoc opusculum inscribitur etiam: *Officium de cruce* vel *Cursus de passione Domini*.

Ab Oudino sine ratione creditur supposititium. Illud genuinum esse, testantur auctor Chronic. XXIV Generalium et antiquus codex Parisiensis. In codicibus, qui miro modo in textu dissentiunt, plerumque est anonymus utpote liber devotionis, et multis lectionibus et mutationibus variatus. Vide Prolog. pag. LXI. Habetur in 38 codicibus a pag. LXI-LXIII descriptis, quorum 6 collati sunt.

10. Opusculum *Vitis mystica* (pag. 159-189).

Hoc opusculum cum titulo: *Tractatus de passione Domini* inter opera S. Bernardi saepius impressum est, et in Breviario Romano lectiones ex ipso assumptae in festo SS. Cordis et Quinque Vulnerum tribuuntur S. Bernardo; sed Mabillonius opusculo hanc praefigit notam: « Non est Bernardi, sed cuiusdam alterius auctoris pii nec indocti nec inelegantis » etc. Idem iudicant Bellarminus et Labbaeus.

Quis sit verus libelli auctor, P. Bonelli, testibus duobus codicibus, determinare voluit, dicens, eum pertinere ad S. Bonaventuram. Dicit tamen, tractatum in illis duobus codicibus esse edito valde breviorum. Nihilominus ipse perperam suspicatus est, breviorum illam in codicibus formam esse indebite contractam, et totum in editionibus Bernardi exhibitum librum, saltem triplo insertionibus ampliatum, spectare ad Bonaventuram, et sic integrum in suo Supplemento tom. III. col. 6-224 cum nomine Bonaventurae edidit.

Nobis autem editionem Bonelli examinantibus visum est, *totum* illum tractatum, qualis inter opera S. Bernardi et a Bonelli publicatus est, non posse seraphico Doctori tribui, quia multa nec stilo nec indoli eiusdem conveniunt. Postquam autem invenimus, inter 16 codices esse 12, qui formam multo breviorum habeant, et insuper hos, excepto uno, etiam nomen Bonaventurae prae se ferre, hanc codicum breviorum formam accuratius examinatam iure ac merito seraphico Doctori esse tribuendam censuimus. Plura vide Proleg. pag. LXIII seqq.

Opusculum multum convenit cum alio S. Bonaventurae libello, qui *Lignum vitae* inscribitur; licet auctor in *Vite mystica* non utatur, ut in altero, stilo tam presso, tamen cor effundit in tenerrimos affectus. Tractatus tamen plenus est gravibus sententiis. In pluribus codicibus libellus inscribitur: « Planctus Bonaventurae de passione Domini ». Omnia illa additamenta, litteris minoribus impressa, post finem genuini opusculi adiecimus.

Descripti sunt sexdecim codices, quorum octo collati sunt.

## § II. De Opusculis ad Ordinem spectantibus.

### 1. *Apologia pauperum* (pag. 233-330).

Inter opera S. Bonaventurae haec Apologia est insigne ingenii et doctrinae seraphici Doctoris monumentum, et ratione etiam orationis laudatur ab Oudino. Occasio illud scribendi data est a magistro quodam Parisiensi, qui creditur fuisse Geraldus de Abbatis Villa, qui errores iam condemnatos Guillelmi a Sancto Amore peius redintegravit opere suo, quod incipit: « Tantum sibi praesumptionis assumserunt quidam homines » etc. Cfr. pag. 233, nota 3. et Proleg. pag. LXVI.

Hoc opusculum non est scriptum ante annum 1269, cum Bonaventura iam esset Minister generalis Ordinis Minorum. Non est mirandum, quod hunc auctorem, tacito tamen nomine, acrius insectetur quam Guillelmum, cum Sedes Apostolica de re controversa iam iudicium tulisset, condemnans libellum Guillelmi.

Apologia edita est iam in prima, ut videtur, editione opusculorum S. Bonaventurae, quae est sine nomine temporis, loci et typographi, et in fere omnibus subsequentibus editionibus. Exstat in 30 codicibus a nobis adnotatis, quorum 7 cum duabus editionibus sunt collati.

2. *Epistola de tribus quaestionibus ad innominatum Magistrum* (pag. 330-336).

Occasio scribendi hoc certissime genuinum S. Bonaventurae opusculum notatur pag. 331 (non pag. 332, ut dicitur in editione nostra); cfr. etiam Proleg. pag. LXVIII col. I.) et pag. 336, nota 6. Secundum has notas magister ille videtur esse quidam frater Ordinis Praedicatorum, quoad Regulam Fratrum Minorum male informatus.

Non tantum stilus S. Bonaventurae convenit, sed et auctoritas codicum est irrefragabilis in favorem eiusdem; nam, quod rarum est, inter 30 codices nomen Bonaventurae desideratur tantum in quatuor, et illi 26, qui nomen Bonaventurae habent, sunt valde antiqui. Collati sunt 14.

3. *Determinationes quaestionum circa Regulam Fratrum Minorum*, pars I. et II. (pag. 336-381).

Pars operis secunda in aliis editionibus impressa est ut distinctus libellus cum speciali titulo: « Liber apologeticus in eos, qui Ordini Fratrum Minorum adversantur », qui libellus a quatuor illis censoribus saepe nominatis declaratus est genuinus; sed re vera ille non est nisi continuatio primae partis, quod a nobis ex codicibus probatur pag. 350, nota 8. Concedimus tamen, secundam partem non inveniri nisi in editionibus et uno solo codice, cum prima pars inveniatur in 6 codicibus, quorum 3 cum aliquibus editionibus contulimus.

Quamvis etiam secundam partem esse genuinam, a nemine in dubium vocatum sit, nobis tamen non

deest suspicio, quosdam secundae partis locos ab aliis vel adiunctos, vel mutatos esse, quod, deficientibus codicibus, probare non possumus. Vide pag. 356, nota 6. col. II.

4. *Opusculum, quare Fratres Minores praedictent et confessiones audiant* (pag. 373-381).

Hoc opusculum, cui in praecedentibus editionibus subiungitur additamentum manifeste spurium, evidenti doctrinae et stili et testimonio duorum codicum a nobis collatorum iure S. Bonaventurae adscribitur. Illud tamen additamentum (pag. 381-385) esse reiiciendum, quatuor rationibus gravibus probatur pag. 381, nota 9.

5. *Epistola de sandaliis Apostolorum* (pag. 386-390).

Occasio scribendi hoc opusculum fuit assertio cuiusdam innominati, dicentis, Christum et Apostolos incessisse calceatos. Cum Ondinus, Sbaralea, editores Veneti et Bonelli opus censeant esse genuinum, illud recepimus. De eadem quidem materia Bonaventura tractat in *Apologia pauperum* cap. 10. n. 10. seqq. et in opusculo *Expositio in Regulam*, cap. 2. n. 16. seqq. in eodem sensu. Hae sententiae in isto libello repetuntur, additis nonnullis aliis testimoniis. Hinc supponi posset, hanc epistolam esse quasi extractum parum mutatum ex duobus illis tractatibus; quam opinionem penitus reprobare non audemus. Tamen etiam in hac hypothesisi verum esset, substantiam libelli esse a S. Bonaventura.

Exstat in duobus codicibus, quorum unum contulimus. Vide Proleg. pag. LXXI col. I. II.

6. *Expositio super Regulam Fratrum Minorum* (pag. 391-437).

Hanc expositionem genuinam esse, soli editores Veneti in dubium vocaverunt, quorum fuit rationes bene refellit Bonelli (Vide Proleg. pag. LXXI col. II.). Unus quidem codex libellum tribuit Pecchamo, sed erronee, cum hic *aliam* expositionem composuerit, quae in quodam codice et in opere *Firmamentum Ordinis S. P. Francisci* invenitur impressa una cum sincera expositione S. Bonaventurae. Vide pag. 391, notam 1. Genuinitatem huius expositionis testantur tot testes magnae auctoritatis, tum inter 17 codices 14, qui habent nomen S. Bonaventurae. Horum 17 codicum 7 sunt a nobis collati.

7. *Sermo super Regulam Fratrum Minorum* (pag. 438-448).

Sermonem hucusque ineditum, at sine dubio genuinum ex uno solo codice edidimus; alter codex habet tantum initium sermonis, sed cetera folia avulsa sunt. Vide Proleg. pag. LXXIII col. I.

8. *Constitutiones Generales Narbonenses* (pag. 449-467).

Hae Constitutiones in aliis collectionibus operum S. Bonaventurae non inveniuntur, easque integras primus publicavit cl. P. Franz Ehrle S. I. (Archiv für Literatur und Kirchengeschichte des Mittelalters, tom. VI. pag. 1 seqq.). Teste fratre Salimbene (Chronica. ed. Parm. pag. 405), S. Bonaventura ex anterioribus

Constitutionibus ordinatum corpus perfecit et auctoritate illius Capituli promulgavit.

Unus tantum codex Vaticanus habet primitivas has Constitutiones sine additamentis, quae in multis editionibus et codicibus inveniuntur. Hunc textum iam a P. Ehrle editum denno collatum publicavimus. Vide Proleg. pag. LXXIII, ubi etiam 14 alii codices, qui illa additamenta vel partem eorum habent, descripti sunt.

In fine editionis nostrae habetur additamentum, quod exhibet Constitutiones Capituli, ut videtur, Lugdunensis anni 1274.

9. *Epistolae (7) officiales* (pag. 468-474).

Harum duae primae et maioris momenti epistolae impressae sunt in collectione opusculorum anni 1484 et in multis subsequentibus editionibus et etiam a Waddingo (Annal. Minor. II. pag. 159 et 290. Prima epistola exstat in 20 codicibus, quorum 6 sunt collati, secunda in 6 codicibus, quorum 3 collati sunt. Vide Proleg. pag. LXXIV seq. Aliarum quinque epistolarum codices citati sunt ad calcem earum (pag. 471-474).

10. *Regula novitiorum* (pag. 475-490).

In Prolegomenis nostris (pag. LXXV seqq.) plura dicta sunt de multis aliis libellis pro instructione novitiorum scriptis, qui in praecedentibus editionibus habentur, in specie: de opusculo *Speculum disciplinae*, de quo infra erit sermo; de alio inscripto *de Profectu Religiosorum* cum duobus prologis, cuius et sequentis libelli auctor est David ab Augusta (opus eius separatim in 16. publicavimus); item, *de Institutione novitiorum*. Omnes hi tractatus tribuuntur in editione Vaticana et multis aliis seraphico Doctori; sed solummodo genuina est *Regula Novitiorum*, cum inter 40 codices 37 pro Bonaventura testentur, nullus pro alio auctore, sed tres sint anonymi. Hoc testimonium confirmatur aliis testibus. Pag. 490, nota 8. habetur quoddam additamentum spurium ex editione Vaticana sumtum. Pag. LXXVII-LXXX describuntur 40 codices, inter quos 14 sunt collati et etiam editio anni 1495. Ex quodam codice Lambacensi (n. 16.) alius prologus hucusque ineditus ibid. pag. LXXIX impressus est.

11. *Epistola continens viginti quinque Memorialia* (pag. 491-498).

Soli editores Veneti ausi sunt, nulla adducta ratione, hoc opusculum reiicere ad *incerta*, cum et indole sua et irrefragabilibus testimoniis certissime sit legitimum. Nam inter 74 codices, quorum 7 et editio anni 1480 sunt a nobis collati, tantum quatuor sunt anonymi, et tres erronee auctorem nominant Bernardum. Descriptio codicum habetur Proleg. pag. LXXX-LXXXV.

Specialiter est notandum, hoc opusculo vitam *interiorem* S. Bonaventurae aliquatenus nobis manifestari, cum contineat *proposita*, quae ipse sibi ad proprium usum collegerat, ut patet ibi pag. 491, nota 1. et 498, col. I.

12. *Epistola de imitatione Christi* (pag. 499-503).

Hanc Epistolam primus publicavit P. Bonelli in suo *Supplemento*, tom. III. col. 1132. Cum ad auctoritatem Waddingi et Bonelli accedat auctoritas plurimum codicum, et doctrina satis conveniat Bonaventuriana, hoc parvulum scriptum recepimus, licet stilus sit simplicissimus.

Usi sumus pro collatione quatuor codicibus. Vide Proleg. pag. LXXXV.

13. *Legenda S. Francisci* (pag. 504-565).

Celeberrimam hanc Legendam toties editam esse legitimam, probare opus non est. De laudibus huius Legendae, de multis editionibus et versionibus vide Proleg. pag. LXXXVI, ubi etiam incipit elenchus codicum, scil. 93, quorum 12 sunt collati; cfr. etiam pag. XCI.

14. *Legenda minor S. Francisci* (pag. 565-579).

Pro usu liturgico ipse Sanctus excerptis minorem Legendam et distribuit in septem titulos, quorum singuli habent novem lectiones. Eandem certitudinem habet haec Legenda ac maior. Multa in ea fere iisdem ut in maiore verbis repetuntur, paucissima adduntur, quae desunt in altera. Bonelli secundum hoc opusculum edidit in suo *Supplemento*, tom. III. col. 1065 seqq., sumtum ex antiquo saeculi XIII. Breviario.

Exhibetur haec Legenda minor in 43 codicibus, quorum duo collati sunt. Antiqua editio huius Legendae prodit Cremonae 1499 per Carolum Dedarleriis.

#### CAP. V.

##### *Tomus IX. Sermones S. Bonaventurae.*

1. His sermonibus praemisimus introductionem, quae primo plura praebet de sermonibus illius aetatis, et deinde tractatum, qui inseribitur *Ars concionandi sive praedicandi*, editum iam a Bonelli (*Supplementum* etc., tom. III. col. 385 seqq.), sed mutilum. Usus est Bonelli uno solo codice, qui opus tribuit nostro Doctori. Alios 7 codices invenimus, omnes anonymos, quorum subsidiis omissas duas partes supplere potuimus. Hi tamen valde inter se differunt. et cum etiam opusculum ingenium et stilum S. Bonaventurae non satis prae se ferat, minus codicis testimonium non sufficit, ut inter *certa* Bonaventurae opera recipiatur. Emendatum igitur illorum codicum ope tractatum tanquam dubium publicavimus (pag. 8-21).

Pag. 5-7 nonnulla diximus de aliis antiquis de arte praedicandi tractatibus, inter quos 6 adhuc sunt inediti.

2. Sermones, quos in hoc tomo publicavimus, exceptis tantum 53 impressis in ed. Vaticana, et paucis a D. Uccelli separatim editis, hucusque erant inediti et vix noti. Illi gemini in Vaticanam recepti sermones de Tempore in nostra editione primum locum in singulis Dominicis occupant. Insuper observandum est, solummodo de his constare testimonio codicum, eos ab ipso S. Bonaventura esse scripto exaratos.

Hic tomus continet primo multos Sermones de Tempore (pag. 23-461). Sed notandum est, inter hos multos non exhibere nisi *schemata*, sumta ex quodam codice bibliothecae Ambrosianae, qui est saeculi XIII, sed magnam eorum partem haberi etiam in alio codice Parisiensi. Codex ille Ambrosianus habet schemata 295, quorum 23 aliis auctoribus saeculi XIII. (3 S. Thomae) tribuntur. Unicuique schemati praefigitur rubrica de loco et tempore, ubi sermo habitus est, v. g. ad tertium sermonem in Dominica I. Adventus legitur: « Sermo fratris Bonaventurae coram rege Franciae in palatio extra Parisius apud nemus, in prima Dominica de Adventu ante Natale ». Aliae rubricae huic similes sunt, et sic indicantur 50 loci, ubi S. Doctor praedicavit, frequentissime quidem Parisiis et in aliis Galliae locis, in Italia vero: Ianuae, Bononiae, Mediolani, Neapoli, Perusii, Pisis, Romae, Urbeveteri, Viterbii, coram curia Summi Pontificis; porro in Hispania, Barcinonae; in Germania, Coloniae in Capitulo et in provincia Alemanniae superioris.

Secundo loco ponuntur *Sermones de Sanctis* (pag. 463-631), tertio *Sermones de B. V. Maria* (pag. 633-721), quarto *de Diversis* (pag. 723-729). Pag. 733-746 est index Sermonum et thematum et alius index alphabeticus thematum et prothematum.

In Prolegomenis (pag. XI) capite I. agitur de 14 editionibus Sermonum; et notandum, *Sermones de novissimis* ultimo loco positos iterum tractari cum titulo *Tractatus de novissimis* infra parte II. cap. III, scil. de spuris et dubiis a P. Fidei in suo opere *Ratio novae collectionis* etc. annotatis. Deinde cap. II. (pag. XV) tractatur de codicibus mss., quibus usi sumus, et cap. III. de ratione et via, quam in hac adornanda nostra editione observavimus. Sequitur pag. XXIII tabula illorum (65) codicum, quos adhibuimus.

#### Secundo opuscula dubia in nostram editionem recepta.

1. In appendicem tomi VII. recepta sunt duo opuscula dubia et minoribus typis impressa. Primum est *Expositio Threnorum Ieremiae Prophetae* (pag. 607-651), cuius prooemium incipit: « *Tempus plangendi et tempus saltandi*. In verbo isto etc. ». Hoc opusculum videtur potius scriptum a discipulo S. Bonaventurae, Ioanne Pecchano O. F. Min., qui fuit primus in Ordine Minorum lector S. Palatii atque an. 1279 promotus est ad sedem primatiam Cantuariensem († 1292). Vide Proleg., cap. II. pag. XI seqq.

Primum editus est hic Commentarius Venetiis an. 1474 apud Petrum Franciscum Salvionum, quae editio videtur, mutato aliquatenus titulo, eadem esse cum illa quae habet verba: Venetiis MDLXXIV. (vide Proleg. pag. XII § 1.). Postea receptus est a Vaticana et a subsequentibus editionibus. Solummodo editores Veneti dubitaverunt de genuinitate huius Expositionis, quos Bonelli (vide ibid. § 2.) refutare nititur, innixus



praecipue «pervetustis inventariis Tudertinis»; sed horum inventariorum testimonium est valde aequivocum, ut a nobis ibi ostensum est. Nullum externum testimonium favet Bonaventurae, sed Pitsaeus et codex Pragensis, quem contulimus, opusculum tribuunt «Iohanni Peczano», cui favent etiam criteria interna; vide Proleg., cap. II. § 3. pag. XIII. Auctor exscripsit multa ex libris Rhabani, Hugonis a S. Victore et cardinalis Hugonis a S. Charo, nec stilus bene convenit S. Bonaventurae. Textus in praecedentibus editionibus erat mire depravatus. Praeter codicem Pragensem usi sumus valde antiquo Parisiensi. Propter supra dicta nobis omnino persuasum est, hunc Commentarium S. Bonaventurae tribui non posse.

Secundo, *Expositio orationis dominicae*.

Hic libellus toties impressus ab omnibus receptus erat ut certe Bonaventurianus; convenit etiam satis cum expositione eiusdem orationis in Breviloquio (pars V. cap. 10.) et etiam cum Commentario in Lucam (cap. XI. n. 2-4.); favent insuper multa testimonia posteriorum auctorum. Nihilominus totum opusculum sumtum esse videtur ex libro Papae Innocentii III. *De S. Altaris Mystero*, cap. 16-20, in quo, insertis multis locis Scripturae, libellus est auctus et hinc inde aliquatenus diversus. Adaptatio autem ad septem dona Spiritus S., ad septem beatitudines et septem virtutes sumta est ex Glossa *ordinaria* in Matthaeum cap. VI. v. 8. Non igitur est probabile, S. Bonaventuram hoc opusculum suo nomine publicasse, sed ab aliis illi tributum esse propter similem in Breviloquio expositionem.

2. In appendicem tomi VIII. recepta sunt 7 opuscula dubia vel spuria:

a) *Speculum disciplinae* (pag. 583-622).

Certum est, hoc opusculum non esse scriptum a S. Bonaventura; sed verisimile est, auctorem eiusdem esse fratrem Bernardum a Bessa, socium sive a secretis S. Doctoris. Videtur tamen esse scriptum iussu et cum quadam directione S. Bonaventurae. Oudinus cum editoribus Venetis auctorem nominat Davidem Augustanum O. Min.; Sbaralea vult, eum esse fratrem Ioannem Pecchamum, archiep. Cantuariensem; Waddingus, Sedulius et Bonelli librum attribuant Bonaventurae, addentes, ultimam opusculi imperfecti revisionem factam esse ab alio, scil. a Bernardo de Bessa. Multa de hoc vide Proleg. pag. XCV seqq. Inter has varias opiniones probabilis est solum sententia auctoris Chronic. XXIV Generalium, qui libellum tribuit fratri Bernardo de Bessa, qui in prologo n. 3. dicit: «Hic ergo tractatus per *Superioris impositionem exactus*»; quo satis innuatur, hoc speculum non a *Ministro generali*, sed a quodam *subdito* esse exaratum. Ipse stilus huius opusculi valde convenit cum alio eiusdem auctoris libello *de Laudibus S. Francisci*. Totum confirmatur quodam codice Parisiensi, relato ab Hauréau, *Notices et Extraits* etc., in quo diserte et plane dicitur: «Compositum a fratre Bernardo de Bessa, Ordinis S. Francisci». Vide Proleg. pag. XCVIII n. 25.

Libellus saepissime utitur scriptis Hugonis a S. Victore et S. Bernardi. — Hoc speculum invenitur in 25 codicibus, quorum 5 sunt collati et etiam editio Sedulii.

b) *Speculum conscientiae* (pag. 623-645).

De titulo huius operis cum aliis litigat Sbaralea, qui vult, illud esse vocandum *de Arbore mala* vel *de Arbore vitiorum*, dum Oudinus praefert titulum *Arbor cupiditatis* vel *iniquitatis*, et Bonelli defendit titulum *Speculum animae*, quo titulo inscribitur aliud opusculum Pecchami.

Oudinus et editores Veneti reiiciunt opus tanquam spurium, pro quo Oudinus affert quatuor argumenta, a Bonelli et Sbaralea satis refutata. Vide ibid. pag. XCVIII.

Licet hoc opusculum dici non possit S. Doctore prorsus indignum, tamen deficiunt testimonia externa et certa interna: *externa* quidem, cum et in nullo antiquo indiculo inveniatur et habeatur in duobus tantum codicibus descriptis pag. XCIX, quorum antiquior Basileensis, qui est collatus, Magistrum *Muntzinger* nominat auctorem, alter quidem et iunior S. Bonaventuram. Nec *interna* criteria satis sunt manifesta, nec desunt quidam loci, qui ab accurato explicandi modo, S. Bonaventurae proprio deficere videntur. Haec ratione ducti, libellum reiicimus inter opuscula dubia.

c) *Summa de gradibus virtutum* (pag. 646-654).

Hoc opusculum in editionibus ita erat depravatum, ut Oudinus et editores Veneti non sine ratione illud deriserint tanquam prorsus insulsum. Vix enim erat aliqua linea editionis Vaticanae, quin in ea essent mutanda, vel expungenda saltem aliqua verba; mirum nobis est, opusculum ita foedatum defendi a Sbaralea et Bonelli.

Prima editio huius Summae videtur esse publicata Argentinae an. 1495, nec mentio eius occurrit nisi in indiculis recentissimis, praesertim Mariani Florentini. In melioribus codicibus deerant quidem illa exempla absurda, quae exagitat Oudinus; adhuc tamen satis remanent rationes dubitandi, utrum haec Summa sit legitimum S. Bonaventurae opus. Nam criteria *externa* rem non evincunt, cum illi codices non habeant tantam auctoritatem, tum quia sunt recentiores, id est saec. XV, tum quia manuscripta inveniuntur tantum in bibliothecis Germaniae et Austriae, excepto uno Bruxellensi. Quod attinet ad criteria *interna*, praecipue displicet, quod auctor gradus virtutum distinguit non secundum habitus animi interiores eorumque actus, sed plerumque solummodo secundum *actus externos* et interdum potius *accidentales*. Vide Proleg. pag. C, ubi descripti sunt 20 codices, quorum 5 sunt collati.

d) *Collatio de contemptu saeculi* (pag. 655-657).

Opella haec tantum ab editoribus Venetis declarata est dubia; ipsa est manifeste *fragmentum* et, ut videtur, extractum ex quadam collatione vel sermone. Eam esse S. Bonaventurae, vix probabile est. minime certum. Quatuor enim codices collati scripti sunt initio saeculi XVI, postquam iam ab anno 1495

ed. Argentina hanc Collationem impressit, ita ut illi codices ex hac editione describi potuerint. Vide Proleg. pag. CI.

e) *Compendium de virtute humilitatis* (pag. 658-662).

Hoc Compendium, quod est sine prologo, primum editum est ex uno codice Bavarico a Bonelli (*Supplementum* etc., tom. III. col. 228 seqq.), qui illud Bonaventurae vindicare nisus est. Cum autem S. Doctor iam scripserit vere excellentem de humilitate quaestionem disputatam (vide tom. V. pag. 117 seqq.) et integra capitula in libello de *Perfectione ad Sorores* et in *Regula Novitiorum* et alibi passim multa de humilitate dixerit; non est inverisimile, alium quendam auctorem hoc Compendium composuisse ex scriptis seraphici Doctoris ipsique tribuisse.

Exstant in bibliothecis Germanicis tantum 14 codices sequioris aetatis, quorum 6 sunt collati et solum 7 nomen S. Bonaventurae habent. Vide Proleg. pag. CII.

f) *Epistola ad quendam novitium insolentem* (pag. 663-666).

Haec *Epistola* a nobis ex 5 codicibus primum edita videtur esse fratris Bernardi de Bessa, ut habetur in codice in Proleg. pag. CIII n. 5. descripto; invenitur etiam in tribus aliis codicibus immediate post *Speculum disciplinae*, cum quo et quoad doctrinam et quoad stilum optime convenit.

g) *Rhythmica* (pag. 667-678).

Cum hoc titulo hic publicavimus tantum 5 ex multis Bonaventurae tributis carmina, quae nobis plus minusve certa vel probabilia esse videntur.

1. *Laudismus de S. Cruce.*

Exstat in 5 codicibus, quorum 4 et antiqua editio collati sunt. Vide Proleg. pag. CIII seq. Quod auctor sit S. Bonaventura, satis probabile est.

2. *Philomena.*

Hoc carmen diversis auctoribus tribuitur. Inter 25 codices 17 sunt anonymi, nullus nominat illum Hovedenum, cui Oudinus, editores Veneti, Fabricius et Sbaralea hoc tribuunt opusculum; duo nominant auctorem Bernardum; unus, Alanum; duo, Pecchamum; quatuor, Bonaventuram. Hinc auctoritate codicum nihil certi constare potest; sed stilus minus favere videtur Bonaventurae. Vide Proleg. pag. CIV seq.

3. *De septem verbis Domini in Cruce.*

Hoc canticum primo publicatum est in ed. Argentina an. 1495 et etiam in Bonelli *Supplemento* tom. III. Ex his editionibus et quodam codice Parisiensi editionem Vaticanam correximus.

4. *Planctus de Passione Domini.*

Hoc canticum sumisimus ex duobus codicibus Romanis, descriptis Proleg. pag. CVI. Horum antiquior Bonaventuram nominat auctorem, alter vero S. Bernardum.

5. *Corona B. M. Virginis.*

Hanc Sbaralea et Bonelli tribuunt S. Bonaventurae, quod etiam duo codices in Proleg. pag. CVII col. I. descripti confirmant.

## PARS II.

### De scriptis spuris et dubiis a nostra editione exclusis.

Mirum sane est, tot scripta illegitime adscripta esse seraphico Doctori tum in ed. Vaticana tum in Supplemento Bonelli tum in aliis editis vel manuscriptis. De multis spuris saepe in Prolegomenis iam locuti sumus, de multis etiam ad sufficientiam, de aliis breviter, de nonnullis hucusque tacuimus. Repetentes et suppletes quod deest, omnia sub uno conspectu in sequentibus ponimus, et primo de scriptis illegitimis in ed. *Vaticanam* receptis; deinde de aliis *Supplemento* Bonelli insertis; denique de reliquis.

### CAP. I.

#### *De scriptis in ed. Vaticanam Bonaventurae perperam attributis.*

##### 1. *Centiloquium.*

Hoc opusculum fere omnibus hucusque visum est esse genuinum, excepto tantum prologo. Prima opusculi editio facta est Zwollis in Hollandia, iterum in opusculorum S. Bonaventurae collectione sine loco et anno, deinde in editione anni 1484 et in subsequentibus. Sed non est dubitandum, hoc opus esse compilatum ab alio auctore, et probabilissime a fratre Marchesino de Regio, cui attribuitur etiam in quodam codice. Hoc diffuse probavimus in Prolegomenis tom. V. pag. XLVIII seqq. § 1, ubi etiam auctores, ex quibus fere totus libellus sumtus est, indicantur, praecipue S. Bonaventura, ita ut vix quarta eius pars remaneat, quae non sit sumta ex S. Bonaventura, et reliqua ex aliis auctoribus ibi citatis.

Non inutilis erit illa observatio, huic paragrapho praefixa, scil. quod post principales Scholasticos in decursu saeculi XIV. inceperit aetas *Compendiorum*, quae non raro, licet sint ab aliis facta, auctori, ex cuius operibus sumta sunt, adscribuntur.

##### 2. *Opusculum de Ecclesiastica Hierarchia.*

Hoc primo editum est in collectione Argentina anni 1495 et a Mariano Florentino Bonaventurae tributum est, cui consentiunt Oudinus, editores Veneti, Sbaralea et Bonelli; sed rationes eorum refutatae sunt in Prolegomenis tom. V. pag. XLIX seq. § 2. Opus quidem per se non esset Bonaventura indignum, et hinc inde convenit cum Collationibus in Hexaëmeron; sed alia ei minus convenire videntur. Deficiunt etiam omnia probabilia criteria externa.

##### 3. *Opusculum de tribus virtutibus cardinalibus.*

Primo impressum est hoc fragmentum in eadem collectione Argentina, nec mentio eius fit nisi in catalogo Mariani Florentini et anonymi Pistoriensis. Oudinus putat, illud non esse S. Bonaventura indignum; editores Veneti, esse dubium; Sbaralea, spurium; Bonelli, verisimile.

Sbaraleae assentiendum est; est enim pura compilatio ex Macrobio aliisque, ut loc. cit. Proleg. § 3. probatur. Nullus codex inventus est, qui hunc et proxime sequentem libellum habeat.

#### 4. *Declaratio terminorum theologiae.*

Libellus habetur in eadem collectione Argentina; nemo nisi praedicti duo testes saeculi XVI. ipsi suffragantur cum Sbaralea et Bonelli.

Etiam hoc opusculum est mera compilatio fere iisdem verbis sumta ex Breviloquio aliisque Bonaventurae scriptis. Desunt codices. Vide cit. Proleg. ibid. § 4.

In eodem tomo V. Proleg. pag. LII agitur de variis opusculorum S. Bonaventurae *editionibus* et pagg. seqq. exhibetur tabula, quae uno conspectu opuscula antiquarum collectionum indicat; deinde cap. XII. Proleg. pag. LIV-LXI habentur antiqui indiculi et catalogi operum S. Bonaventurae. Hic obiter notamus, quoad II. indiculum, scil. Henrici Gandavensis (pag. LV), dubium esse, utrum Henricus sit auctor libri de *Scriptoribus ecclesiasticis*, qui, impressus Coloniae an. 1580, in nullo codice invenitur, teste cl. P. Ehrle S. I. (Archiv für Litt. u. Kirchengesch. tom. I. pag. 400). Hoc confirmat Hauréau, *Notices et extraits* etc., tom. V. pag. 71.

In *Prolegomenis ad tomum VI. probantur esse spuria*:

#### 5. *Principium S. Scripturae.*

Hoc primum editum est in collectione Argentina an. 1495 et deinde in editione Vaticana aliisque. Illud notatur ut *supposititium* ab Oudino, ab editoribus Venetis et Sbaralea, sed frustra ut genuinum defenditur a Bonelli. Horum rationes discutuntur Proleg. pag. I seqq. § 2.

Multa quidem ibi sumta sunt ex S. Bonaventura, et tamen tota huius scripti indoles indicat auctorem potius Petrum Ioannis Olivi, discipulum S. Bonaventurae, qui multa scripsit de S. Scriptura. Insuper probatur, nullos testes idoneos nec codices afferri posse pro Bonaventura.

#### 6. *Expositio in Psalterium.*

Primum, quod scimus, haec impressa est in ed. Vaticana. Soli editores Veneti, ipsam esse spuriam, recte censuerunt. P. Fidelis a Fanna (*Ratio* etc. pag. 180) peremptorie demonstravit multis manuscriptis, hoc opus restituendum esse Michaeli Meldensi, archiepiscopo Sennonensi, qui obiit 1199. Vide Proleg. ibid. § 3.

#### 7. *Expositio in Psalmum 118.*

Haec edita est primum Parisiis 1524 et recepta in ed. Vaticanam et subsequentes editiones. Oudinus quidem non negat, ipsam esse Bonaventurae; sed recte Sbaralea, editores Veneti et Bonelli affirmant, eam esse spuriam. Hoc confirmatur auctoritate codicum, ibi descriptorum, quorum 9 sunt anonymi; duo auctorem nominant Ioannem Lemovicensem; unus vero, ut videtur, fratrem Guillelmum de Latia, pro quo manus *recentior* scripsit: Sancti Bonaventurae. Vide Proleg. pag. IV § 4.

#### 8. *Expositio in Evangelium Ioannis.*

Haec primum impressa est in ed. Vaticana ex quodam codice, cuius apographum adhuc est in bibliotheca Vaticana (cod. 7723.) inscriptum: « Postilla S. Bonaventurae in Ioannem »; sed testimonio Waddingi nomen Bonaventurae substitutum est, deleto nomine *Ioannis Gualensis*. Opus ab Oudino, Sbaralea et Bonelli dictum est spurium; ab editoribus Venetis, dubium. Certe pro Bonaventura nullum idoneum testimonium afferri potest, sed alius Commentarius longe diversus et in eodem nostro tomo impressus, certissime ad sanctum Bonaventuram spectare, probatum est. Hinc reiicienda est illa *Expositio*. Vide Proleg. pag. V seq. § 5. et tres codices ibi descriptos, quorum unus est anonymus, unus favet Ioanni Gualensi, unus Petro de Scala O. P. († 1295).

Non omnino certum est, illum Ioannem Gualensem esse auctorem.

#### 9. *Collationes in Ioannem.*

Haec editae sunt in Vaticana ex eodem codice descriptae. Eundem habent auctorem ac praecedens *Expositio* et minime S. Bonaventurae conveniunt, qui est auctor aliarum *Collationum*, quas primus invenit P. Fidelis a Fanna, et nos impressimus in fine eiusdem tomi. Vide Proleg. pag. VI § 6.

In *Proleg. tomi VIII. recensentur haec opuscula spuria, quae in VI. tomo ed. Vaticanae inter Rhythmica habentur*:

#### 10. *Officium de compassione Virginis.*

Oudinus, editores Veneti et etiam Sbaralea censent, hoc officium esse prorsus « indignum, quod viro gravi et prudenti tribuatur », et Sbaralea addit, ipsum esse ineptam imitationem officii Bonaventuriani de Passione Domini, in hoc tamen errans, quod illud esse scriptum putet circa annum 1422, cum plures codices saeculi XIV. inveniantur. Bonelli ponit illud inter dubia; nos vero non dubitamus, illud esse spurium. Inter duodecim codices descriptos ibi Proleg. pag. CVII unus solummodo anni 1516 praefert nomen Bonaventurae, duo anteriores auctorem nominant Papam Ioannem XXII, alii sunt anonymi.

#### 11. *Opus contemplationis.*

A saepe citatis quatuor censoribus libellus reiicitur, deficientibus etiam testimoniis nisi recentissimis, cum inveniatur tantum in quatuor codicibus valde recentibus.

#### 12. *Carmina in Salve Regina.*

Hoc opusculum reiicitur a tribus notis viris criticis; tantum Bonelli aliquatenus illud defendere nititur. Ex 15 codicibus plerisque anonymis tantum quatuor, sed recentiores, nomen Bonaventurae prae se ferunt.

#### 13. *Laus B. V. Mariuae.*

Canticum hoc ad singulas litteras salutationis angelicae laudes applicat octonis versibus ex S. Scriptura 19 figuras explicans. Tres alii censes opusculum penitus reprobant; Bonelli tamen recte iudicat, inter minus aptas esse etiam plures sententias hand spernendas. Invenitur in uno solo codice recentiore.

14. *Psalterium minus.*

Hoc canticum habet tres quinquagenas strophas iuxta numerum 150 Psalmorum. Solus Bonelli illud carmen ponit inter dubia opuscula. Hoc iam compositum est saltē initio saeculi XIV, teste quodam codice anonymo; quatuor tantum codices recentiores inscribunt Bonaventurae, duo S. Augustino, alii sunt anonymi. Vide elenchum codicum Proleg. pag. CVIII.

15. *Alphabetum Religiosorum* (in Vaticana tom. VII. pag. 564 seq.).

Duplex Alphabetum in eodem tomo ed. Vaticanae et in Argentina anni 1495 habetur: unum, quod vocatur *boni Monachi*, scriptum oratione soluta, alterum, Alphabetum *Religiosorum* metricè compositum. Primum illud invenitur inter opera Thomae a Kempis, alterum, de quo in codicibus dicitur *ordinatum a Bonaventura*, eo sensu Bonaventurae tribui potest, quod sit brevissimum summarium *Regulae Novitiorum* et libelli 25 *Memorialium*. Licet Sbaralea et Bonelli secundum Alphabetum defendere, tamen putamus cum Oudino et editoribus Venetis, neutrum esse ab ipso Bonaventura scriptum. — Secundus libellus impressus est in ipsis Proleg. tom. VIII. pag. CIX, ubi etiam invenitur elenchus codicum.

16. *Sententiae sententiarum* (ed. Vaticana, tom. VI. pag. 116).

Hae rhythmicè scriptae Sententiae quandam summam quatuor Sententiarum librorum pro adjuvanda memoria exhibent et etiam summam omnium distinctionum Petri Lombardi. Solus Bonelli ineptum opusculum frustra defendere nititur. In nullo codice, quorum tres (Proleg. pag. CX) describuntur, tribuitur Bonaventurae, sed tantum in editione Argentina et sequentibus et in nonnullis indiculis saeculi XVI.

17. Praedictis Rhythmicis subiungimus *Carmen Leoninum de doctrina proficienti*, quod impressum est in Bonelli *Supplemento* etc., tom. III. col. 1168.

Uno innixus codice Veronensi saeculi XV, Bonelli carmen satis amplum tribuit Bonaventurae. Ipse citat alios duos codices cum nomine *Bernardi* et unum anonymum, quibus P. Fidelis a Fama alios duos recentes adiunxit. Auctor ex doctrina S. Bonaventurae et fratris David de Augusta sententias sumpsit et forma valde ineleganti induit. Improbabile est, Bonaventuram hos versus fecisse.

18. *Instructio sacerdotis ad se praeparandum ad celebrandam Missam.*

Solus Bonelli, contra tres alios censors reiicientes opusculum, dubitat, utrum hoc opusculum sit genuinum; sed sine solida ratione. Testibus Bonelli et Sbaralea, invenitur insertum in quibusdam editionibus et codicibus spurii libri *Stimulus amoris*, et ex isto videtur transisse in paucos codices et in ed. Argentinam an. 1495. In fine habetur longa oratio, cuius sententiae fere sumtae sunt ex genuino libello *De praeparatione ad Missam*; cfr. Proleg. pag. CXII art. III, ubi etiam de seqq. agitur.

19. *Expositio Missae.*

Tres censors: Oudinus, editores Veneti, Sbaralea, contra solum Bonelli recte opusculum penitus reiiciunt. Cum constet, Fr. Ioannem de Rupella de *Expositione Missae* scripsisse, opportune examinandum esset, utrum haec expositio conveniat cum supra nominata, an cum alia, quae invenitur in Summa Alexandri Hal.

20. *Fascicularius et de Pugna spirituali.*

Solus Bonelli utrumque opusculum Bonaventurae vindicare nititur, cum et testes idonei deficient, et opusculum sit potius extractum ex opere celebris *Gerardi de Zutphania* (Zerboet) († 1398), qui tamen multa sumpsit ex Bonaventura et Fr. David de Augusta. Plura vide Proleg. pag. CXII col. II.

21. *De Tribus Ternariis peccatorum infamibus.*

Hoc fragmentum (deest enim pars II. et III. et etiam, ut videtur, aliquod in parte I.) quoad doctrinam ipsam non esset indignum S. Bonaventura, quamvis ut legitimum non recipiatur a tribus illis censoribus. Solus Bonelli putat, illud esse *certum*, innixus praecipue hoc inani argumento: « Caput tertium ita concluditur: Vide in Centiloquio de peccato veniali latius. Ergo perinde certum est ac ipsum *Centiloquium* »! Sed cum Centiloquium, ut probavimus (tom. V. Proleg. pag. XLVII) *certo* non sit scriptum a Bonaventura, argumentatio illa evertit hypothesim Bonelli.

22. *De resurrectione a peccato ad gratiam.*

Ista vice soli editores Veneti, refragantibus tribus aliis censoribus, recipiunt hoc opusculum tanquam genuinum. Haec opinio iam evertitur primis editionibus libelli et etiam unico in quo exstat codice, cum ibi dicatur, quod sit « extractus ex scriptis S. Bonaventurae ».

23. *Exercitia quaedam spiritualia.*

Hoc brevissimum opusculum exhibet quaedam extracta salutaria ex operibus Bonaventurae, David ab Augusta et Thomae a Kempis. Excepto P. Bonelli, non recipitur ab aliis censoribus, deficientibus etiam omnino testimoniis idoneis. Vide Proleg. pag. CXIV.

24. *De septem gradibus contemplationis.*

Exiguum hoc opusculum tribuitur etiam *Humberto de Romanis* Mag. Generali Ord. Praed. et a solo Bonelli S. Bonaventurae. Distinctio quidem illorum septem contemplationis graduum sumta est ex ipsius Commentario in Lucam (tom. VII. pag. 231); sed expositio eorum satis ostendit alienum auctorem ab ipso. Opusculum certo est saec. XIII, sed habet tres differentes recensiones. Antiquiores codices sunt anonymi; posteriores quidem non raro nomen habent Bonaventurae, alii Bernardi, alii abbatis Vercellensis. Stilus tamen omnino differt a Bonaventuriano. Plura vide Proleg. pag. CIV.

25. *Amatorium.*

Hic libellus non exhibet nisi locos extractos ex Bernardo, Anselmo et Hugone a S. Victore. Insuper non est inventus nisi in uno codice saec. XV. exeuntis. Illud opus ex ed. Argentina an. 1495 transiit in alias editiones. Frustra defenditur a Bonelli solo ut *certum*.



26. *De remedio defectuum Religiosi.*

Haec Epistola defenditur a Sbaralea et Bonelli ut opus S. Doctore dignum, quod concedi potest, quin sit legitimum eiusdem scriptum. Invenitur enim insertum in spurio opere *Stimulus amoris*, qui ipse est opusculum ex aliis pluribus auctoribus et cum multis mutationibus compilatum. Sententiae istius opellae multum conveniunt cum genuino libello *Viginti quinque Memorialia* aliisque Bonaventurae scriptis. Illa Epistola ex *Stimulo amoris* videtur potius transivisse in ed. Argentinam an. 1495. Exstat in uno solo codice saec. XV.

27. *Pharetra.*

Haec habetur in plurimis codicibus antiquis, sed sine nomine auctoris (plura vide Proleg. pag. CXV). Concedimus Oudino et editoribus Venetis, hoc opus non esse a Bonaventura scriptum. Alia inedita et diversa Pharetra exstat in duobus codicibus cum nomine Bonaventurae, nec haec videtur esse genuina.

28. *Confessionale.*

Cum in hoc opusculo occurrant citata ex auctoribus Bonaventura posterioribus, reiicitur a quatuor censoribus. Porro Bonelli putat, compilatorem eius esse eundem Marchesinum de Regio, qui etiam *Centiloquium* compilavit. Sed contra hanc suppositionem militant duo codices antiquiores, scil. in biblioth. Monachii cod. 6023. membr. saec. XIV. ante medium, in quo finis libelli habet: « Explicit liber Go<sup>o</sup>lini »; et in biblioth. Sangallensi cod. 789. membr. saec. XIV, qui illud accuratius confirmat, scribens pag. 23: « Incipit prohemium sequentis opusculi: *In Dei tabernaculo* » etc., et pag. 70 col. I.: « Explicit libellus de simplici informatione simplicium sacerdotum in confessionibus audiendis; nomine Go<sup>o</sup>linus, conscriptus et completus a fre Ulrico de Ahusen, sacerdote Ordinis Sancti Iohannis sacrosancte domus hospitalis Ierosolimitane Anno Dominice incarnationis, 1000° 300° 15°. Indictione 13. etc. Amen ».

Licet pauci codd. saec. XV. habeant nomen Bonaventurae, tamen eorum auctoritas est exigui valoris. Alius codex libellum multis insertionibus auctum, praesertim *Collationibus* S. Bonaventurae *de decem praeceptis*, habetur Viennae in Austria in bibliotheca F. Min. Conventualium in quodam codice saec. XV. Vide de hoc et de *duodecim* seqq. opusculis tom. VIII. Proleg. pag. CXI seq.

29. *De septem Itineribus aeternitatis.*

Hoc opusculum esse spurium, concorditer affirmant quatuor illi censores; Bonelli recte illud tribuit Fr. Rodolpho de Bibraco, quod confirmatur testimonio multorum codicum. Exstat enim in circiter 80 codicibus, vel anonymis, vel cum praedicto nomine, excepto uno solo, qui adscribitur Henrico de Trinaria. Ille Rodolphus est etiam auctor spurii opusculi *de Septem Donis Spiritus S.* in ed. Vaticana impressi. In nonnullis codicibus auctor vocatur Ioannes de Bibraco, insuper alius prologus praefigitur edito.

30. *Stimulus amoris.*

Hoc opusculum ipsa sua indole et orationis forma se manifestat alienum a Bonaventura, licet auctor

multa e scriptis illius vel illi tributis acceperit, sed in forma orationis amplificata. Huius transformationis exemplum praebet nota illa post Missam oratio: *Transfige, dulcissime Domine Iesu* etc., cuius originalis formula simplicissima habetur in legitimo *Soliloquio* c. I. n. 18. Libellus hic media aetate apud plurimos gratia valebat, ut patet ex tot codicibus, versionibus in linguas exteras et ex plurimis fragmentis ex libello transcriptis. Magna tamen varietas in ipso opere et in ordine partium habetur tum in editis tum in codicibus. Cum iam praeparavimus specialem libelli editionem, in hac plura de his publicare in proposito nobis est. Ardua certe quaestio est, quis sit proprie auctor libelli. Hic sufficiat dicere, libellum haberi integrum, vel fere integrum in 221 mss., et eiusque fragmenta in circa 147 mss. Horum saltem octo codices sunt saec. XIV, unus videtur attingere finem XIII, qui attribuitur « cuidam abbati Ord. Cisterciensis ». Versiones in linguam *Germanicam* sunt in 12 mss.; in Gallicam, in 8; in Italicam, in 6; in Hispanicam, in 4. Nomen *Bonaventurae* habent 90 mss.; nomen *Bernardi* alia 32; *Henrici de Balma* (de Baliva) 4, (unus saec. XIV); Fr. Iacobi de Milano; 4, cui favet Barth. Pisanus, quem sequitur etiam Sbaralea, putans tamen, Henricum de Balma, confessarium S. Coletae, postea multa inseruisse, cum tamen sint codices cum eius nomine iam saec. XIV. ante medium scripti. De auctore libri scripsit Prof. C. Douais, Parisiis an. 1858. libellum sub titulo: *De l'auteur du Stimulus amoris*, et recte concludit (pag. 27), Henricum de Balma non esse eiusdem auctorem. Et quis ille sit, nondum exploratum est.

31. *Biblia pauperum.*

Huius opusculi auctor est Fr. Nicolaus de Hanapis O. P. Sub eius nomine separatim editum est an. 1535 Antwerpiae et alibi. Inter fere 60 codices, quos annotatos habemus, praeter paucos anonymos fere omnes testantur, illum Nicolaum esse libelli auctorem. Continet multa exempla collecta ex sacra Scriptura.

32. *Collationes octo ad Fratres Tolosates.*

Habetur opella tantum in tribus codicibus sequioris aetatis et ipsa sua indole se manifestat extractum ex aliis, scil. ex Fr. Hubertino de Casale et Thoma a Kempis.

33. *Summa de essentia et invisibilitate et immensitate Dei.*

Hoc opusculum tribuitur multis auctoribus, praesertim Hieronymo, Augustino, Ambrosio, Anselmo, Eucherio Lugdunensi (ita ab editoribus Venetis) et tanquam dubium etiam Bonaventurae adscribitur ab editoribus Vaticanae, ab Oudino, Sbaralea, Bonelli. Sed iam probatum est a P. Fideli (*Ratio* etc. pag. 186), illud inveniri iam in codicibus saeculo X. anterioribus. Impressum est etiam in appendice tomi VIII. editionis operum Augustini Venetae an. 1733.

34. *De Sex Alis Cherubim.*

Hic libellus certissime est opus Alani ab Insulis O. C., ut auctoritate codicum saec. XII. probavit P. Fidelis a Fanna (loc. cit.). In codicibus ultra viginti

auctor nominatur *Alanus*, in aliis paucis vel Bernardus, vel Ambrosius, vel Bonaventura; alii sunt anonymi. Ab editoribus Vaticanæ, ab Oudino, Bonelli, Waddingo ponitur inter *dubia*, a Sbaralea et editoribus Venetis recte inter *spuria*.

35. *Diaeta salutis* (id est via salutis).

Hoc opusculum sub 10 titulis, qui sunt de *peccatis*, de *poenitentia* etc., et decimus de *gloria paradisi*, refert de singulis multos locos sacrae Scripturae aliasque sententias. Impressum quidem est separatim cum nomine Bonaventurae Lugduni iam an. 1496 et postea alibi saepius. Sed in multis codicibus, plerumque anonymis, qui opusculum habent, fere nunquam Bonaventura nominatur ut auctor, sed praeter Aureolum tantum *Guillelmus de Lanicea* O. M. — Teste Sbaralea, haec Diaeta « fere tota sumpta est ex *Compendio theologiae pauperis* Fr. Ioannis Rigaldi O. M. ». Recte igitur illi quatuor censores opusculum reiiciunt ut spurium.

36. *Psalterium maius*.

Hoc Psalterium continet 150 Psalmos breves in laudem B. Mariae Virginis compositos, qui in variis codicibus diversimode distribuuntur. A Sbaralea aliisque censetur, libellum esse *spurium*, a Bonelli vero *dubium*. Habetur quidem in pluribus codicibus sequioris aetatis plerumque anonymus, in paucis cum nomine Bonaventurae. Unde nequit tribui Bonaventurae.

37. *Speculum B. Mariae Virginis*.

Hoc opusculum certo tribuendum est Fr. Conrado de Saxonia, eidem, qui scripsit plerosque *Sermones* de tempore, qui sunt in ed. Vaticana (vide tom. IX. Proleg. pag. XIII seq.). In sermonibus de *Sanctis* auctor ipse citat pluries hoc suum *Speculum*. Confirmatur hoc claro testimonio cardinalis Ioannis de Turrecremata O. P. et multorum codicum. Exstat opusculum in plurimis codicibus, quorum plerique sunt sine nomine auctoris, pauci nominant diversos improbabilis auctores, sed satis multi illum Conradum vel Conradinum. Plura de hoc in praefatione ad novam quam paramus editionem huius Speculi.

38. *Mystica theologia*.

In plerisque codicibus hic liber inscribitur: *De triplici via ad sapientiam*. Ex ed. Argentina an. 1495 transivit in Vaticanam (tom. VII. pag. 699); tamen editores ipsius opinabantur, illum esse potius compositum a Carthusiano quodam. Impressus etiam est bis inter opera Dionysii Carthusiani sub nomine *Henrici de Balma* O. Carth., scil. Coloniae an. 1534 et iterum Monachii an. 1603. Sumtus est ibi ex uno cod. saec. XV, qui ante paucos annos venalis erat apud antiquarium Lud. Rosenthal (catalog. XL n. 1025.); cfr. Douais, *De l'auteur du Stimulus amoris*, pag. 26. — Quidquid dicat Waddingus (Scriptores O. Min. pag. 55 ed. an. 1806) pro asserendo Bonaventura ut auctore, iam constat apud quatuor illos censores et alios, S. Bonaventuram, cuius nomen in codicibus vix raro nominatur, minime esse eius auctorem, quem editores Veneti volunt esse Carthusianum. Sed quis

sit opusculi auctor, adhuc non liquet. Quaedam ad solutionem huius quaestionis utilia hic notamus:

a. Ex libro Henrici de Calcar Ord. Carth. *Exercitatorium Monachale* prima capitula fere integra et ad verbum inveniuntur in cap. I. (de via purgatoria) huius Mysticae Theologiae (celebris ille Henricus natus est 1328, mortuus 1408). Hoc testatur P. Brucker S. I. in periodico *Études* etc., an. 1900 5 Iunii pag. 695. Ergo vel auctor *Mysticae Theologiae* haec accepit ab hoc Henrico de Calcar, vel hic ex *Mystica Theologia*; quod fieri potuit, si probari potest, eam contineri in codice anteriori. Ceterum a Dom. Leconteulx memoratur Carthusianus quidam Henricus de Balma mortuus an. 1205.

b. Bonelli in Prodomo (col. 687 seq.) refert, Barth. Pisanum (*Conformit.* Lib. I, fruct. 8. p. II. fol. 81) dicere de Fr. Hugone de Digna O. Min., cuius corpus iacet Marsiliae: « Hic composuit libellum *de Triplici Via ad sapientiam veniendi* ». Unde Bonelli putat, hunc Hugonem esse auctorem, Hugonem de Balma O. M. amplificatorem.

c. Notandus est cod. bibliothecae publicae Trevirensis, cod. 234. (prius 158.), de quo in Commentariis suis P. Fidelis a Fánna habet: « Est in 8. minore, miscellaneus saec. XV. et XIV. Ultimum opusculum a manu saec. XV. habet scriptum in margine superiori: Dominus Henricus de Balma dicitur auctor sequentis libri, qui fuit Carthusianus. Manus coeva et prima: *Incipit tractatus de triplici via ad Deum. Viue Sion lugent, eo quod non sit* etc. Desinit folio penultimo verso: *sine aliqua cogitatione praevia. Explicit tractatus de triplici via* ». Deinde P. Fidelis addit: *Sine dubio est e saeculo XIII*. Hoc iudicium expertissimi paleographi est magni momenti. Demus etiam, scripturam esse saltem an. 1350, semper esset verum, opusculum esse antierius tum scripto illius Henrici de Calcar tum multo magis illo Henrici de Balma O. M., confessorii S. Coletae († 1439). Et notandum in illo codice principium et finem respondere editis.

d. Si auctoritatem codicum sequi velimus, tunc auctor censendus est *Carthusianus*. Habemus circa 70 codices signatos, numerando etiam *fragmenta* et *versiones*, Italicas septem et duas Hispanicas. Plurimi horum sunt *anonymi*, tres habent nomen *Bonaventurae*, duo Ioannis de Balma (vel Ordinis Praed. vel *eximii professoris*); saltem *quindecim* favent cuidam Carthusiensi, plerumque adiungentes, *Henricus* vel *Hugo de Balma*. Et notandum, nunquam huic nomini adiungi *Ord. Minorum*.

39. *De modo confitendi*.

Satis demonstratum est in Proleg. pag. CXI seq., auctorem operis esse celebrem magistrum *Matthaeum a Cracovia*, licet male intellecta auctoritas Gersonis induxerit Sbaraleam et Bonelli, ut illud tribuerint S. Bonaventurae.

40. *Opusculum: Theologiae veritatis sublimitas*.

De hoc vide Proleg. pag. CXII col. I. Sed addendum est, opinionem Sbaraleae et Bonelli non esse

*certam*, scil. auctorem esse Fr. Petrum Thoniae O. Min. Nam, teste Sbaralea (Supplementum etc. pag. 610) hic fuit discipulus Scoti et defensor immaculatae Conceptionis B. M. Virginis, dum in illo Compendio contraria de hoc opinio ponatur.

41. *Meditationes vitae Christi.*

Censores illi recte reprobant opusculum hoc ut spurium, quod iam insinnavit Barthol. Pisanus, nominans quendam Etruscum, Fr. Ioannem de Caulibus O. M., qui scripserit *Meditationes vitae Christi secundum Bonaventuram*. Dicitur, hunc libellum multum usitatum esse a pictoribus mediæ ævi. Illud exstat adhuc (vel ipsius fragmenta) in multis codicibus, qui tamen valde inter se differunt, ita ut difficile sit, originale opus a transformatis et auctis discernere. Desunt etiam in quibusdam mss. illa verba, quae praebent censori Bonelli fundamentum, ex quo concludit, auctorem esse Fr. Ioannem de Caulibus.

CAP. II.

*De aliis scriptis in Supplemento a Bonelli edito Bonaventurae perperam attributis.*

In tribus tomis *Supplementi ad omnia opera S. Bonaventurae* editi a P. Benedicto Bonelli impressa sunt 45 scripta, magna ex parte brevia, quae editor declaravit esse certe tribuenda Bonaventurae, exceptis sex, quae ipsi videbantur esse tantum *verisimilia*. Nos vero in editionem nostram recepimus ut *genuina* tantum septem horum operum cum nonnullis Epistolis, insuper quaedam tanquam dubia, reiectis aliis multis utpote spuriiis. Ut legitima in tomo nostro V. impressa sunt: *Collationes de septem donis Spiritus S.*; *Sermo de regno Dei descripto in parabolis evangelicis*; *Sermo de sanctissimo corpore Christi*; *Tractatus de plantatione paradisi*. In tomo VI. receptus est ut genuinus *Commentarius in Evangelium S. Ioannis*. In tomo VIII. legitima est *Vitis mystica*, quae in *Supplemento* edita est cum maximis insertionibus, atque *Legenda minor S. Francisci*. Porro, ut *dubium* receptum est *Compendium de virtute humilitatis*. In tomo IX. praeter quasdam partes Sermonum in Introductione habetur ut *dubium* opusculum *Ars praedicandi*, quae mutila est in illo *Supplemento*. Omnia alia scripta, quae collegit Bonelli, visa sunt nobis prorsus illegitima, praesertim duo Commentaria magna, scil. in *Cantica Canticorum* et in *Apocalypsim*.

42. *Commentarius in Cantica Canticorum.*

Omnino constat, hunc Commentarium esse Fr. Petri Ioannis Olivi O. F. M. Contra Bonelli assertionem hoc probatur testimonio codicum et confirmatur auctoritate P. Fidelis a Fanna et cl. P. Franc. Ehrle S. I. Vide tom. VI. Proleg. pag. VI seqq.

43-47. Simul hic uniuntur *quinque Tractatus* de nonnullis Scripturae versibus, quos distinctis titulis in tom. I. sui *Supplementi* edidit Bonelli. Hi pertinent ad eundem Petrum Ioannis Olivi, discipu-

S. Bonav. — Tom. X.

lum S. Bonaventurae; quod ibid. Proleg. pag. VIII seq. probatur. De tractatu de *studio divinarum litterarum* vide etiam tom. V. Proleg. pag. LI § 6.

48. *Commentarius in Apocalypsim.*

Hoc scriptum primo editum est Parisiis 1647 a Ioanne de La Haye O. F. M. et tributum Alexandro de Hales. Sed Bonelli illud denno edidit in II. tomo sui *Supplementi* et recte quidem negans, auctorem esse Alexandrum, simul perperam illud tribuit Bonaventurae; de quo longa disquisitione tractatur ibid. Proleg. pag. IX-XIV. Probabiliter auctor est Fr. Ioannes Vitalis a Furno, creatus cardinalis 13 Dec. 1312, qui decessit 16 Aug. 1327.

Hoc Commentario abusus est doctus ille Prof. Ign. Döllinger, apostasia sua notus, qui, cum auctorem esse Bonaventuram perperam putaverit, honori huius Sancti praedidicavit, quasi hic locum illum in *Apocalypsi de meretrice* applicaverit *Sedi Romanae*, id est Romano Pontifici, cum ibi sermo sit de *populo Romano*, inribus Pontificis illa aetate infensissimo. Plura vide loc. cit. pag. XIV col. I.

49. *Ordinarium vitae religiosae, sive de Partibus domus religiosae.*

Hoc scriptum est ipsa gemina *Regula novitiorum* cum alio prologo, alio ordine partium et paucis additis. Vide tom. VIII. Proleg. pag. CXVI, ubi etiam de omnibus sequentibus spuriiis *Supplementi* scriptis agitur.

50. *Tractatus de tribus virtutibus: humilitate, patientia et caritate.*

Exstat in uno solo codice et per se est vix alicuius meriti.

51-54. Quatuor haec opuscula exigua videntur esse omnino illegitima et excerpta aliunde, scil. a. *Sex Cautelae ad castitatem servandam*; b. *De Silentio ad monialem*; c. *Sex Mandata cuidam iuveni tradita*. d. *De humano Iudicio*. His adiungimus quasdam breves orationes, paraphrasim orationis dominicae, aliam eiusdem orationis expositionem, et porro expositionem salutationis angelicae, quae fulciuntur uno alterove codice sequioris aetatis et nullum meritum habent. Iam supra locuti sumus, tractantes de Collationibus sancti Bonaventurae in decem praecepta, auctorem *Supplementi* recepisse quendam tractatum, qui exhibet quasi extractum harum Collationum. Aliud longius extractum cum titulo: *Expositio decalogi*, incipiens: *Si vis ad vitam ingredi* etc., est adhuc ineditum.

55. *Sermones de laudibus melliflui nominis Iesu.*

De his ut spuriiis egimus in tomo IX. Proleg. pag. XIV col. II.

56. *Sermones triginta duo de Eucharistia.*

Horum auctor est B. Albertus M., minime S. Bonaventura. Vide tom. V. Proleg. pag. LI col. I.

57-59. *Legenda S. Clarae; Lectiones novem de festo S. Clarae; Novem lectiones in Translatione S. Clarae.*

Haec tria scripta *verisimiliter* a S. Doctore composita esse Bonelli censuit eaque denno edidit in suo

*Supplemento* tom. III. Sed nunc constat apud omnes, testibus codicibus ipsoque stilo, saltem duo priora scripta esse a Fr. Thoma a Celano, celeberrimo ipsius S. P. Francisci biographo.

60. *Novem lectiones de canonizatione et translatione S. Francisci.*

Hae lectiones verbotenus conveniunt cum cap. XV. *Legendae maioris*, quod tantum distribuitur in novem lectiones, quae in nostra editione ad marginem notatae sunt.

61. *Rhythmicis et leonicis carminibus* nostris in *Supplemento* quaedam adduntur, quae non legitima esse censemus. Idem dendum de quibusdam brevissimis expositionibus *Pater noster* et *Ave Maria* et quadam *oratione*, quia praeter unum alterumve codicem sequioris aetatis nullo solido testimonio probantur.

### CAP. III.

*De aliis illegitimis scriptis, vel in editis vel in mss. repertis, quae in nullam horum operum collectionem recepta sunt.*

Ad complementum huius tractatus breviter loquendum est de nonnullis opusculis non legitimis, de quibus hucusque nondum mentio facta est. Prae ceteris huc pertinent ea opuscula, quae recensuit P. Fidelis a Fanna in suo libro: *Ratio novae collectionis* etc. pars III. pag. 247 seqq.

§ 1. *De operibus relatis a P. Fideli a Fanna.*

Praenotandum est, P. Fidelem nullum proferre iudicium, utrum illa opuscula sint genuina, vel dubia, vel spuria, sed tantum, se vidisse, ea in mss. tribui seraphico Doctori. Praeter quaedam maiora opera vel spuria, vel saltem valde dubia referuntur ibi multae *Meditationes* et *Orationes*, in paucis codicibus sequioris aetatis Bonaventurae tributae. Notum est, inter opera S. Augustini, Bedae, Bernardi, Anselmi multas meditationes et orationes impressas esse, quarum non paucae ab editoribus inter spuria et dubia reiectae sunt. Infra ostenditur, harum non paucas tribui etiam Bonaventurae. Harum meditationum multae collectae sunt in opusculo impresso Lugduni 1556 sub titulo *Meditationes S. Augustini et Bernardi aliorumque* etc., quod infra interdum citabimus. Tunc lectorem ad praedictas editiones remittimus, quin asseramus, illos Sanctos esse earum auctores. Tamen idem dubium magis etiam respicit Bonaventuram. Alias paucas meditationes nullibi invenire potuimus.

62. Multi *Tractatus philosophici*, scil. de *signis universalibus*; de *negatione*; de *dictionibus exclusivis*; de *verbis*; de *termino universali*; de *adverbio necessario*; de *dictionibus modalibus, possibile et impossibile*; Quaestiones super quatuor libros *Topicorum*; *Quaestiones super librum de Generatione*; *Quaestiones super quatuor libros Meteorum* (qui 4 libri videntur fuisse editi a Fr. Matthaeo Fer-

chio O. M. Conv., ut testatur Sbaralea, *Supplem. Scriptorum* etc.).

Hae quaestiones, quarum magna fragmenta impressa sunt loc. cit. pag. 248-264, inventae sunt in quodam codice S. Isidori de Urbe et paucis aliis, quorum melior est in biblioth. Veneta S. Marci, cod. CC. X. 206, saec. XIV, qui hos tractatus recte tribuit Gualterio Burlaeo, cui etiam stilus favet, non Bonaventurae.

63. *Tractatus de frequenti celebratione pro clericis et communione pro laicis* (*Ratio* etc. pag. 264).

Incipit: « Si quis scire desiderat » etc. — Hoc opusculum quoad primam partem verbotenus sumtum est ex libro Fr. David de Augusta a nobis separatim edito sub titulo: *De exterioris et interioris hominis compositione* etc., libr. III. c. 7. n. 1-4. Altera pars (de *praeparatione ad celebrandum*) unde sumta sit, non invenimus, sed certe non ex Bonaventura eo magis, quia ibi in textu citatur.

64. *Laudatorium* (*Ratio* etc. pag. 264).

Incipit prima pars: *Convertere, anima mea, in requiem tuam* etc. — Hoc opusculum, in genere non indignum S. Doctore, tribuitur Bonaventurae a Fr. Ludovico Pruteno (*Triblogium animae*, part. I. c. 1.), teste Boneili, *Prodr.* col. 246 seqq., et invenitur in octo codicibus, quorum duo antiquiores et saec. XIV. sunt anonymi, alii saec. XV. nominant Bonaventuram ut auctorem. Tamen nonnulla habet, quae ipsi non conveniunt. Inter alia narrat, duas suas sorores pene infantulas esse receptas in claustrum, item etiam patrem suum, mortua matre, et etiam fratrem suum, et tertium fratrem suum superstitem, propter defectum aetatis relictum in saeculo, suo tempore eandem vocationem habiturum esse. Orat etiam, ut Deus, sicut S. Francisco et Augustino, sibi concedat certam de remissione suorum peccatorum revelationem etc. Hinc censemus, illud scriptum esse spurium.

65. *Tractatus de passione Domini* (*Ratio* etc. pag. 266).

Incipit: « Etsi Christus ubique in Scriptura » etc. — Licet in uno codice saec. XV. tribuatur S. Bonaventurae, tamen re vera est fratris Iordani de Quedlimburg, Ordinis Eremitarum S. Augustini, cui in duobus codicibus saec. XV. a prima manu diserte adscribitur.

66. *Tractatus de quibusdam sentimentis et tentationibus spiritualibus* (*Ratio* etc. pag. 266).

Incipit: « Ad honorem Dei dicam tibi aliqua remedia » etc. — Tractatulus hic habetur in 31 mss., quorum 19 sunt sine nomine auctoris, et quinque nominant Gersonem, aliqui Bonaventuram; tamen non est nisi fragmentum sumtum ex tractatu de *Vita spirituali* S. Vincentii Ferrerii, impresso in citata editione Lugdunensi, *Meditationes* etc. pag. 415-419.

67. *Incipiunt ordinationes divini officii* (*Ratio* etc. pag. 266).

Incipit: « De pulsatione ad omnes horas canonicas » etc. — Ista Rubrica iam ante Bonaventurae



gubernium factae sunt, ut testatur P. Ehrle S. I. (Archiv für Litt. u. Kirchen-Geschichte tom. VI. pag. 29 et 21), et quidem iam sub Ministro generali Haymone Anglico in Capitulo Definitorum Montepessulano 1241.

68. *Tractatus de quatuor novissimis (Ratio etc. pag. 266).*

Incipit: « Sicut dicit Augustinus » etc. — Hic tractatus idem est cum sermonibus, de quorum editione actum est in prolegomenis tom. IX. pag. XV col. I. Invenitur etiam sub titulo *Cordiale*. Codices, in quibus continetur, sunt saec. XV. (unus anni 1404), quorum duo nomen Bonaventurae habent, alii, etiam ille antiquior, sunt anonymi. Hinc standum est in sententia negante genuinitatem, quam in istis prolegomenis propter criteria interna defendimus.

69. *Epistola ad quandam sanctimoniam feminam, Deo devotam (Ratio etc. pag. 268 n. 24.).*

Incipit: « In Christo Iesu sorori dilectissimae N. electorum infimus fr. Bonaventura. Gustare et videre quam suavis est Dominus. Ut tibi scriberem » etc. Haec inscriptio deest in aliis codicibus, qui post verba: *de suavissimo sapore divino*, incipiunt: *ut tibi scriberem* etc. — Non habentur indicia satis probantia, ut Epistola tuto Bonaventurae adscribatur.

70. *Epistola ad quandam sibi dilectum de omnimoda sui resignatione sub voluntate divina (Ratio etc. pag. 269 n. 25.).*

Incipit: « Gratia vobis et misericordia » etc. — Exstat in uno codice Lovaniensi, sed parum sapit indolem S. Bonaventurae.

71. *Epistola ad quandam Religiosum sibi dilectum de vigilantia et indefesso profectu in spirituali vita (Ratio etc. pag. 269 n. 26.).*

Incipit: « Transfixi cordis amore absorberi » etc. Habetur in eodem codice Lovaniensi; idem de hac atque praecedente Epistola dicendum est.

72. *Regulae seu maximae Theologiae fratris Bonaventurae (Ratio etc. pag. 270 n. 27.).*

Constat, hoc opusculum esse Alani ab Insulis Ord. Cist. Impressum est tum separatim tum apud Migne, Patrol. Lat. tom. 110, col. 596 seqq.

73. *Tractatus de quatuor gradibus vitae spiritualis (Ratio etc. pag. 270 n. 28.).*

Incipit: « Cum quadam die » etc. — Habetur in tribus codicibus: in codice saec. XIII. bibliothecae Parisiensis Sorbon. 15988, sed sine nomine; in codice Bruxellensi 1520-42. saec. XV. est titulus: « De quatuor gradibus spiritualis exercitii, qui dicitur *Schola claustralium* », est quidem anonymus, sed immediate sequitur Bonaventurae opusculum *Itinerarium mentis in se ipsum* sive *De Triplici Via*; in codice bibliothecae Parisiensis Nationalis saec. XIV. fol. 86 opusculum inscribitur: « Incipit tractatus de IV gradibus vitae spiritualis a fratre Bonaventura ». — Tamen opusculum est valde dubium.

74. *Incipit summa poenitentiae composita a Bonaventura cardinale (Ratio etc. pag. 270 n. 29.).*

Prologus incipit: « Quoniam ad remissionem peccatorum... Auctor istius operis, sive causa efficiens,

quod idem est, fuit quidam vir religiosus et summa honestate insignitus et noluit se nominare. Alii dicunt, quod fuit quidam frater minor, qui vocabatur frater Bonaventura ». Hic prologus factus est, ut videtur, a Magistro Ioanne de Salandria, Ord. Cist. Ipsius operis initium est: « Poeniteas cito, peccator, cum sit miserator » etc. Opella, falso adscripta Bonaventurae, est metrica scripta, ipsa est impressa et *Petro Blessensi* tributa apud Migne, Patrol. Lat. tom. 207 col. 1254.

75. *Incipit quaedam meditatio super passionem Domini nostri, quam fecit magister Bonaventura (Ratio etc. pag. 271 n. 30.).*

Incipit: « *Septies in die laudem dicam tibi. Rogasti me, ut aliquemcumque modum contemplandi* » etc. Exstat in multis codicibus, in quibus saepe habetur nomen Bernardi: in uno nominatur Augustinus; in uno, Bonaventura, alii sunt anonymi; sed haec meditatio impressa est inter opera *Bedae*, Migne, Patrol. Lat. tom. 5. col. 561.

76. *De Antichristo et eius ministris ac de eius adventu signis etc. (Ratio etc. pag. 271-273 n. 31.).*

Incipit prologus: « Quoniam quidam in tantam audaciam sunt prolapsi » etc. — Citatur a Vorri- longo cum titulo *Compendium de Antichristo* (l. Sent. d. 5. concl. 2), ubi legitur: *Doctoris devoti compendium de adventu Antichristi*, quo insinuatur supra notatus libellus. Hoc opus satis diffusum habetur in uno solo codice Parisien. Sorb. Ms. Th. IV. 22 in 8° cum nomine Bonaventurae. Auctor improbat sententiae abbatis Ioachim et alios pseudoprophetas; opus tamen hoc non videtur esse Bonaventurae. Sed quis illud scripserit, non invenimus. Minime convenit cum alio de Antichristo libro magistri Ioannis Parisiensis O. P., quem exscripsit plagiator Nicolaus de Argentina O. P., de quo erudite scripsit cl. P. Henr. Denifle (Archiv f. Litt. u. Kirchen. tom. IV. pag. 313 seqq.).

77. *Compendium scalarium illuminationum ab infimo ad supremum gradum seraphicae caritatis divinae et christianae ascendentium usque ad caritatem, scilicet Sanctorum in patria, vel ut alias praetitulatus, in Tractatum de sublimitate et excellentia caritatis Dei gradatim ascentis prologus feliciter incipit (Ratio etc. pag. 273-275 n. 32.).*

Incipit: *Magister, quod est mandatum magnum in Lege* etc. — Hoc opusculum impressum est inter opera illegitima S. Thomae, tom. 17. pag. 235 seqq. (ed. Parmensis). Apographum nostrum videtur hinc inde esse in brevius contractum. Quis sit auctor, non liquet. Invenimus illud in biblioth. Lovanii, canonicorum Regular. saec. XV. chart. in 8. grandi fol. 141 r. adscriptum Bonaventurae; porro habetur *Erfordiae*, cod. 8. 12° membr. saec. XIV. fol. 77 seqq., sed anonymum. Pars libelli habetur etiam in cod. biblioth. Trevirensis n. 583. fol. 42 r.

78. *Invitorium fratris Bonaventurae ad amorem sanctae humilitatis et paupertatis (Ratio etc., pag. 275 n. 33.).*

Incipit: « Rationalis anima, callida persuasione antiqui hostis » etc. — Hoc opusculum habetur in 3 codicibus, qui omnes sunt saec. XV. et in bibliothecis Anglicis. — Codices habent quidem nomen Bonaventurae; attamen stilus non bene respondet Bonaventuriano, nec aliud probabile testimonium pro Bonaventura afferri potest; unde libellus videtur nobis esse spurius.

79. *Quidam tractatulus a Domino Bonaventura de mysterio sanctae Crucis, et redemptione Domini nostri Iesu Christi* (Ratio etc. pag. 276 n. 34.).

Incipit: « Ut aliquatenus possis comprehendere cum omnibus Sanctis, quae sit longitudo » etc. — Habetur tantum in duobus codicibus Anglicis saec. XV, quorum unus habet nomen Bonaventurae. Libellus quidem est devotus; tamen est saltem valde dubius, cum dicto codici vix fides praestari possit.

80. *Decem gradus perfectae humilitatis editi a S. Bonaventura* (Ratio etc. pag. 277 n. 35.).

Libellus incipit: « Non est dubium, quod si quis bene suos defectus et malitiam cognosceret, quod ipse vix posset pati se ipsum » etc. — Ipse habetur in codice Parisiensi National. n. 18327. fol. 134 v. In duobus codicibus alibi inventis est similis tractatus de gradibus humilitatis, sed tractatus horum duorum codicum non videtur convenire cum eo quem habet cod. Parisiensis. Unde deest sufficiens ratio tribuendi scriptum S. Bonaventurae.

81. *Incipiunt meditationes Bonaventurae* (Ratio etc. pag. 278 n. 36.).

Initium est: « Anima Dei insignita imagine, Salvatoris pio cruore redempta, creaturis ceteris singulari dignitate praerogata » etc. — Opusculum invenitur in 7 codicibus saec. XV, qui omnes in bibliothecis Anglicis exstant. Initium harum meditationum invenitur apud S. Bernardum et in quadam meditatione, impressa inter opera S. Augustini; tamen quod sequitur non convenit illis editis. Hinc suspicamur, hanc meditationem non esse legitimam.

82. *Incipit devota oratio venerabilis Bonaventurae ad Trinitatem* (Ratio etc. pag. 278 n. 37.).

Initium est: « In fide summae et individuae Trinitatis obsecro ineffabilem clementiam tuam » etc. — Invenitur haec oratio in duobus tantum codicibus saec. XV; et licet sit devota, omnino dubium est, deficientibus aliis testimoniis, utrum sit composita a S. Bonaventura.

83. *De proprietate amoris secundum Bonaventuram* (Ratio etc. pag. 279 n. 38.).

Incipit:

« O amor ardens caritas,  
Et summa cordis bonitas » etc.

Hi versus habentur in duobus codicibus Anglicis et incertum est, utrum a sancto Bonaventura compositi sint.

84. *Symbolum magistri et Domini Bonaventurae* (Ratio etc. pag. 279-282 n. 39.).

Incipit: *Funiculus triplex difficile rumpitur*, Eccl. 4. « Funiculus iste, quo trahitur a terra ad caelestia, est fides, spes, caritas » etc. Habetur etiam cum titulo: *Scala fidei*, vel *Scala spiritualis de duobus articulis fidei*. — Est opus fratris Aldobrandini, sive Hildebrandi de Tuscanella, O. P. Habetur in 33 codicibus, qui fere omnes sunt anonymi; in nonnullis tamen habetur nomen veri auctoris. Apographum habemus ex cod. monasterii S. Galli, cod. 291. saec. XIV. ineuntis cum inscriptione: « *Symbolum magistri et domini bone Venture: Funiculus triplex* » etc. In codice Assisiensi n. 311. secundum novum catalogum prius erat scriptum: *Aldobrandini de Tuscanella tractatus super Credo*; postea deleto hoc nomine, substitutum est nomen Bonaventurae. Echardus (Scriptores O. P. tom. I. pag. 527) tacet de hoc opere Aldobrandini. Diffuse probat Bonelli, reiiciendum esse hoc scriptum, Prodr. col. 752 seq.

85. *Symbolica theologia* (Ratio pag. 282-288 n. 40.).

Incipit: « Sacrorum enim eloquiorum continentia universalis ad hoc ordinata est » etc. — Opusculum, quamvis sit mutilum, valde diffusum est, et sic explicit: « Liber introductorius ad figurativas locutiones divinarum Scripturarum, qui appellatur Symbolica theologia Bone venture cardinalis ». Haec habetur in solo codice biblioth. Basiliensis, cod. A. VI. 34. chart. in 8. saec. XV. Opus certo non est scriptum a S. Bonaventura.

86. *Tractatus de vita et passione Christi compositus a S. Bonaventura* (Ratio etc. pag. 288 n. 42.).

Incipit: « Desere iam, anima, lectulum soporis etc. — Habetur in duobus codicibus saec. XV. sub nomine Bonaventurae, unus tamen addit: *ut dicitur*. Sed tertius cod. qui est antiquior et saec. XIV. tribuit opusculum S. Anselmo. — Hinc huic potius quam Bonaventurae codices favent.

87. *Brevis et valida meditatio de beneficiis Dei Bonaventurae* (Ratio etc. pag. 288 n. 43.).

Incipit: « Non parvum aestimo beneficium » etc. — Haec meditatio habetur in quatuor codicibus, quorum tres, qui sunt saec. XV, auctorem nominant Bonaventuram, sed antiquior Gratianopolitanus, qui est saec. XIV, inscribitur: *Epistola sive meditatio S. Anselmi*; cui potius assentiendum est.

88. *Incipit liber Bonaventurae de imitatione Christi et contemptu omnium vanitatum mundi* (Ratio etc. pag. 288 n. 44.).

Est ipsa *Imitatio Christi*, quae vulgo tribuitur Thomae a Kempis.

89. *Etymologizatio huius nominis Iesus edita a fratre Bonaventura* (Ratio etc. pag. 289 n. 45.).

Incipit: *Oleum effusum nomen tuum* etc. — Exstat in duobus codicibus saec. XV, quorum unus habet nomen Bonaventurae, sed perperam.

90. *Tractatus, qui Soliloquium compassionis, ab aliis Manuale humanae salvationis, praetitulatur* (Ratio etc. pag. 289 n. 46.).

Incipit: « Iesum Nazarenum, a Iudaeis innocenter condemnatum » etc. — Habetur in duobus codicibus; unus est saec. XV, alter saec. XIV. Sed hic tractatus habetur impressus in citato opusculo *Meditationes S. Augustini* etc., pag. 351 seqq.

91. *Incipit liber Domini Bonaventurae de pietate sive libellus de contemplatione* (*Ratio* etc. pag. 289 n. 47.).

Incipit: « Notandum, quod sex sunt potentiae animae » etc. — Hoc opusculum ex operibus Bonaventurae est collectum et in nonnullis codicibus post opusculum *de Triplici Via* positum. Nos in additamento ad libellum *de Triplici Via* hunc spurium librum impressimus in tomo VIII. pag. 19-23.

92. *Tractatus beati Bonaventurae de Religione et tribus votis ipsam concernentibus* (*Ratio* etc. pag. 290 n. 48.).

Incipit: « De Congregatione sive Religione notanda sunt principaliter tria » etc. — Habetur in uno solo codice saec. XV; unde non potest tribui Bonaventurae ob defectum sufficientis testimonii.

93. *Opusculum de Officio Missae* (*Ratio* etc. pag. 290 n. 49.).

Incipit: « Ad honorem Dei principaliter, tuique, frater carissime, ad salutem » etc. — Praeter apographum alium codicem non invenimus nec libellum legitimum esse censemus.

His quae in libello Patris Fidelis a Fanna referuntur, quaedam alia opuscula, ab ipso inventa, quae certo non sunt legitima, adiungimus.

§ 2. *De quibusdam aliis opusculis a P. Fideli inventis.*

94. *Summa grammaticae.*

Opus quod incipit: « Quaestio 1. Utrum constructio ab oratione non differat. — Quaeritur, utrum constructio et oratio sint eadem; et videtur, quod sic ». — Invenitur in codice quodam bibliothecae S. Isidori de Urbe, ubi inscribitur: « S. Bonaventurae Summa Grammaticae ». Opus certo non est Bonaventurae.

95. *Definitiones vitiorum et virtutum secundum Bonaventuram.*

Incipit: « Superbia est singularis excellentiae tumentis animae caecus quidam appetitus ». — Habetur in quatuor codicibus saec. XV, qui omnes, excepto codice Florentino-Laurentiano, sunt anonymi. Ex ipsa indole libelli manifestum est, illud esse quoddam extractum alienum a S. Bonaventura. Idem sentit etiam Bonelli Prodr. col. 754.

96. *Dialogus Bonaventurae de statu Ecclesiae militantis.*

Incipit: « Discipulus: Magister, quid faciam, ut vitam aeternam possideam? Magister respondet: Iesus dicit » etc. — Hic dialogus inventus est tantum in bibliothecarum Germanicarum novem codicibus, qui omnes sunt saec. XV, quorum quinque opus Bonaventurae tribuunt, duo Ioanni Pecchamo (nomen scribitur Pethsanus vel Pichsanus). Opus est omnino indignum S. Doctore, habet tamen extracta ex eius libris, praesertim ex *Apologia Pauperum*.

97. *Tractatus de Arbore caritatis inscriptus S. Bonaventurae.*

Incipit: *Aspiciebam, et ecce, arbor posita erat in medio terrae* etc. — Inventus est in 11 codicibus, quorum plerique sunt anonymi, tres habent nomen Bonaventurae (horum unus est saec. XIV.). Opus, saltem in illa forma, quam prae se ferunt codices, manifeste est indignum tanto Doctore. Ad summum dici poterit, hunc tractatum compositum esse ab aliena manu et auctum secundum quendam Bonaventurae sermonem. Exstat etiam valde amplificatus in uno codice.

98. Aliae quaedam « *Meditationes pulcherrimae* » sunt Bonaventurae tributae in quodam codice saec. XV. biblioth. Nationalis Neapolitanae et iam impressae inter opera S. Anselmi, oratio 15. et 37.

99. *Expositio Symboli.*

Incipit: « *Confortumini et afferte nobis de fructu terrae illius.* Num. 13: Verba sunt ad litteram Moysi ad exploratores » etc. — Inventus est a nobis in uno solo codice. Opus est certe antiquum nec indignum S. Doctore. A manu posteriore et saec. XV. scriptum est in chartula codici exterius affixa nomen Bonaventurae. Hoc testimonium non sufficit, ut ipsi tribuatur.

Quoad sermones S. Bonaventurae plurimi sunt, qui sine ratione sufficienti Bonaventurae tribuuntur, quos hic notare non vacat. Solummodo dicimus, sermones Fr. *Eustachii* O. M., in libello *Ratio novae collectionis* etc., a P. Fideli postea melius instructo propter errorem prius fere communem tributos esse S. Bonaventurae, quia re vera S. Doctore tum in nonnullis codicibus tum ab ipso Gersonio et Trithemio aliisque praeter nomen Bonaventurae (Graece *Eutychius*) etiam nomen *Eustachii* interdum imponebatur. Fuerunt tamen alii in Ordine Minorum Fratres, qui habuerunt nomen *Eustachii*, praesertim Gallus quidam, Bonaventurae coevus ex civitate Atrebatii (Arras), celebris praedicator, qui praedicavit etiam ter coram rege Galliae, ut patet ex rubricis codicis Ambrosiani, quem in tomo nostro IX. toties adhibuimus. Cfr. nostrum Opusculum *de Humanae cognitionis ratione*, Proleg. pag. XVIII.

Denique observamus, notissimum illud de S. Antonio Paduano responsorium « Si quaeris miracula » a nonnullis falso attribui Bonaventurae, cum nunc satis constet, illud potius esse Fr. *Iuliani a Spira*, qui vitam huius Sancti composuit.

§ 3. *De scriptis spuris a Bonelli in suo Prodr. notatis.*

Praeter iam notata opera nonnulla alia hic recensemus.

100. *Pomum crucis* (*Prodr.* etc. col. 708 seq.).

Incipit praefatio: « In nomine Dei Patris omnipotentis; cap. I. *Passio Domini Nostri Iesu Christi secundum Matthaeum.* Ad huius vocis sonitum » etc. — Opusculum impressum est sub nomine Bonaventurae Venetiis 1508. Propter stilum prorsus diversum reicitur a Sbaralea et Bonelli ut spurium, ut omnia alia, quae sequuntur.

101. *Doctrina cordis* (*Prodr.* etc. col. 109).

Incipit: *Praeparate corda vestra Domino* etc. — Teste Waddingo, versio Hispanica sub nomine Bonaventurae prodiit Toleti an. 1525. Sed Sbaralea contendit, libellum hunc esse P. Gerardi Leodiensis, Ord. Praed., cui attribuitur etiam a Trithemio, Echardo (Scriptor. Ord. Praed. tom. I. pag. 249) et etiam in libelli editione Parisiensi an. 1506.

102. *De castitate sacerdotum* (*Prodr.* etc. ibid.).

Incipit: « Voce lamentabili et amaro corde » etc. — Impressus est hic liber cum nomine Bonaventurae Lipsiae a Conrado Kachelofen 1491, 1495, 1499.

103. *Viridarium consolationis* (*Prodr.* etc. col. 725).

Opus invenitur in uno codice cum nomine Bonaventurae; ab aliis tribuitur fratri Iacobo de Benevento Ord. Praed.

104. *Arbores de vitiis et virtutibus* (*Prodr.* etc. col. 742).

« Incipit arbor de vitiis in stipite seu radice sua: *Superbia radix omnium vitiorum* » etc. Hae non sunt nisi delineatio virtutum et vitiorum sub figura arboris.

105. *Tractatus de confessione* (*Prodr.* etc. col. 753).

Incipit: « Circa confessionem imprimis sex sunt consideranda » etc. — Reicitur a Bonelli ut spurium tum propter doctrinam tum propter stilum.

106. *Itinerarium mentis in Deum* (*Prodr.* etc. col. 754).

Incipit: « Ad illuminationes Creatoris nemo intrat » etc. — Opusculum habet quidem in uno codice nomen Bonaventurae; sed, ut dicitur a Bonelli, compositum est a beato Hieronymo de Praga, Eremita Camaldulensi, qui multa sumpsit ex opere genuino Bonaventurae.

107. *De ortu scientiarum* (*Prodr.* etc. ibid.).

Incipit: « Scientiarum alia est divina » etc. — Licet Waddingus putaverit, auctorem operis esse Bonaventuram; tamen certum est, illud esse fratris Roberti Kilwardby Angli, Ord. Praed. Cfr. Echard (Scriptor. Ord. Praed. tom. I. pag. 376) et Hauréau (Extraits et Notices etc. tom. V. pag. 115).

108. *Verbum abbreviatum* (*Prodr.* etc. ibid.).

Incipit: « *Verbum abbreviatum fecit Dominus* » etc. — Opus hoc a Waddingo fide duorum codicum recentiorum tribuitur Bonaventurae, errat tamen, cum scriptum sit a Petro Cantore Parisiensi. Cfr. *Prodr.* etc. col. 465 n. 95.

De nonnullis aliis opusculis in *Prodromo* citatis, praesertim de Commentariis in S. Scripturam, hic tacemus, cum certo sint illegitima.

### PARS III.

#### De doctrina S. Bonaventurae.

Nonnulla de generali indole huius doctrinae diximus in prolegomenis ad tom. I. (pag. LXII § 4.)

et alia multa de specialium quaestionum solutione in scholiis nostris. Restat nunc supplere obiter dicta magisque explicare tum seraphicae huius doctrinae *indolem et characterem*, tum aliorum virorum de *praestantia et utilitate* eiusdem testimonia recensere.

### CAP. I.

#### *De indole et speciali characterem Bonaventuriana doctrinae.*

I. Doctrina cuiuscumque docti auctoris ut perfecte intelligatur, recurrendum est tum ad id quod ante ipsum ab aliis de re tractata iam traditum erat, tum ad generalem conditionem et spiritum coaetaneorum. Nemo enim ex propria mente haurit et procreat quidquid novi, sed fere totam suae scientiae summam recipiendo sumit ex traditione et sibi appropriat, nec aliquis suum spiritum a vi et commercio efficaci eorum qui circa sunt, penitus potest segregare. Hinc opportunum esse videtur respectu Bonaventurae referre, quid recipiendo ab aliis sibi appropriavit, et quam in excolendo suo spiritu quasi directionem a coaetivis receperit. Silentio praeterimus eruditionem, quam acquisivit studio librorum, quorum catalogum copia mirabilem exhibuimus tom. I. Proleg. pag. LXXXIV seqq.; solummodo insinuamus illos viros, quorum auctoritatem praevaletentem ipse refert in Praelocatione ad II. libr. Sententiarum: « Salvatoris opitulante gratia, ex quo perventum est ad completionem primi Sententiarum, Patrum interveniente instantia, oportet inchoare secundum. At quemadmodum in primo libro sententiis adhaesi et communibus opinionibus magistrorum, et potissime magistri et patris nostri bonae memoriae fratris Alexandri; sic in consequentibus libris ab eorum vestigiis non recedam. Non enim intendo novas opiniones adversare, sed communes et approbatas retexere. Nec quisquam aestimet, quod novi scripti velim esse fabricator; hoc enim sentio et fateor, quod sum pauper et tenuis compiler ».

Hanc de Alexandri et Magistri Petri Lombardi auctoritate sententiam saepe alibi repetit.

Sed etiam *coaevalorum* magistrorum doctrina et generalis studiorum ratio magnam in ipsum vim exercebant. Cum S. Bonaventura vacaret studiis theologicis, et etiam cum ut baccalaureus et postea ut magister publicas lectiones summo applausu haberet, adhuc in scholis auctoritas S. Augustini in quaestionibus non tantum theologicis, sed etiam philosophicis ab antiquo sine competitore primatum obtinebat; non eo quidem sensu, ac si antea scripta Aristotelis opera neglecta fuerint. Nam opera dialectica Philosophi, a Boethio versa, magni semper aestimabantur et in usu erant, immo tempore Alexandri et Bonaventurae etiam alia scripta Aristotelica, ex Arabico in barbaricam latinitatem versa, studiose legebantur; quod patet ex infinitis quasi locis ex istis libris apud utrumque magistrum citatis. Hi tamen loci magis serviebant ad probandam et ornandam conclusionem



iam aliunde acceptam quam ad novam problematum solutionem ex ipsa Peripateticorum doctrina desumendam. Hinc magistri Parisienses, tam saeculares quam regulares et Ordinis Praedicatorum et Minorum, doctrinae Augustini tempore illo communiter adhaerebant.

Attamen post medium saeculi XIII. maior et efficacior Aristotelis auctoritas evasit duorum praecipue virorum ingenio et studio, scilicet B. Alberti Magni et eius discipuli S. Thomae. B. Albertus tamen in rebus praesertim theologicis plerumque adhuc sequebatur in conclusionibus Alexandrum Halensem, sed in scriptis S. Thomae magis apparet applicatio philosophiae Aristotelicae. Ideo orta est quaedam in scholis innovatio et etiam controversia inter eos qui sequebantur vexillum S. Augustini, et eos qui praeponebant aliquatenus Aristotelem. Ita veritatis limites excedens, scribit de Thoma Guillelmus de Tocco (Acta Sanctorum VII Martii, n. 15.): « Erat enim novus in sua lectione movens articulos, novum modum et clarum determinandi inveniens et novas reducens in determinationibus rationes, ut nemo, qui ipsum audisset, nova docere et novis rationibus dubia definire dubitaret, quod enim Deus novi luminis radiis illustraret, qui statim tam certi coepisset iudicii, ut non dubitaret, novas opiniones docere et scribere, quas Deus dignatus esset, noviter inspirare ». De hac studii theologici innovatione et lite erudite scripsit cl. P. Fr. Ehrle S. I. Archiv für Litteratur und Kirchen-Gesch., tom. V. pag. 603-635 (continuatio adhuc deest).

2. Quare minime mirandum est, antiquiores magistros universitatis Parisiensis et etiam Oxoniensis, tum saeculares, tum utriusque Ordinis regulares huius innovationis adversarios fuisse et S. Thomae fortiter contradixisse. Inter magistros Ordinis Praedicatorum partes Augustini tenebant Fratres Rolandus de Cremona, Robertus Fitzacker, Hugo a S. Charo, Petrus a Tarantasia et Robertus Kilwardby. Inter Minores erat antesignanus Fr. Ioannes Pecchamus, qui etiam disputavit contra S. Thomam, aliique discipuli S. Bonaventurae. Licet nullum testimonium existat, quod S. Bonaventura expresse egisset contra S. Thomam, tamen fidelis S. Augustini assecla semper mansit et doctrinam Augustinianam de *rationibus seminalibus* et de *pluralitate formarum* substantialium aliaque semper defendit; insuper defectus Aristotelis acriter impugnavit. Hoc manifestum sit ex ultimo S. Doctoris opere, quod inscribitur: *Collationes in Hexaëmeron*, quod praedicavit tempore hiemali an. 1273. Ibi in Collatione 6. et 7. insectatus est Aristotelem enumerando multos errores eorumque originem. Inter alia in collat. 6. dicit, ipsum execrasse ideas Platonis atque docere, Deum nullum particulare extra se cognoscere; ex isto errore sequi alium errorem, scilicet Deum non habere nec praescientiam nec providentiam, et omnia fieri casu vel necessitate fatali; inde sequi, non esse poenam nec beatitudinem post hanc vitam. Denique ipsi tribuit aliam caecitatem vel caliginem, scilicet de

aeternitate mundi, de unitate intellectus etc. — Mitius describit suam de Augustino et Aristotele sententiam in egregio Sermone: *Christus unus omnium Magister* (tom. V. pag. 572 seq.): « Licet anima secundum Augustinum *connexa sit legibus aeternis*, quia aliquo modo illud lumen attingit secundum supremam aciem intellectus agentis et superiorem portionem rationis, indubitanter tamen verum est, secundum quod dicit Philosophus, cognitionem generari in nobis via sensuum, memoriae et experientiae, ex quibus colligitur *universale* in nobis, quod est principium artis et scientiae. Unde quia Plato totam cognitionem certitudinalem convertit ad mundum intelligibilem, ideo merito reprehensus fuit ab Aristotele. Et hoc ponendo, licet (Plato) videretur stabilire viam *sapientiae*, quae procedit secundum rationes aeternas, destruebat tamen viam *scientiae*, quae procedit secundum rationes creatas. Et ideo videtur, quod inter philosophos datus sit Platoni sermo *sapientiae*, Aristoteli vero sermo *scientiae*. Ille enim principaliter aspiciebat ad superiora, hic vero principaliter ad inferiora. — Uterque autem sermo, scilicet *sapientiae* et *scientiae*, per Spiritum sanctum datus est Augustino tanquam praecipuo expositori totius Scripturae satis excellenter, sicut ex eius scriptis apparet ». Alibi (II. Sent. pag. 22 col. II.) Aristotelem vocat excellentiorem inter philosophos. — De usu Aristotelis a Scholasticis cfr. egregium opus *L'Aristotelismo della Scolastica* del Prof. Salvatore Talamo ed. III. Siena 1881, et praecipue part. II. cap. II. III. IV.

Talis oppositio contra nonnullas S. Thomae theses limites veritatis excessit; nam quaedam Thomae opiniones an. 1277 ab episcopo Parisiensi cum consilio magistrorum reprobatae sunt, et deinde in synodo Londinensi sub archiepiscopo Cantuariensi Kilwardby Ord. Praed. et iterum sub eius successore Pecchamo Ord. Min. damnatae sunt; sed haec nimia reprobatio Angelici Doctoris occasionem dedit, ut capitulum generale Ord. Praed. an. 1278 et 1279 totam S. Thomae doctrinam approbaret et a lectoribus Ordinis saltem ut probabilem tenendam praescriberet. De tota hac controversia vide etiam opus Card. Zigliara, de *Mente Concilii Viennensis* etc., pag. 196-213.

Praeter praedictas rationes, quae mentem nostri Doctoris propensam reddebant in favorem Augustinianismi, etiam aliae non desunt, quae eum movebant in eundem finem. Iam inceperat docere et scribere opus suum principale, scil. Commentarium in Sententias in adhuc iuvenili aetate, antequam illa nova ratio studiorum incepit. Tamen in brevi academicis studiis et lectionibus renuntiare debuit, assumptas, vix annos 35 natus, ad vasti sui Ordinis gubernium, unde plenum mirabilis sui ingenii et doctrinae incrementum assequi non potuit, ut S. Thomas. Magna etiam ratio adhaerendi Augustino erat ingenii innata facultas et proclivitas et quaedam cum Platone et Augustino congruens animi dispositio, quae ipsum magis fecit propendere ad synthesim Augustini quam

ad analysim Aristotelis. Plura de hac eiusdem indole infra dicentur. Nihilominus testantur scripta eius, ipsi non defuisse nec solidam ratiocinationem nec unitam cum ea sublimem mentis elevationem.

3. Ut ex praedictis iam patet, S. Bonaventura (ut conceptu et termino recentium scriptorum utar) eminenter habuit *spiritum conservativum*, alienum ab omni novitatis cupiditate. Hinc dicit in fine III. libri Sententiarum (pag. 896): « Comuni sententiae pro viribus meis in omnibus praecedentibus libris adhaesi, tanquam viae securiori, et sicut scio et possum, mihi et aliis consimilibus, parum intelligentibus, persuadeo adhaerendum; et quoniam per totum librum hoc diligentius observavi, ut in his quaestionibus dubiis et difficilibus, in quibus non potui deprehendere, quae esset via communis, quia sapientes opinantur contrarie sapientibus, sic unam partem tanquam magis probabilem sustinerem, ut tamen aliam minime improbarem. Sufficit enim in dubiis scire, quid sapientes senserunt, nec est utile contentionibus deservire. *Multa dicimus et deficiamus in verbis, consummator autem sermonum ipse est* » (Eccli. 43, 29.).

Minime tamen illi necessario scientiarum progressui praeiudicare voluit, sed amoris rerum traditarum limites assignavit, scilicet « ne amore hominis veritati fiat praeiudicium » (II. Sent. in fine); iterum attendendum esse asserit, ne quidquid ut traditum profertur, at dubium est, pro certo proclametur; nam « ita falsum dicit qui certum proponit ut dubium, sicut qui dubium asserit ut certum » (II. Sent. d. 30. q. 1. ad 1.). De facto, licet auctoritas Magistri apud ipsum magna fuerit, tamen eius doctrinam quoad octo positiones reprobavit. Vide Praelocut. in II. Sent. pag. 2 et pag. 1016<sup>1</sup>.

4. Ex locis iam citatis apparet summa *modestia* et *humilitas* S. Doctoris. Illis adiungimus alium locum notatu vere dignum (II. Sent. in fine pag. 1016): « Si cui autem aliter videtur, et fortassis melius, non invidio; sed hoc rogo, ut, si quis in explanatione duorum librorum praecedentium et etiam duorum sequentium aliquid in hoc opusculo invenerit approbatione dignum, gratias agat Deo, largitori bonorum. In aliis vero locis, ubi invenerit vel falsum, vel dubium, vel obscurum, scribentis insufficientiae benigne indulgeat, qui absque dubio, teste conscientia, *vera et aperta et communia* dicere concupivit. Quidquid enim sit de verbis, quae foliis comparantur, hoc summopere attendo in inquisitione qualibet observandum, ne quis adeo *laetetur in sententia oris sui* (Prov. 15, 23.) et sic ei inhaereat, ut verba oris alieni despiciat, aspiciens ea oculo minus sano, et sic per tumorem et livorem aditum sibi veritatis pracludat et de numero eorum sit, de quibus dicit Apostolus (II. Tim. 3, 7.), quod *semper sunt discentes et nunquam ad viam veritatis pervenientes*; quod avertat Deus ab omnibus inquisitoribus veritatis ».

<sup>1</sup> Hi octo articuli postea ad quindecim aucti sunt; cfr. Denifle, *Chartular.* etc., tom. I. pag. 221, nota.

Porro libro II. Sent. d. 30. a. 3. q. 1. ad 1. (pag. 731) dicit de auctoritate Hugonis et Magistri, « quod verbis eorum in hac parte magistri communiter non assentiunt, nec ego ipsos bene intelligo; nec tamen affirmo, illos falsum dixisse, sed magis intelligo aliam opinionem ».

5. In seligendis opinionibus magistrorum contrariis elucet summa eiusdem *pietas*. Semper enim inclinat ad eam sententiam, quae magis favet pietati et gloriae Dei. In solutione quaestionis de incarnationis ratione praecipua (III. Sent. d. 1. a. 2. q. 2.) in fine corporis dicit: « Quoniam hic modus dicendi, et si non videatur esse ita subtilis, sicut praecedens, plus consonat pietati fidei in hoc quod auctoritatibus Sanctorum magis concordat et Deum magis honorificat, etiam incarnationis mysterium magis commendat et affectum nostrum ardentius inflammat: ideo concedendum est... quod praecipua ratio incarnationis fuit redemptio humani generis ». Quoad opinionem suam de conceptione B. M. Virginis (III. Sent. d. 3. p. I. a. 1. q. 2. in corpore) dicit: « Pietati etiam fidei magis concordat, pro eo quod, etsi Mater habenda sit in reverentia, et magna erga ipsam habenda sit devotio, multo maior tamen est habenda erga Filium, ex quo est ei omnis honor et gloria. Et ideo, quia hoc spectat ad excellentem dignitatem Christi, quod ipse est omnium *Redemptor* et *Salvator*, et quod ipse omnibus *aperuit ianuam*, et quod ipse *unus pro omnibus mortuus est* (Rom. 5, 12.); nullatenus ab hac generalitate beata Virgo Maria excludenda est, ne, dum Matris excellentia ampliatur, Filii gloria minuat; et sic Mater provocetur, quae magis vult Filium extolli et honorari quam se ipsam, utpote Creatorem quam creaturam ». Immo in omnibus suis scriptis intendit, quantum potest, ad augmentum caritatis, « cuius est nos sursum levare ad modum *pennae*, ad bona opera ordinare et movere ad modum *rotae*, per aquas tentationum et tribulationis traducere ad modum *veli*, et ille solus, qui hanc caritatem habet, spectat ad legem Evangelii, quam multo melius et utilius est desiderare quam habere omne donum scientiae et prophetiae; quia qui *addit scientiam* addit onus et dolorem (Eccli. 1. 18.), qui vero caritatem addit et multiplicat sibi meritum et consolationem » (III. Sent. d. 40. q. 3. ad 6.). Praeclare dicit in opusculo de Reductione artium ad theologiam n. 26: « Et hic est fructus omnium scientiarum, ut in omnibus aedificetur fides, honorificetur Deus, componantur mores, hauriantur consolationes, quae sunt in unione Sponsi et sponsae, quae quidem fit per caritatem, ad quam terminatur tota intentio sacrae Scripturae et per consequens omnis illuminatio desursum descendens et sine qua omnis cognitio vana est, quia nunquam pervenitur ad Filium nisi per Spiritum sanctum, qui docet nos omnem veritatem ». — Praeterea eximium monumentum ardentissimae caritatis et devotionis, qua in suis studiis Bonaventura in creaturis Deum contemplabatur et in Deo creaturas, sunt duo illa opera mole quidem exigua, sed spiritu

immensa, nempe *Itinerarium mentis in Deum*, et *Breviloquium*: in illo per scalam creaturarum mens ascendit in Deum, in hoc descendit ex primo principio ad veritates creatas.

6. Ex praemissis facile intelligitur magna eiusdem *moderatio*, qua extremas opiniones abhorrebat, coniuncta cum studio conciliandi varias Scholasticorum opiniones. Admiranda certe in ipso elucet sapientia et ars, qua dissentientes magistrorum opiniones, non tantum disparatas, sed etiam quoad superficiem verborum contrarias, sine detrimento veritatis conciliare, vel saltem inadaequate dicta ad sanum sensum trahere solet, ipse quasi media inter oppositas sententias via ingrediens. — Pro hoc tractandi quaestiones modo ipse rationem affert in quodam additamento, impresso post scholion tomi I. d. 17. p. l. q. 2; quod additamentum, si non est ab ipso Bonaventura scriptum, saltem secundum suam mentem ab aliquo discipulo est compositum. In fine eius dicitur, ut in Proleg. ad I. Sent. pag. LXIII col. I. legitur: « Ex his igitur colligitur, quod multae opiniones videntur esse contrariae, quae tamen in unam coincidunt veritatem. Et propterea omnes opiniones praedictas in praecedentibus sustinui et credo esse sustinendas aliquo modo. Non enim decet, iniiores antiquorum aspernari sententias, sed humiliter venerari et fideliter explicare; quia non est credendum, quod magni amatores et inquisitores veritatis celebres positiones suas dixerint sine causa. In omnibus autem dictis praecipue *causa* dicendi considerata est. Nam quod superficialiter videtur falsum frequenter invenitur verum, cum pertingitur ad intentionem dicentium ». Huiusmodi conciliationis plura exempla in libris Sententiarum inveniuntur, quorum duo in ipsa citata praelocutione occurrunt.

Hinc licet dicere, mentem seraphici Doctoris propter humilem modestiam inclinare in viam magis tritam et *communem*, propter sapientem moderationem in viam *mediam*, propter devotionem et caritatem in viam *pietati* magis consonam.

7. Non sine causa Bonaventura, qui in primis saeculis passim titulo Doctoris *devoti* insignitus erat, postea et nunc communiter *seraphicus* appellari consuevit. Qui titulus non tantum summam laudem insinuat, sed etiam propriam naturalis ingenii et ipsius doctrinae descriptionem. In hoc sensu id quod Dante dicit de S. Dominico et Francisco<sup>1</sup>, apte applicari potest ad duos Doctores, angelicum et seraphicum, scilicet ut in angelico Doctore effulgeat splendor cherubici luminis, in seraphico, ardor seraphicae caritatis. Unde iam communiter S. Thomas vocatur Doctor angelicus, ut scholarum theologiarum *cherub*, Bonaventura vero *seraphicus*. Licet duo illi summi Do-

ctores conveniant in principiis et etiam in plerisque conclusionibus specialibus et omnia studia ad unum summum bonum dirigant; nihilominus unusquisque propriam indolem propriumque charisma habere dignoscitur. Quae quidem utriusque indoles aliquatenus insinuat duas illas vitae intellectualis proprietates et ingenii connaturales characteres. Intellectus enim vel se convertit ad rerum *creatarum formas* earumque conceptus clare exprimere et inde per analysim ad generaliora ascendere nititur; vel ad superiora conversus et ad ideas transcendentales, ipsam veritatem primam et infinitam attingere nititur, quae, licet in se sit incomprehensibilis, est tamen ratio omnium rerum, quae ab intellectu nosci et comprehendi possunt. Haec naturales proprietates, si una, exclusa alia, excolitur, efficiunt hominem aut intellectu ieiunum aridumque, aut e contrario res ideales, ut vocant, magis phantasia quam ratione persequentem. Modo eminenti has proprietates prae se ferunt Aristoteles et Plato et non sine quodam defectu; unde et in diversas partes abierunt. In S. Thoma vero et Bonaventura, quorum mentes altiore fidei lumine ad maiorem harmoniam tendebant, intelligentiae facilius in studio veritatis concordabant. Attamen in S. Thoma magis praevalet character Aristotelis, in Bonaventura vero magis proprietas Platonis; in illo magis apparet conceptuum analysis, quae subtiliter in quaestionibus obscuris falsum a vero separat; in hoc magis elucet studium syntheseos, magisque amat requiescere in Deo, omnium rerum centro, quam studiose indagare in peripheria res creatas. Scripta S. Thomae magis prae se ferunt rationis inquisitionem et reflexionem et scholarum methodum et formam; Bonaventura vero, ad divina erectus, etiam in modo loquendi magis sequitur S. Augustinum, et in viro scholastico passim etiam mysticus theologus se prodit, dum legentem ad gustum veritatis allicere contendit.

Ob hanc dotem fuerunt, qui Bonaventurae locum inter mysticos quidem principalem assignarent, sed ex numero Scholasticorum fere excluderent; unde novissime quidam theologus scripsit, opera mystica *principalem* eius gloriam efficere. Hoc vero falsum esse vel inde apparet, quod inter novem nostrae editionis tomos *unius* tomi tantum *media pars* est, quae opera mystica contineat. Hinc eo tantum sensu Doctorem nostrum mysticum magis quam scholasticum appellare licet, quod ipse omnes scientias ad Deum ut ad ultimum finem quaerendum et amandum adhibere studet. Plura haec de re vide in egregio opusculo: *Le Séraphin de l'école*, auctore P. Evangelista de Saint-Béat, O. M. Cap. (Paris, Œuvre de St. François, Rue de la Santé, 5. 1900) pag. 40 seqq. et pag. 72 seqq. Auctor hic proprietates operum S. Bonaventurae bene explicat multisque locis apte selectis comprobat et principales sententias quasi sub uno conspectu ponit. Hinc opusculum commendari meretur omnibus, qui sinceram huius doctrinae notionem acquirere volunt, quin tot voluminum studiis vacare queant. Idem auctor alia plura ad defensionem

<sup>1</sup> « Duo principi ordinò in suo favore,  
Che quinci e quindi le fosser per guida,  
L' un fu tutto serafico in ardore,  
L' altro per sapienza in terra fue  
Di cherubica luce uno splendore ».  
(PARAD. CANT. II.)

Bonaventuriana doctrinae et in foliis periodicis publicavit.

## CAP. II.

### *Aliorum auctorum de S. Bonaventura eiusque doctrina iudicia et encomia.*

1. Praemittimus quaedam de immediatis S. Doctoris discipulis. Licet modico tempore munere lectoris functus sit, tamen reliquit plures discipulos, qui antiquioris scholae Franciscanae, fundatae ab Alexandro Haleusi et post Bonaventuram a Richardo a Mediavilla et Scoto speciali modo continuatae, doctrinam plus minusve sectati sunt. Horum primum locum occupat *Pecchamus* (Peckham), anno 1279 promotus ad sedem Cantuariensem. Multa scripsit, maxima ex parte inedita; de quibus vide libellum *De Humanae Cognitionis ratione*, Prolegom. pag. XVI seq., ubi horum operum codices referuntur.

Item, Fr. *Matthaeus ab Aquasparta*, an. 1287 electus Minister generalis Ord. Min., et an. 1288 creatus cardinalis, mortuus an. 1302. De eius operibus cfr. ibid. pag. XIV seq.

Ibidem pag. XVIII seq. commemoratur etiam quidam Fr. *Eustachius* Ord. Min., magister theologiae.

Ibidem pag. XXII refertur *Guillelmus a Falgario*, magister theologiae, vicarius generalis Ordinis, an. 1284 creatus episcopus Albae Helviorum (Viviers).

Ibidem sermo est etiam de Fr. *Alexandro ab Alexandria* (*Lombardo*), ministro Generali Ord. Min., qui mortuus est an. 1314.

Nec praetereundus est notus *Petrus Ioannis Olivi*, mortuus an. 1297, qui in pluribus suis scriptis passim recte utitur operibus S. Bonaventurae, licet quaedam eiusdem opiniones primo ab Ordine suo et deinde a Concilio Viennensi condemnatae sint.

Doctrinam Bonaventurae saepe sequuntur tum B. *Petrus a Tarantasia* Ord. Praed., postea in summum Pontificem electus, qui praesertim in Commentario suo in I, II, IV. Sentent. saepe utitur etiam quoad verba Commentario S. Bonaventurae, tum supra nominatus Fr. *Richardus de Mediavilla*.

De auctoribus multis, qui posteriore tempore doctrinam Bonaventurae vel illustraverunt Commentariis, vel in Compendiis excerpterunt, quorum opera partim sunt edita, partim inedita, cfr. quae diximus tom. I, Proleg. pag. LXIV-LXX.

His addendi sunt quidam Fratres Ord. Praed., scil. Fr. *Raynerius de Pisis*, qui multa in suo opere *Pantheologia* sumisit ex S. Bonaventura, cuius doctrinam in prologo recenset « inter opiniones magis communes et magis approbatas per Ecclesiam catholicam »; *Hieronymus Savonarola*, et B. *Henricus Suso*, qui egregie scripserunt in *Itinerarium mentis in Deum*.

2. Multi tum saeculares tum diversorum Ordinum professores summis laudibus extulerunt doctri-

nam S. Bonaventurae, quorum magnum numerum recenset Bonelli in suo *Prodromo* etc. col. 83-111. Sed prae ceteris audiamus effata Summorum Pontificum.

Clemens IV. in Litteris Apostolicis scriptis VIII. Kal. Decembres 1265 laudat eius « eminentiam scientiae », qui quidem Papa, teste Waddingo (Annales ad an. 1260. n. 30.), seraphici Doctoris Commentario in tertium Sententiarum magnopere delectabatur.

Quoad magnifica praeconia, a Sixto IV. et Sixto V. de vita et doctrina S. Bonaventurae prolata, lectorem remittimus ad eorum Bullas, quae in tomo I, Proleg. pag. XXXIX seqq. et pag. XLV impressae sunt.

De utilitate studii operum S. Bonaventurae sapienter locutus est Papa Leo XIII. in sua Epistola tomo nostrae editionis tertio praefixa. Idem Summus Pontifex in audientia habita 11 Novembris 1890 Fratribus nostris haec de S. Bonaventura dixit: « Vos autem, Franciscanae viri, theologiae Magistrum habetis, cuius volumina nocturna diurna manu catholicae doctrinae explanandae, defendendae versetis. Quemadmodum PP. Dominicani angelicum Doctorem, S. Thomam, sibi vindicant, ita vos, Franciscanae, Doctorem seraphicum, S. Bonaventuram, vobis iure quidem optimo vindicatis. *Is, postquam maxime arduas speculationis summitates conscendit, de mystica theologia tanta perfectione disseruit, ut de ea communi hominum peritissimorum suffragio habeatur facile princeps.* Frequens libensque Nos Doctorem hunc legimus; ex qua lectione incredibili animi voluptate percellimur et fere in aëra levamur; ipse enim manuducit ad Deum ». Vide Acta Ord. Min. an. 1890 pag. 177 seq.

3. Ex multis auctoribus et laudatoribus S. Bonaventurae, qui referuntur in *Prodromo* Bonelli loc. cit., seligimus tantum eos, qui apud omnes magnam auctoritatem habent.

Primum locum occupet Ioannes Gerson († 1429), cancellarius Parisiensis, qui inter alia scripsit in libello *De examinat. doctrinar.*: « Si quaeratur a me, quis inter celebres ceteros doctores plus videatur idoneus; respondeo sine praeiudicio, quod dominus Bonaventura, quoniam in docendo solidus est et securus, pius et iustus et devotus. Praeterea recedit a curiositate, quantum potest, non immiscens positiones extraneas, vel doctrinas saeculares, dialecticas, aut physicas, terminis theologicis adumbratas more multorum; sed dum studet illuminationi intellectus, totum refert ad pietatem et religiositatem affectus. Unde factum, ut ab indevotis Scholasticis, quorum, proh dolor! maior est numerus, ipse minus extiterit frequentatus; cum tamen nulla sublimior, nulla diviniore, nulla salubrior atque suavior pro theologis sit doctrina. Quanto denique diligentius in senectute mea sum revolutus ad studium ipsius, tanto facta est amplius confusa garrulitas mea ». — Et alibi (*Epist. missa Lugdunum ad quendam Minoritam* an. 1426): « *Iquem veni mittere in terram, dicebat Christus, et quid volo, nisi ut ardeat?* In



dextera nempe Dei est ignea lex, cuius *eloquium ignitum est vehementer*, cuius *oculi sunt sicut flamma ignis*, cuius praeco, Ioannes, dictus est *lucerna ardens instar Eliae*. Considerans ista noster Eustachius, dominus Bonaventura, voluit esse doctor ardens, sciens, quoniam lucere parum est et saepe vanum, saepe noxium, quoniam *scientia inflat et daemonium facit*. Quid enim *daemon* interpretatur nisi *sciens*, sed absque caritate? Sortitus est idcirco secundum laudem vitae pariter et doctrinae nomen ipse *Bonaventura*, ut antonomastice *Doctor seraphicus* nominetur etc. Docet ignem suum cum lumine; unde mirum, immo miserum et miserabile videtur, ne dicamus damnabile, quo pacto praelatae sunt doctrinae quaedam aliae sub specie subtilitatis plus inquietantes, quasi sciniphes Aegyptiae, quam sabbatum mentis incendio terrae Gessen afferentes. — Secutus est Doctor iste, se testante, doctrinam communem et solidam, quae Parisiis vigeat maxime tempore suo. Unde et allegat ad confirmationem doctrinae suae Parisienses articulos, quos per G. Parisiensem de consilio et assensu magistrorum omnium dicit fuisse damnatos et excommunicatos, vivente et consentiente Fr. Alexandro de Hales, cuius doctrina, quantae sit ubertatis dici satis nequit; de qua fertur respondisse S. Thomas, dum inquireretur, quis esset optimus modus studendi theologiam, respondit, exercere se in uno doctore praecipue. Dum ultra peteretur, quis esset talis doctor: Alexander de Hales, inquit. Testor, me ita legisse pridem in tractatu quodam de visione beata contra Ioannem XXII. Testantur scripta eiusdem S. Thomae, maxime secunda secundae, quam intimum sibi fecerat et familiarem illum, quem laudabat, doctorem Alexandrum ».

« Et ecce, proh dolor! doctores isti duo, Hales et Bonaventura, videntur quasi sepulti cum illis quorum *non est memor amplius*, praesertim in cordis amore. Extolluntur alii quidam, quorum sint utinam! nomina in libro vitae, non enim studiosis invidemus. Sed multae aliquos ipsorum litterae fecerunt sub nomine subtilitatis insanire cum sequacibus ipsorum. Sint alii doctores, qui dicantur cherubici, Bonaventura autem verissimo nomine seraphicus simul et cherubicus, quia inflammat affectum et erudit intellectum, reducit et unit ad Deum per amorem excitativum, dum alii multi solum divaricant et dispergunt intellectum per praecisiones, prioritates et posterioritates, per signa et contingentia, dum tamen unum sit necessarium » etc.

Similia idem repetit in opusculo *De libris legendis* et speciatim de *Breviloquio* et *Itinerario in Deum* haec dicit (consid. V. et VI.): « Bonaventurae opuscula duo tanta sunt arte compendii divinitus composita, ut supra ipsa nihil. *Breviloquium* noto et *Itinerarium*, in quibus processum est duabus viis cognoscendi Deum. Primus namque horum duorum tractatum procedit a primo principio, quod Deus est, usque ad alias veritates sub Deo creditas et habitas. Alius econtra progreditur a creaturis ad Crea-

tozem per sex gradus scalares usque ad anagogicos excessus.. A triginta annis et amplius citra volui habere familiares mihi praedictos tractatulos, saepe legendo, saepe ruminando etiam usque ad verba, nedum sententias. Et ecce, hac aetate, hoc otio velut ad votum vix perveni ad initium gustus eorumdem, qui et repetiti semper mihi novi fiunt et placent ».

Denique in libro *De concordia metaphysicae et logicae* summae laudi Bonaventurae tribuit, quod amator fuerit pacis et concordiae inter doctores, dicens: « Qualis fuit inter ceteros conditionis dominus Bonaventura, qui studuit de variis opinionibus semper elicere illud quod verum apparebat, et cum sobrietate magna dimittere illud quod nimium vel parum videbatur ».

4. S. Antoninus, archiepiscopus Florentinus, Ord. Praed. († 1459) in suis *Chronicis* (part. III. tit. 24. cap. 4.) haec habet de Bonaventura, quem dicit esse devotissimum super omnes: « Bonaventura sicut in luminibus scientiarum et maxime in Scripturis sanctis videbatur mira capacitate proficere, ita in devotionis gratia continuum sumebat gratiae incrementum. Siquidem omnem veritatem, quam percipiebat intellectu, ad formam orationis et laudationis divinae reducens, continuo ruminabat affectu etc. Intellectus eius perspicacitatem omnia opuscula eius redolent iis qui divinam scientiam requirentes, hanc libentius quam vanitatem Aristotelicam venerantur <sup>1</sup> ».

Dionysius Rickel Carthusianus, Doctor exstasticus († 1471), passim Bonaventuram nominat doctorem *devotum, dignissimum et venerabilem*, referens in tractatu *de Donis Spiritus S.* (tract. 4. addit. 6.) diffusas ex eodem sententias, cumque recenset « inter doctores scholasticos ceteris magis unctos et illuminatos et devotissimos ».

Abbas Ioannes Trithemius († 1516) dicit de eodem (*Scriptor. Ecclesiast.*): Fuit « vir divinis Scripturis eruditissimus et saeculari philosophia nobiliter doctus, ingenio subtilis et clarus eloquio, vita et conversatione devotus atque sanctissimus, cuius ingenium, dotem naturae et vitae puritatem praeceptor eius Alexander contemplans dicere solebat: „In Fratre Bonaventura Adam peccasse non videtur“. — Scripsit multa et profunda et devotissima opuscula, quibus ardentia verba proferens, non minus affectum legis in Christi amore accendit, quam intellectum doctrinis sanctis illuminat. Omnes enim sui temporis doctores utilitate operum facile praecellit, si spiritum divini amoris et christianae devotionis in eo loquentem attendas. Profundus est, non verbosus; subtilis, non curiosus; disertus, non vacuus; flammantia, non infantia verba proferens. Unde et securius legitur, facilius ab amante intelligitur, utilius frequentatur, dulcius et fructuosius retinetur. Multi doctrinam proferunt, devotionem praedicant multi, pauci scribendo libros docuerunt utramque.

<sup>1</sup> Haec sumta sunt ex catalogo quodam Ministrorum general. Ord. Min.; cfr. Analect. Francisc. tom. III. 699.

Bonaventura autem et multos superavit et paucos, dum eius doctrina devotionem, devotio instruit doctrinam. Si ergo et doctus vis esse et devotus, illius opusculis esto intentus ».

In *Epistola* celebris Wimpbeling scripta ad eundem Trithemium an. 1491 (ad calcem biblioth. ecclesiast. Alberti Fabricii) dicitur: « An reiiciendus est Bonaventura Italus, quo non est maior, non profundior, non devotior in Scripturis sanctis »? Et alibi in *Epistola* ad quoslibet theologiae studiosos an. 1499 addit: « Si vir tantus, utpote Ioannes Gerson, vir prudens, verax, fidelis, christianissimus, solertissimus explorator doctrinarum, persuadere visus est scholasticis et speculativis theologis, ut prae ceteris theologorum scriptis has quatuor Bonaventurae partes (libros Sententiarum) peculiariter amplectantur; cur nolint studiosi viri, qui in se ipsis docti primum evadere et devoti, deinde magnum animarum fructum, christianae religionis incrementum et Dei laudem et gloriam promovere cupiunt, saluberrimum sequi consilium prudentis Parisiensis cancellarii »? etc.

5. Audiamus etiam celeberrimum inter Scotistas sui aevi theologum Fr. Franciscum de Pitiglianis, Aretinum, qui (*Comment. in III. Sent.*, part. 1. Praef. ad Lect.) scribit: « Resplendent et alii solida probataque doctrina, summa cum sanctitate coniuncta, qua non modo intellectus illuminatur, sed et affectus ad divina prosequenda allicitur et inflammatur, cuius classis antesignanus est divus Bonaventura, quem qui doctus simul et pius evadere vult, diurna pariterque nocturna manu debet versare ». — Tum de *methodo* loquitur: « Quoad methodum, quam ingenue tenuerunt in disputationibus theologicis... Doctor irrefragabilis, Alexander Halensis, Doctor seraphicus, D. Bonaventura, Doctor angelicus, D. Thomas, Doctor solemnissimus a Mediavilla et alii quamplures, fateor apud Scotum desiderari, quae res eum maxime obscurum et difficilem reddidit ».

Inter viros sanctitate et scientia ascetica eminentes venerabilis Ludovicus Granatensis saepe commendat opera S. Bonaventurae, et inter alia scripsit (*Memorial. vitae christian.*, tract. III. cap. 10. pag. 314, ed. Venet. 1580): « Omne supra dictum est S. Bonaventurae, cuius testimonium magnae apud omnes auctoritatis sit oportet, cum hic gloriosus Doctor adeo insignis fuerit litteris, sanctitate, altissimo spiritu » etc.

Item, S. Franciscus Salesius (Praef. ad tractatum *de Divino amore*): « Inter Scholasticos, qui melius ac fusius de divino amore tractarunt, quive pietate pariter eminuerunt, recensendi veniunt S. Thomas, qui tractatum de eodem edidit, tanto Doctore dignum<sup>1</sup>, nec non S. Bonaventura ac beatus Dionysius Carthusianus » etc.

P. Claudius de la Colombière S. I., cuius causa beatificationis nunc agitur, in *panegyrico* S. Bona-

<sup>1</sup> Hic videtur insinuari ille tractatus, quem supra pag. 27 n. 77. memoravimus.

venturae § 1. n. 4. haec verba apud Bonelli la reddita habet: « Omnes eruditi viri tenent, S. Doctorem hunc Scripturae et scholae scientiam ad altissimum gradum perduxisse; ex magistris omnibus qui ante illum docuerunt, paucos praeditos extitisse aequae sublimi ac perspicaci ingenio, et neminem fuisse, qui tantam soliditatem cum tanta subtilitate coniunxerit, vel maiorem facilitatem ac methodum cum tanto acumine ».

6. Inter Fratres Ordinis Minorum ille catholicus religionis propugnator acerrimus, Fr. Casparus Schatzgeyer (Sasgerus), Minister provincialis<sup>1</sup> eminent, dicit (*Antilutherus*, lib. III. cap. 19.): « Inter ecclesiasticos doctores, quorum doctrinis vel scriptis amplius incumbendum sit, non potest convenienter deliniri certa regula; diversi enim diversis delectantur doctrinis vel scriptis. Alii afficiuntur ad speculabilia, alii ad practica, alii ad contemplativa; alii abundantia via rationali, alii in concupiscibili, alii in irascibili. Quae varietas etiam invenitur inter doctores ipsorum. Nam Ss. Augustinus et Ambrosius in via rationali, S. Hieronymus, in irascibili; Ss. Gregorius et Bernardus in concupiscibili; moderniores doctores puta S. Thomas, Alexander de Hales, Scotus et alii communiter super Sententias scribentes abundantia via rationali, et ad intellectum excolendum satagunt. Porro S. Bonaventura tam in rationali quam in concupiscibili; *propter quod doctrina eius non incongrua Religiosis est capessenda*. Cum enim sint schola Christi constituti, principaliter ad intellectum habere debent ad excolendum affectum, secundario autem ad illuminandum intellectum, sive in concupiscibili exercere actus hierarchicos, sive non. Nullus magis quam S. Bonaventura salubrius et fructuosius aliis praedicat, quod magis a divino amore bene affectus et in moribus laudabiliter institutus ».

7. Inter recentiores praecones S. Bonaventurae duos tantum allegamus, quorum primus est doctissimus Hefele, episcopus Rottenburgensis, qui in *Kirchenlexicon*, ed. 1. tom. II. pag. 79 haec in latinum versa scribit: « Bonaventura in se coniuncta habet duo illa momenta, unde provenit quidquid in medio aevo nobile erat et sublime, quidquid pulchrum et magnum, scilicet profundam animi pietatem et scientiam splendidam. Has duas dotes in se coniungens, Bonaventura est quasi typus repraesentans lucidam mentem aevi partem. Sicut enim ipse ut individua pietatem seraphicam coniunxit cum magna doctrina, quod titulus ipsius honorificus *seraphici Doctore* insinuat; ita media aetas, generaliter sumpta, cum duo haec momenta uniat, characterem sibi proprium expressit. Horum prima ratio, scilicet *scientia*, produxit illo tempore admirabilem *scholasticae* structuram; sed insuper illa aetas suavissimum ostendit *mysticam*, pietatem dico intimam amanti animarum. His animabus contemplativis tota re-

<sup>1</sup> De ipso egregie scripsit Dr. *Nicolaus Paulus*, Kaschau, Schatzgeyer, Herder i. B. 1898.

natura non est nisi speculum et scala, ut, diversis gradibus illuminationis elevati, quasi appropinquant ad visionem divinam, cum amor Dei sit tum finis tum ratio motiva omnium, quae cogitant, sentiunt et volunt. — Scholastica igitur et mystica inter se unitae indolem medii aevi repraesentant; Bonaventura autem simul est mysticus et scholasticus et utramque sui temporis rationem in se ipso praeclara quasi harmonia expressit ».

Verba secundi theologi, scilicet Prof. Dr. Ios. Scheeben, iam transcripsimus tom. V. Prolegom. pag. XVI col. I.

8. In pluribus Conciliis doctrina S. Bonaventurae ad defensionem veritatis catholicae valida subministravit arma. Hoc praecipue patuit in Concilio *Lugdunensi* II. anno 1274 celebrato, cuius dirigendi et administrandi negotium a Summo Pontifice Gregorio X. ipsi mandatum fuit. Ibi, Latinis et Graecis confitentibus, veluti sol effulsit. Hoc variis historiae documentis probatur et ab ipso Sixto V. asseritur in bulla tom. I. praefixa § 6. Super tanti doctoris obitum tota Ecclesia ingemuit, declarante ipso Papa Gregorio in universorum Patrum concilio, magnam militantem Ecclesiam subiisse iacturam.

Etiam in posterioribus Conciliis, scilicet *Constantiensi* (an. 1417), *Basileensi* (an. 1431), *Florentino* (an. 1438) et in ipso magno Concilio *Tridentino* auctoritas S. Bonaventurae ad retundendos haereticorum conatus pluries cum laude adhibita est. Cfr. Bonelli, Prodrum. col. 92 seq.

Hic notari meretur opus P. Ludovici a Castropiano O. Min., quod intitulatur *Seraphicus Doctor Bonaventura in oecumenicis catholicae Ecclesiae conciliis, disquisitio historico-theologica*, Romae an. 1874. Postquam enim plura dixit de praecedentibus Conciliis secundum *Prodrum* (pag. 49), incipit erudite demonstrare, dogmaticas Vaticani duas constitutiones ad unguem conformes esse doctrinae, quam iam ante sex saecula S. Bonaventura clare et solide tradidit. Unde dici potest, ipsum quasi in spiritu summo Pontifici et venerabilibus Patribus adstis-  
*testimonium perhibentem verbo Dei et testimonium Iesu Christi* (Apoc. 1, 2.). — Quidquid Concilium docuit de Deo, omnium Creatore, de fide et ratione, multis S. Doctoris locis explicatur et probatur. Cfr. ibi pag. 52-250. Et quoad Constitutionem de Ecclesia eodem modo tractatur de apostolici primatus in B. Petro institutione; de perpetuitate primatus B. Petri in Romanis Pontificibus eiusque vi et ratione; denique de Romani Pontificis infallibili magisterio (pag. 251-368). Hic tamen observandum est, auctori nondum notam fuisse magnificam illam quaestionem disputatam de primatu, quae impressa est in nostro tomo V. pag. 189 seqq., quae titulum habet: « Utrum omnes Christiani debeant obedire uni ». Haec disputatio certe est documentum illius aetatis primum de praerogativis summi Pontificis. Attamen ex libris Bonaventurae tunc notis non deerant testimonia plus quam sufficientia ad ve-

ritatem catholicam probandam (cfr. Dissertatio P. Fidelis a Fanna « *Seraphici Doct. Bonaventurae doctrina de Romani Pontificis primatu et infallibilitate* ». Taurini, Marietti 1870).

Bonelli in suo Prodrumo col. 110 seqq. refert etiam plures Universitates antiquas, qui Bonaventuram coluerunt ut doctorem primum, vel ubi habuit saltem cathedram propriam; ita fuit in Universitate Ingolstadiensi, Salisburgensi, Valentina, Ossunensi in Baetica.

9. Concedendum est, per plura saecula in Ordine Fratrum Minorum doctrinam S. Bonaventurae minus frequentatam fuisse; hoc fuit, quando controversiae scholasticae cum schola Thomistica invaluerunt, et Scotus disputationibus, praesertim de immaculata Conceptione B. Mariae Virginis, aptior apparuit in his controversiis ut antesignans scholae Ordinis. Interdum in Constitutionibus Ordinis solus commendatur Scotus, sed in aliis ille quidem commendatur, sed non excluso Bonaventura et Alexandro Halensi. In novissimis vero Constitutionibus ita legitur (§ 245.): « In doctrinis philosophicis et theologicis antiquae scholae Franciscanae inhaerere studeant, quin tamen ceteros Scholasticos negligant ». Praeter Alexandrum et Scotum expresse nominant etiam Bonaventuram Constitutiones Ordinis compositae in Capitulo generali Interamni et Vallisoleti celebrato. — Apud FF. Capuccinos saltem per duo saecula S. Bonaventura fuit Doctor primarius. Hoc fuse demonstratur in egregio opere P. Prospero de Martigné O. Cap., *La Scholastique et les traditions Franciscaines*, Paris, Lethiel-leux 1888, pag. 25-40<sup>1</sup>.

Ex praedictis constat, iure iam communiter S. Bonaventuram per antonomasiam praedicari glorioso titulo *Doctor seraphicus*, sicut S. Franciscus inter Sanctos laudatur ut *Sanctus seraphicus*. Eandem enim indolem particularem, quam veneramus in S. P. Francisco, observamus in doctrina fidelissimi eius discipuli. Unde filiis S. Francisci amor et studium tanti Doctoris praecipue recommendare licet.

10. Haec igitur dicta sint in laudem seraphici Doctoris simulque in gloriam *Patris luminum* (Iac. 1, 17.) et ipsius sanctae *Romanae Ecclesiae*, quae est omnium SS. Doctorum et *mater et magistra*. Ipsa enim sola est *Christi corpus et plenitudo eius* (Eph. 1, 22.). Ipsa omnis indagandae veritatis theologiae suprema est regula; ipsa, fecundata a Spiritu sancto, in decursu saeculorum caelum ecclesiasticum ornavit luminaribus multorum doctorum, qui *viam Dei in veritate docent* (Matth. 22, 16.), methodis quidem et verbis diversis, uno tamen spiritu. *Stella enim a stella differt in claritate* (I. Cor. 15, 41.), *secundum mensuram donationis Christi* (Eph. 4, 7.). Nemini tamen suorum Doctorum Ecclesia tribuit nec in docendo *infallibilitatem* nec ad solvendas omnes difficultates

<sup>1</sup> In hoc libro etiam de scriptis et vita S. Bonaventurae multa habentur. Ipse versus est in linguam Italicam a P. Exprovinciali Luigi da Piedelama O. M., Assisi 1889.



*plenam sufficientiam* nec ad totius doctrinae revelatae explicationem *adaequatam expressionem*. Primo igitur nulli Doctori tribuit omnimodam *infallibilitatem*, sed observat sententiam S. Augustini docentis<sup>1</sup>: « Neque enim quorumlibet disputationes, quamvis catholicorum et laudatorum hominum, velut Scripturas canonicas habere debemus, ut nobis non liceat, salva honorificentia, quae illis debetur hominibus, aliquid in eorum scriptis improbare atque respuere, si forte invenerimus, quod aliter senserint, quam veritas habet, divino adiutorio vel ab aliis intellecta, vel a nobis. Talis ego sum in scriptis aliorum, tales volo esse intellectores meorum ».

Secundo, nec unus Doctor Ecclesiae sufficit ad *omnes quaestiones* et continue novas difficultates *solvendas*. Hoc praecipue manifestum est his nostris temporibus, quando castra militantis Ecclesiae undique ab infensissimis hostibus novis semper armis acerrime oppugnantur. Nullum principium nec philosophicum nec theologicum invenitur, quod ab hostibus fidei non pervicaciter negetur et sophisticè et modo ad seducendam plebem apto oppugnetur; nulla scientia profana, quae per fas et nefas non praestet arma ad bellandum contra Ecclesiam catholicam. Hinc necessarium quidem est, ut principia catholica a Ss. Doctoribus illustrata mentibus et cordibus iuvenum profunde et firmiter sint impressa; sed hoc non sufficit defensoribus veritatis, nisi valeant multiplici eruditione arma adversariorum et cognoscere et hostibus eripere et in defensionem veritatis convertere.

Tertio, nulli singulari Doctori Ecclesia tribuit perfectam et adaequatam totius *revelatae veritatis expressionem*. Ineffabilia divina mysteria nequeunt perfecte et adaequate exprimi illis conceptibus, quos intellectus a creaturis sumsit et format et via vel causalitatis, vel *eminentiae* ad divina applicat, sed non secundum plenam proprietatem, sed secundum analogiam. Hinc antiqui Scholastici, secuti Pseudodionysium, praeter viam *positionis* posuerunt in theologia ut *eminentiorem* illam viam *negationis* (cfr. tom. VIII. de *Triplici Via* c. III. § 7.). Hoc eloquiorum humanorum defectu iam satis explicatur pluralitas atque diversitas verborum et sententiarum, quibus Ss. Doctores exprimere conati sunt ardua fidei mysteria, ut infinitum et ineffabile divinae veritatis pelagus humanis mentibus humano modo explicarent et accommodarent. Quando ipsa Ecclesia determinatos loquendi modos iam definivit, certe non discedendum est ab usu eorum. Quando tamen Ecclesia in rebus dubiis libertatem concedit sequendi diversas Ss. Doctorum opiniones, non videtur generatim esse utile, ad unum S. Doctorem restringere ambitum catholicae veritatis, immo ipsa pluralitas sententiarum et verborum probatorum auctorum interdum mysterium revelatum reddere potest hominibus suavius et credibilius. Ideo repetere nobis liceat locum sapientis P.

<sup>1</sup> Epist. 168. (alias 111.) ad Fortunatianum.

Mathiae Hanzeur O. F. M. (*Collatio totius theologiae inter maiores nostros etc.*), quem tom. I, Prolegom. pag. LXXXII c. I. iam citavimus. Explicat enim, quomodo, in una fide, quae intellectum omnium captivat in obsequium Christi, possit stare pluralitas rationum et modorum loquendi sine detrimento finis a Deo revelante intenti, hasque rationes affert: « Tum quia singuli, inquit, conferunt aliquid ad modum perfectiorem; tum quia non omnes homines idem eodem modo capiunt, sed, ut differunt vultu, sic et saepe animi captu et affectu; hinc varii modi explicandi idem mysterium sunt accommodati ad captum plurimum; tum quia singuli doctores collineant ad eandem veritatem per suum radium lucis naturalis, vel alienius illuminationis specialis; ergo non tam contradicunt sibi invicem, quam negant sibi videri... Ut enim singuli habent suam quandam sphaeram visus vel auditus, secundum quam de obiectis valde distantibus varie iudicant, sic et singuli habent quandam sphaeram intellectualem, communem quidem circa evidentia, sed velut radiis differentem circa obscura ».

11. Pro conclusione recensemus varia scripta plurimum auctorum ad illustrandam doctrinam S. Bonaventurae composita. Omissi sunt multi articuli impressi in foliis periodicis et libri iam citati in hoc capitulo.

a. *Essai sur la philosophie de Saint Bonaventure* par Amédée de Margerie. Paris, Librairie philosophique de Ladrance, 1855.

b. *Meditazioni* del P. Alessandro Baroni, O. M. *Amore e scienza*, ossia la mente serafica del glorioso Dottore S. Bonaventura da Bagnorea. Vol. I, sezione I. Firenze, Tipografia Cenniniana, 1874.

c. Eiusdem auctoris, *la-Scuola Francescana*, guidata dal suo serafico Dottore San Bonaventura da Bagnorea, in conformità dei principi del Dottore angelico S. Tommaso. Vol. I. parte 1. e 2. Firenze, ibidem, 1886.

d. *Della vera filosofia e delle dottrine del serafico Dottor San Bonaventura*, studii del P. Marcellino da Civezza O. M. Genova, Tipografia della gioventù, 1874.

e. *Studien zu Bonaventura* von Dr. W. A. Hollenberg. Berlin, Gsellius'sche Buchhandlung, 1862.

f. *Commentatio philosophica*, Dr. Ioseph. Kranse, quomodo S. Bonaventura mundum non esse aeternum, sed tempore ortum, demonstraverit. Brunsbergae, 1809.

g. Idem auctor alia dissertatione defendit doctrinam S. Bonaventurae de rationibus seminalibus et formis substantialibus intermediis.

h. *Scholastica, Doctor Seraphicus et schola Franciscana*. Oratio P. Aloysii de Parma (an. 1889 electi in Ministrum Generalem Ordinis). Parmae, typis Rossi-Ulaldi, 1886.

i. Eiusdem *Oratio super characteribus doctrinae Bonaventurianae*. Placentiae, typis episcopalibus Iosephi Tedeschi, 1887.

l. *Praxis disciplinae et perfectionis* ex opusculis D. Bonaventurae selecta, auctore P. Francisco Pothron O. M. (cum versione Gallica facta a P. Victore-Bernardino a Rhotomago). Romae, Parisius, Torniaci, Desclée,

1901. Originale latinum compositum est a laudato P. Pothron, auctore saec. XVII. Maior pars doctrinae egregii libri sumpta est ex operibus non genuinis *Speculi disciplinae* et opusculi *Fr. David ab Augusta*.

## DISSERTATIO II.

## Vita seraphici Doctoris per modum annalium enarrata.

Quantumvis, tam vivente S. Bonaventura quam eo magis ipso e vivis sublato, fama eius ubique percrebuisse, tamen exactam vitam eiusdem Doctoris nemo ex coaevis aut quasi coaevis posteritati transmisit; quae enim traduntur de eo a fratre Salimbene Parmensi, Francisco Fabrianensi, Bernardo de Bessa, Ubertino a Casali, Angelo Clareno, et postea Bartholomaeo Pisano in *Conformitatibus* sunt pauca obiterque tacta. Scripsit quidem coaevus fr. Ioannes Aegidius Zamorra<sup>1</sup> maiorem, ut videtur, vitam S. Bonaventurae, at ea calamitate temporum vel omnino deperit, vel adhuc suum diligentem detectorem in aliquo archivo exspectat. Quod non tam oblivioni ac ingratitude tribuendum est quam potius sorti illa aetate fere constanti quoad magnos scriptores, quorum magis scripta admirabilia quam vitae privatae gesta et publicae coevorum ac posterorum attentionem attrahebant exhauriebantque. Plus quam coaevi aut suppartes habent de vita S. Bonaventurae chronica claustralia, praecipue quae vocantur Chronica XXIV Generalium. Fieri tamen non potuit, quin progressu temporis atque historica arte critica proficiente etiam vitae ederentur magis exactae S. Bonaventurae, inter quorum auctores facile omnibus praeminet Waddingus noster. Sequiori adhuc aetate splendent quidem plures critici historici ut Arturus Monasteriensis, Philippus Labbaens, Casimirus Oudinus, Ioannes Hyacinthus Sbaralea, cl. Patres Bollandistae S. I. ac tandem et praesertim Benedictus Bonelli a Cavalesio. Nihilominus eorum scripta de gestis S. Bonaventurae non praetendunt omnia dubia de medio tollere, aut rem funditus in obiecto exhaurire. Negandum quidem non est, fuisse praeter supra adductos numerum vere grandem scriptorum aliorum, qui gesta S. Bonaventurae texere conati sunt vel speciali libro vitam Sancti enarrante, vel in historia medii aevi agendo etiam de Bonaventura aliquo tractatu. At maiori ex parte hi scriptores non nisi trita ex traditione facta repetebant atque de cetero plus ornate quam critice thema suum historicum prosecuti sunt.

Finem, Deo auxiliante, imponentes editioni completae operum S. Bonaventurae aequitas urget nos,

ut ad calcem huius editionis gesta quoque seraphici Doctoris brevi calamo exhibeamus. At hoc in antecessum notare praestat, nobis minime esse propositum ornato stilo diffusoque vitam proprie intellectam conscribere, sed potius ad instar annalium brevem praebere conspectum vitae atque operum S. Bonaventurae. Quapropter nostrum est potius arida documenta detecta afferre, composita ordinare, quam ex iisdem ordinatis fulgentem imaginem S. Doctoris ob oculos ponere, quod studiosis, qui psychologiam S. Bonaventurae telam texere velint, relinquimus. Item notamus, nos eleuchum biographiarum, quae ex professo de S. Bonaventura agunt, demum in fine huius nostrae dissertationis suppeditaturos esse.

Quae cum ita sint, iam ad rem praestandam gradimur et quidem ita, ut tractemus: 1° de S. Bonaventurae ortu atque in Ordinem seraphicum ingressu; 2° de studiis eius et magisterio et ad doctoratum promotione; 3° de eius in Ministrum Generalem electione et ceteris tempore generalatus gestis; 4° de eius ad dignitatem cardinalitiam electione, de laboribus eius in Concilio Lugdunensi II. peractis et de beato eius obitu; 5° de eius reliquiis, canonizatione atque in Doctorem Ecclesiae ejectione.

## CAPUT I.

*De ortu S. Bonaventurae atque de eius in Ordinem seraphicum ingressu.*

1. Bonaventura natus est *Balneoregii*, oppido quodam in Statu ecclesiastico sito sive hodie in districtu Viterbiensi atque nunc Bagnorea vocato. Constat hoc ex quam plurimis scriptoribus, inter quos omni exceptione maior est Fr. Salimbene, qui ad an. 1283 scribit<sup>1</sup>: « Frater Ioannes de Parma dedit licentiam Fratri Bonaventurae de *Balneo regis*, ut Parisius legeret ». Praeterea plures codices manuscripti hoc nomen afferunt; in codice quodam saec. XIII. v. gr. dicitur<sup>2</sup>: « Explicit postilla optima super Ioannem edita a fratre Bonaventura de *Balnoregio*, ordinis fratrum minorum, cardinali, ad usum fratrum minorum ».

2. *Nativitatis* S. Bonaventurae annus est 1221. Ex multis testimoniis fide omnino dignis sufficit unum

<sup>1</sup> In libro inscripto: *De Viris illustribus* sive *Historia canonica et civilis*, Ioannes Aegidius Zamorra, Ord. Min., Hispanus, confecit praedictam vitam, ut ipse auctor, qui ante an. 1300 floruit, testatur in alio suo opere inedito. Cfr. tom. I, Praef. Gen. pag. XXXVI, nota 2.

<sup>1</sup> Chronica, (Parmae 1857) pag. 129.

<sup>2</sup> Ille codex describitur tom. VI, Proleg. pag. XXV n. 42.

alterumve adducere. Chronica quaedam saec. XIV<sup>1</sup> dicunt, ipsum vita functum esse « aetatis suae anno LIII », quod etiam Chronica XXIV Generalium testantur<sup>2</sup>; cum autem obierit tempore Concilii Lugdunensis II, id est 1274, ut infra evidenter ostendetur, sequitur, eum anno 1221 esse natum. Omnes ceteri biographi conveniunt in hoc, quorum disertus interpres est Galesinius<sup>3</sup> et Waddingus<sup>4</sup>.

3. *Parentes* eius erant Ioannes cognomento Fidanza et Ritella. Praeter testimonia huius rei adducta a cl. Bonelli<sup>5</sup> nulla alia nova lucensque inventa sunt. A patre videtur accepisse nomen *Ioannes*, quod saepissime in codicibus occurrit. A Nicolao Eymerici Ord. Praed., qui obiit 1393, vocatur *Petrus de Bonaventura*<sup>6</sup>. Accedit etiam nomen *Eutychius*<sup>7</sup>, quo ipsum Graeci in Concilio Lugdunensi II. adunati appellabant. Communissime autem tum a scriptoribus tum in codicum inscriptionibus vocatur *Bonaventura*, quod tamen nomen non raro mutatur in *Bonaventura*, *Bona adventura*, *Bonafortuna* etc.

Cum adhuc esset puerulus, gravissimo est correptus morbo, a quo tamen B. P. N. Francisci — adhuc vivi, an iam mortui, non constat — meritis est liberatus. Audiatur de hoc ipse sanctus Doctor. Praecipua enim causa, quae ipsum ad describendam sancti Francisci vitam incitavit, erat « ea quam ad sanctum Patrem habere teneor — sui ipsius verba sunt — devotio, utpote qui per ipsius invocationem et merita in puerili aetate, sicut recenti memoria teneo, a mortis faucibus erutus, si praecordia eius laudis tacero, timeo sceleris argui ut ingratus<sup>8</sup> »; et alibi: « Voto, inquit, pro me languente gravissime ad beatum Patrem Franciscum emisso a matre, cum adhuc essem puerulus, ab ipso sum mortis faucibus erutus et in robur vitae incolumis restitutus<sup>9</sup> ».

<sup>1</sup> Venetiis, biblioth. S. Marci, class. XXII. cod. 124. (Z. LCCCXCIX) membran. in fol. maiore, fol. 84.

<sup>2</sup> Analecta Francisc., tom. III. pag. 356.

<sup>3</sup> Cap. I. n. 17. Cfr. Acta Sanctorum 14 Jul. (Vita S. Bonav. auctore Petro Galesinio).

<sup>4</sup> Annal. Min. ad an. 1221 n. 45.

<sup>5</sup> « Haec ex Ioanne Medicinae Magistro et Felice Antonii, qui et ipsi a Maioribus acceperant, nec non ex aliis testibus Balneoregiensibus probe sibi comperta refert laudatus Martinus, firmatque Ariostus citatus. Testatur etiam P. Theodorus, se reperisse in mss. Balneoregiensibus memoriae proditum: *Il Padre di S. Bonaventura fu Giovanni della nobil famiglia Fidanza, di Castello, ove nacque* etc. Addit, se quoque invenisse Romae in tabulario Conventus S. Isidori Chronicon ms. Mariani Florentini quatuor tomis in fol. comprehensum, ac tom. I. pag. 101 adnotatum, Bonaventuram habuisse Patrem Ioannem Fidanza medicinae artis magistrum ». Bonelli, Prodrumus etc. col. 3 nota 1.

<sup>6</sup> Director. Inquisitor., pars 2. quaest. 43. pag. 340 (edit. Venet. 1607).

<sup>7</sup> Interdum appellatur etiam *Eustachius*; sed hoc nomen, sicut et *Iacobus*, quod etiam occurrit, videtur per mendum irrepsisse pro *Eutychius* scilicet et *Ioannes*. Cfr. Bonelli, Prodrumus etc. col. 4, nota q. et supra pag. 29. n. 99.

<sup>8</sup> Legenda Maior S. Franc., Prolog. n. 3.; tom. VIII. pag. 505.

<sup>9</sup> Legenda Minor S. Franc., de transitu mortis lect. oct.; tom. VIII. pag. 579. — S. Franciscum exclamasse: *O buona*

Ad hunc grati animi amorem accessit alia seraphicum Patrem diligendi ratio. « Nec te moveat », ipsius sunt ad quendam Magistrum verba<sup>1</sup>, « quod Fratres fuerunt in principio simplices et illitterati, immo magis debet hoc in te fidem Ordinis confirmare. Fateor coram Deo, quod hoc est, quod me fecit vitam beati Francisci maxime diligere, quia similis est initio et perfectioni Ecclesiae, quae primo incepit a piscatoribus simplicibus et postmodum profecit ad doctores clarissimos et peritissimos; sic videbis in Religione beati Francisci, ut ostendat Deus, quod non fuit per hominum prudentiam inventa, sed per Christum; et quia opera Christi non deficient, sed proficiunt, ostenditur, hoc opus fuisse divinum, dum ad consortium virorum simplicium etiam sapientes non sunt designati descendere ».

4. Tam haec rationes specialis amoris versus S. Franciscum quam votum matris effecerunt etiam, ut ipse Bonaventura vitam S. Francisci amplecteretur.

Certum est, sanctum Bonaventuram *iuvenem* adhuc intrasse Ordinem; in antiquo enim catalogo Ministrorum generalium<sup>2</sup> dicitur: « Septimus a beato Francisco successit praeclarissimus pater frater *Bonaventura de Balneoregio*. Qui cum *iuvenis* intrasset Ordinem » etc. Idem repetit auctor Chronicorum XXIV Generalium<sup>3</sup>.

5. De *anno* autem, quo sancti Francisci habitu est indutus, non est consona scriptorum sententia. Multi enim affirmant, ipsum aetatis suae anno vigesimo secundo adeoque 1243 ad novitatum Ordinis accessisse. Ita Galesinius<sup>4</sup>, Waddingus<sup>5</sup>, Bollandistae<sup>6</sup>, qui tamen addunt: « at neque hoc omnino exploratum est ». Admittit hoc etiam Ondinus<sup>7</sup>, qui ex hac suppositione chronologica erronee infert: « Constat, Bonaventuram nunquam habuisse magistrum Halensem nec studuisse sub illo, dum esset Parisiis »; idem suspicatur Echardus<sup>8</sup>. Alii vero opinantur, sanctum Bonaventuram suscepisse habitum Ordinis anno 1238, annos circa 17 natum. Ita Sbaralea<sup>9</sup>, Bonelli<sup>10</sup>, Panfilo da Magliano<sup>11</sup>.

Ut autem series nostrae argumentationis patescat melius, praemittimus testimonia antiquissima. Tria

*ventura*, non constat, cum iam ante ipsum hoc nomen aliis impositum fuerit. Cfr. Acta Sanctor., loc. cit. Comment. praevius § 3. n. 24. seq.

<sup>1</sup> Epist. de tribus quaest. n. 13; tom. VIII. pag. 336.

<sup>2</sup> Cfr. Analecta Francisc., tom. III. pag. 699.

<sup>3</sup> Ibid. pag. 324.

<sup>4</sup> Cap. IV. n. 25; cfr. Acta Sanctorum 14 Jul. (Vita S. Bonav. auctore Petro Galesinio Pronot. Apost. ad Sixtum V Pont. Max., ex editione Henrici Sedulii).

<sup>5</sup> Annal. Minor., tom. I. ad an. 1243. n. 5.

<sup>6</sup> Acta Sanctor. 14 Jul. (Vita S. Bonav.) § 3. n. 26.

<sup>7</sup> De Script. eccles., tom. III. ed. Lipsiens. col. 134.

<sup>8</sup> Scriptor. Ord. Praed., tom. I. pag. 277 seqq.

<sup>9</sup> Bullar. Franciscan., tom. III. pag. 12 nota et Supplement. ad Scriptor., v. Bonav. pag. 142 et 168.

<sup>10</sup> Prodrum. col. 5 seq.

<sup>11</sup> Storia compendiosa di S. Francesco e de' Francescani, ed. Roma 1874. vol. I. pag. 619. Cfr. tom. I. Praef. Gener. pag. III, nota 1.

haec testimonia, quae sequuntur, sunt pro tota vita S. Bonaventurae magni momenti et saepius adhuc a nobis citanda; hinc ea integra ponimus.

Primum testimonium est B. Francisci a Fabriano, qui an. 1267 Ordinem ingressus, obiit 1322, ac proinde coevi, quod huc redit: « Vir sanctus et iustus et rectus ac timens Deum, consummatus in artibus apud Parisios, et post ingressum ipsius in Ordinem magister effectus, in sacra theologia *licentiatus* (id est, « quia *bacellarius* erat », Salimbene) *sub magistro Alexandro*, primo magistro Ordinis, quem, cum esset in saeculo, tota Parisiensis Universitas sequebatur, sub quo septem Fratres nostri fuerunt licentiati et magistri effecti in sacra theologia. Hic iam dictus Frater Bonaventura vir eloquentissimus fuit, mirabilis in intellectu sacrae Paginae et totius sacrae theologiae, pulcherrimus sermocinator ad clerum et praedicator ad populum, in cuius praesentia ubique terrarum omnis lingua silebat<sup>1</sup> ».

Secundum testimonium desumitur ex antiquis Chronicis, quae adscribuntur Bernardo de Bessa, secretario S. Bonaventurae, qui dicit: « Septimus a beato Francisco successit praeclarissimus Pater Frater Bonaventura de Balneoregio. Qui cum iuvenis intrasset Ordinem, tanta bonae indolis honestate pollebat, ut magnus ille magister Alexander diceret aliquando de ipso, quod in eo videbatur Adam non peccasse. Hic, sicut in luminibus scientiarum et maxime in Scripturis sacris videbatur miranda capacitate proficere, ita et in devotionis gratia continuum sumebat augmentum; siquidem omnem veritatem, quam percipiebat intellectu, ad formam orationis et laudationis divinae reducens, continuo ruminabat affectu. Hinc factum est, ut in *septimo anno post ingressum Ordinis* Sententias legeret Parisius et in *decimo reciperet cathedram magistralem* et in XII<sup>o</sup> vel XIII<sup>o</sup> ad regimen Ordinis sit assumtus. Decem et octo annis rexit Ordinem et in Lugduno tempore generalis Concilii obiit cardinalis, anno aetatis suae LIII<sup>o</sup>, episcopus scilicet Albanensis<sup>2</sup> ».

Tertium testimonium etiam sumitur ex antiquis Chronicis<sup>3</sup>: « Hic Bonaventura, cum iuvenis intrasset Ordinem, clarissimi et alti ingenii adeo in gratia devotionis excelluit, quod omnem veritatem, quam mente concipiebat, in formam divinae laudis et devotae orationis reduceret. Ideo brevi tempore, infuso quasi sibi divinitus speciali lumine, tantum in sacris profecit scripturis...<sup>4</sup> post eius ingressum ad Ordinem

sententias Parisius legeret et in decimo ad magisterium sit promotus et in XII. vel XIII. ad regimen Ordinis sit assumtus. Factus episcopus Albanensis in Concilio Lugdunensi, quasi lucerna posita super candelabrum, mirifice resplenduit et pro defensione Mendicantium visus est caelitus destinatus, sed laborum ipsius Concilii pressus onere, vita functus est aetatis suae anno LIII. Cuius mors omnes in Concilio existentes incredibili affecit moestitia. Frater autem Hieronymus illi successit in officio ministerii, qui postea cardinalis et Summus Pontifex fuit ».

6. Quoniam ex his duabus sententiis amplectenda sit, inquirendum est.

Si summa argumentorum in favorem anni 1238 perpendatur, concludi potest cum certitudine, Bonaventuram non esse ingressum Ordinem an. 1243, sed probabilissime an. 1238. Certum est enim, Bonaventuram fuisse Parisiis baccalaureum vivente Alexandro Halensi, quod testatur testis synchronus et confrater, B. Franciscus a Fabriano, ipseque Bonaventura vocat Alexandrum suum magistrum et patrem. Cum vero Alexander, historia testante, die 12 Augusti anni 1243 mortuus sit, hinc Bonaventura ingredi Ordinem an. 1243 non potuit; secus enim passivum studium, cui omnes subiici debebant, non finivisset.

Porro secretarius Bonaventurae, Bernardus de Bessa, cui solet adscribi antiquus catalogus<sup>1</sup> XV Ministrorum generalium, haec habet de Bonaventura: « Hinc factum est, ut in septimo anno post ingressum Ordinis Sententias legeret Parisius et in decimo reciperet cathedram magistralem ». Item legitur in Chronicis antiquissimis<sup>2</sup>: « Tantum in sacris profecit Scripturis, *ut anno* (scilicet septimo) post eius ingressum ad Ordinem Sententias Parisius legeret et in decimo ad magisterium sit promotus ». Iam vero, si ista duo testimonia certissima conferantur cum aequo certo testimonio coevi B. Francisci a Fabriano<sup>3</sup> scribentis: « Post ingressum ipsius in Ordinem magister effectus in sacra theologia, licentiatus sub magistro Alexandro primo magistro Ordinis », sequitur, numerum septenarium abstrahendum esse a numero 1243, quo anno Alexander decessit; unde efficitur certe non annus 1243, sed annus 1238. Talis probabilitas est huiusmodi, ut vix, ac ne vix quidem, a certitudine differat, prout ex certissimo illo anno 1248 *licentiatus* infra pag. 43 deducetur.

Praeterea recolantur pro ista sententia cetera argumenta, tam historica quam critica adunata a P. Hyacintho Sbaralea<sup>4</sup> et a cl. Benedicto Bonelli<sup>5</sup> et a fr. Panfilo a Magliano<sup>6</sup>. Quae conclusio chronologica confirmabitur adhuc infra, cum de eius magisterio et electione in Ministrum generalem sermo instituetur.

<sup>1</sup> Apud Sbaralea, Supplement. ad Scriptor., v. Bonav., pag. 143.

<sup>2</sup> Analecta Francisc., tom. III. pag. 699; verba hic relata repetunt auctor Chronic. XXIV General., ibid. pag. 324, et alii. Notandum praeterea circa eundem et sequentem textum est, numeros XII et XIII esse corrigendos, ut erit in capite de electione Bonav. in Ministrum Generalem.

<sup>3</sup> Venetiis, Biblioth. Marc., class. XXII. cod. 124. (Z. L. CCCXCIX) membr. in fol. maiore saec. XIV. fol. 84.

<sup>4</sup> Hic secunda manus ponit supra lineam verba *ut anno*; subintelligendum utique est « septimo ».

<sup>1</sup> Analecta Francisc., tom. III. pag. 699.

<sup>2</sup> Vide supra col. I, not. 2, 3. ac 4. ibid.

<sup>3</sup> Vide col. I, not. 1.

<sup>4</sup> Supplement. ad Scriptor., v. Bonaventura, pag. 168.

<sup>5</sup> Prodromus etc., col. 5.

<sup>6</sup> Storia compendiosa etc., vol. I. pag. 619 seq.



Ex quibus sequitur, S. Bonaventuram ingressum esse in Ordinem, id est in novitium, adhuc tempore Eliae <sup>1</sup> Ministri generalis, atque vota emisisse Religionis vel sub Alberto Pisano <sup>2</sup>, qui an. 1239 die 15 Maii Romae renuntiatus est generalis Minister; vel adhuc sub eodem Elia, quia ingressus in novitium et emissio votorum eius fluctuare potest inter finem an. 1237 ad initium an. 1239, immo ad finem an. 1239. Non vero ingressus est Ordinem sub Haymone, ut referunt Chronica Glassbergeri <sup>3</sup>, qui error chronologicus corrigetur infra in capite de magisterio Bonaventurae.

Ad maiorem autem confirmationem gravissimae huius de ingressu in Ordinem quaestionis rogamus, ut quae hic dicta sunt, coniungantur cum illis quae dicentur in duobus sequentibus capitibus de magisterio Bonaventurae et tempore electionis eius ad generalatum; cum quaestiones erant nobis in tantum evolvendae, in quantum se testimonia historica porrigunt.

## CAPUT II.

### *De studiis S. Bonaventurae et de promotione ad baccalaureatum, licentiatum et magisterium.*

1. Anno igitur septimo ab ingressu in Religionem baccalaureum factum esse Bonaventuram Parisiis, omnino certum est, non tantum ex supracitatis Bernardo de Bessa et Chronicis Venetis saeculi XIV, sed etiam ex Salimbene Parmensi coaevo <sup>4</sup>, ex Chronicis quoque XXIV Generalium <sup>5</sup> atque ex suppari testimonio Bartholomaei Pisani <sup>6</sup>. Quoniam vero secundum

<sup>1</sup> Refert Salimbene in suis Chronicis, qui eodem anno est ingressus Ordinem, pag. 30: « Anno Domini 1239... depositus est frater Helyas generalis Minister Ordinis Fratrum Minorum, et substitutus est frater Albertus Pisanus... Et iam in Ordine Fratrum Minorum steteram per unum annum, et tantum plus, quantum a festo Purificationis usque ad diem, qua sol obscuratus fuit in sexta feria, in hora nona, in mense Iunii, tertio die intrante ». Cfr. ibid. pag. 11 seqq.

<sup>2</sup> Bonelli, Prodrum etc., col. 6, nota (q) scribit: « Haymo renuntiatus fuit generalis Minister an. 1239 in Festo omnium Sanctorum ». Sed error est antiquatus; quia Haymo an. 1240 Minister generalis est electus; narrat enim Salimbene pag. 31: « Anno Domini 1240 mortuus est frater Albertus Pisanus, generalis Minister Ordinis Fratrum Minorum, et substitutus fuit frater Haymo Anglicus ». Cfr. Analecta Francisc., tom. III. pag. 216, 233, 246.

<sup>3</sup> Analecta Francisc., tom. II. pag. 63: « Sub isto Generali (Haymone) intravit beatus Bonaventura de Balneoregio Religionem nostram ». Cfr. Ioannes de Komorowo. Memoriale Ordinis Fratrum Minorum, pag. 105 seqq. (editio Liske et Lorkiewicz, Leopoli 1886).

<sup>4</sup> Vide pag. 43, notam I.

<sup>5</sup> Auctor Chronicorum dictorum XXIV Generalium est certe multum posterior Bernardo de Bessa, quem transcribit et nberere aliunde complet. Ille igitur habet: « Hinc factum est, ut in VII. anno post ingressum Ordinis Sententias Parisius legeret et in X. reciperet cathedram magistralem » id est *licentiam publice legendi*. Analecta Francisc., tom. III. pag. 324 seq.

<sup>6</sup> Pisanus habet ad manus et Bernardum de Bessa et Chronica antiqua et alios fontes; scribit enim: « In provincia Burgundiae in Lugduno iacet Pater dominus Frater Bonaventura

B. Franciscum a Fabriano sub Alexandro Halensi sit baccalaureus factus, qui an. 1245 mortuus est, hinc sequitur non tantum, Bonaventuram an. 1238 Ordinem esse ingressum, sed etiam, eum iam an. 1245 Parisiis plures annos commoratum esse. Impossibile enim est, eum ab Alexandro ut baccalaureum Universitati praesentatum fuisse, antequam studia passiva compleverit, quae saltem tres annos durabant. Hinc iure merito assumi potest, eum an. 1242 a superioribus, cum iuvenis optimae spei esse videretur <sup>1</sup>, Parisios missum esse studii theologici complendi causa.

Hoc admissio, potest explicari ex una parte magna de sanctis moribus iuvenis Bonaventurae admiratio Alexandri, ut diceret, quod in eo videbatur Adam non peccasse <sup>2</sup>, et ex altera perfecta de ingenii eius capacitate et scientia aestimatio, ut eum brevi post ut baccalaureum proponere potuerit. Isto tantum triennio studii Parisiensis sub Alexandro admissio, explicatur, cur tantopere Bonaventura semper Alexandrum veneratus sit atque eum suum magistrum et fratrem et patrem nominaverit <sup>3</sup>. Hoc tantum supposito, chronologia gestorum S. Bonaventurae satis plana est tam in documentis historicis allatis quam in analysi factorum vitae S. Doctoris.

2. Item omnino constat alius in vita Bonaventurae terminus, scil. an. 1248. Hoc enim anno *licentiam publice legendi* accepit, teste coaevo Salimbene referente de suo confratre, cum quo eodem tempore circiter Ordinem est ingressus: « Item Frater Ioannes de Parma dedit *licentiam Fratri Bonaventurae de Balneo regis*, ut Parisius legeret, quod nunquam alicubi fecerat, quia bacellarius erat, nec adhuc *cathedratus*, et tunc fecit lecturam super totum Evangelium Lucae, quae pulchra et optima est; et super

de Balneo regio sanctae Romanae ecclesiae cardinalis episcopus Albanensis provinciae Romanae. Qui cum *iuvenis*, miraculo sibi facto per beatum Franciscum, utpote a mortis faucibus liberato, Ordinem intrasset, tantae bonae indolis honestate pollebat, ut magister Alexander de Halis (sic) diceret aliquando de ipso, quod in eo videbatur Adam non peccasse. Hic *in septimo anno* post ingressum Ordinis legit Sententias Parisius, et *in 10. anno* recepit cathedram magistralem. In 13. anno ad regimen Ordinis est assumtus, decem et octo annis Ordinem rexit ».

<sup>1</sup> Coaevus historicus Concilii Lugdunensis II. a Bernardo de Bessa independenter sic Bonaventuram depingit: « Homo eminentis scientiae et eloquentiae, vir quidem sanctitate praecipuus, vita, commiseratione ac moribus excellentissimis decoratus, benignus, affabilis, pius et misericors, virtutibus plenus, Deo et hominibus dilectus ». Et paulo post idem proseguitur: « Hanc ei gratiam concesserat Dominus, quod quicumque eum videbant, ipsius amore incontinenti capiebantur ex corde ». Apud Labbeum edit. Coleti, tom. XIV. Concil. col. 505 et in Conciliorum tomo XXVIII. Parisiis, e typogr. regia 1644, pag. 532 et 533.

<sup>2</sup> Hoc dictum Bernardi de Bessa (Analecta Francisc., tom. III. pag. 699) repetunt omnes antiqui chronistae Ordinis, etiam supra citatus Pisanus. Istud dictum coniunctum cum his, quae affert praclaudentis historicus synchronus Concilii, efficit totam imaginem pulchritudinis tum corporis tum animae S. Bonaventurae, qui simul cum S. Francisco est perfectissimus typus medii aevi.

<sup>3</sup> Cfr. II. Sent. d. 23. a. 2. q. 3. ad finem.



Sententias quatuor libros fecit, qui usque in hodiernum diem utiles et solemnes habentur. *Currebat tunc annus 1248, nunc autem agitur annus 1284*<sup>1</sup> ». Certum igitur est, S. Bonaventuram anno 1248 licentiatum fuisse ad instantiam Ministri generalis atque abhinc docere publice coepisse in Universitate.

Idem, sed brevius, habet Bernardus de Bessa supra adductus<sup>2</sup>: « In septimo anno post ingressum Ordinis Sententias legeret Parisius et in *decimo* reciperet cathedram magistralem » (accipiendum de *licentiatu*, cfr. notam 2).

Ista duo testimonia antiquissima et coeva mirifice se complent explicantque. Dum enim Salimbene *pro licentiatu* assignat annum 1248, Bernardus eligit numerum *decem annorum* ab ingressu Religionis. Hinc ex utroque coniuncto habetur certus terminus *a quo* et terminus *ad quem*, scilicet an. 1238-1248, quos annos supra aliis testimoniis demonstravimus pro ingressu et baccalaureatu. Si autem modo quaeritur de anno baccalaureatus, quem Salimbene non habet, tunc secum conferendi sunt antiquissimi: Bernardus (« *septimo* anno post ingressum ») auctor Chronico-

rum Venetorum (« ut *anno* [scilicet septimo] post eius ingressum Sententias Parisius legeret et in *decimo* ad magisterium sit permotus »), auctor Chronicorum XXIV Generalium (« in VII anno post ingressum Ordinis »), Pisanus tandem (« hic in septimo anno post ingressum Ordinis legit Sententias Parisiis ») cum B. Francisco a Fabriano (« licentiatu[s] [scil. baccalaureus] sub Magistro Alexandro »), id est an. 1245.

Ex hoc certo anno 1245 B. Francisci a Fabriano completur quoque annus, qui desideratur apud Salimbene, id est 1248—3=1245; ita ut coevi Salimbene et Franciscus perfecte conveniant. Cum vero annus X. Bernardi compilatorumque conveniat cum Salimbene, et annus septimus Bernardi compilatorumque conveniat cum B. Francisco a Fabriano, sequitur, chronologiam Bernardi, Francisci et Salimbene esse consonam, ita ut uno ictu oculi ignoratus annus ingressus Bonaventurae in Religionem seraphicam percipiatur esse annus 1238 ut certa conclusio ex certis omnino praemissis. Testimonia certa coeva in contrarium non dantur. Pro maiore claritate hic subiungimus conspectum brevem totius rei:

## S. BONAVENTURAE

Licentiatu[s] =	an. 1248 <hr style="width: 50%; margin: 0 auto;"/> Salimbene	= X. an. post eius ingressum Ordinem <hr style="width: 90%; margin: 0 auto;"/> 1.) Bernardus de Bessa in catalogo XV General. sive Chronic. 2.) Chronica Veneta 3.) Chronica XXIV Generalium 4.) Bartholom. Pisanus in Conformitatibus
Baccalaureatu[s] =	an. 1245 <hr style="width: 50%; margin: 0 auto;"/> B. Franciscus Venimbene a Fabriano	= VII. an. post eius ingressum Ordinem <hr style="width: 90%; margin: 0 auto;"/> 1.) Bernardus de Bessa ibidem 2.) Chronica Veneta 3.) Chronica XXIV Generalium 4.) Bartholom. Pisanus ibidem
Ergo		
Ingressu[s] =	an. 1238 <hr style="width: 90%; margin: 0 auto;"/>	= { 1.) Salimbene 2.) Bernardus 3.) B. Franciscus 4.) Chronica Veneta 5.) Chronica XXIV Generalium 6.) Bartholom. Pisanus

3. Remanet solvendum triplex dubium. — Primum est, quid fecerit S. Bonaventura et ubi studuerit usque ad an. 1242. Iam diximus, eum probabilissime an. 1242 venisse Parisios, ut passivo studio theologico operam navaret. Ubi vero ante an. 1242 studio vacaverit, non constat nec facile constare potest. Verisimile est, eum in aliquo Conventu Pro-

vinciae Romanae, cui nomen dederat, studio vacasse. Invenimus quidem, editorem<sup>1</sup> *Analectorum* Franciscanorum Bonaventurae assignare Conventum Urbevitanum (Orvieto); at haec assertio non probatur, nec constat, illius civitatis Conventum tunc fuisse locum studii. Invenimus<sup>2</sup> tantum, Bonaventuram an. 1261 fuisse in dicta civitate, ubi secum pugnantes factiones

<sup>1</sup> *Analecta* Francisc., tom. III. pag. 323, not. 7.

<sup>2</sup> In libro: *Historie* di Cipriano Manente da Orvieto, Venezia 1561, notatur ad annum 1261 pag. 126: « In questo tempo essendo in Orvieto Podestà il Cardinal Bonaventura di Bagno-rea fece opera col Conte Giordano, che furono restituiti li prigionieri di Orvieto, pagandone la Republica molti danari. E furono rimessi i Ghibellini in Monte Pulciano et in Chiusi... e così fu fatta la pace tra Monaldeschi e Filipeschi per opera di Bonaventura Cardinale... » Notandum, an. 1261 Bonaventuram nondum fuisse cardinalem. Nihil autem obstat, quominus tunc Bonaventura in ista urbe esse potuerit. Quod vero admiratio- nem ingerit, est, quia auctor pag. 125 eum vocat « Podestà »; idem habet Moroni vol. XLIX. pag. 206 col. 2.

<sup>1</sup> Salimbene in isto loco (pag. 129) adamussim determinat tempus; quamvis enim terminum, quo Bonaventura factus est *licentiatu[s] et lecturam facere coepit*, exprimat tantum voce *tunc*, tamen illud mox determinat altero *tunc* scribens: « *Currebat tunc annus 1248* ». *Tunc* autem morabatur Salimbene per octo dies Parisiis. Igitur melius testimonium afferri omnino nequit. Cfr. *Analecta* Francisc., tom. III. pag. 324, not. 6.

<sup>2</sup> Verba Bernardi: « in *decimo* reciperet *cathedram magistralem* » evidenter intelligenda sunt de cathedra *licentiatu[s]*; secus supponendum esset, eum post tres annos baccalaureatus *magistrum* factum esse, quod falsum est; cfr. Denifle, *Chartular.*, tom. I. pag. 79.

pacificaret; sed ex isto sequiore facto et quadam eius benevola adhaesione ad urbem nondum potest argui, eum iuvenem illic philosophiae studuisse. Res indaganda de cetero non est tanti momenti.

Alterum dubium oritur ex lectione Bernardi de Bessa et compilatorum, ex quibus sunt Chronica XXIV Generalium, quae habent: « Factum est, ut *in VII. anno* post ingressum Ordinis *Sententias Parisius legeret* ». Tractatus iste non ita intelligendus est, ac si hoc anno, id est, 1243, iam publice e cathedra docere coepisset, sed quod simpliciter baccalaureus factus est sive habilis declaratus ad Sententias explicandas sub directione magistri; quod ex iisdem Chronicis insinuat, quae brevi post proseguuntur, eum cathedram (qua licentiatum) accepisse X. anno; sed evidenter ex Salimbene inferitur: « Item fr. Ioannes a Parma dedit licentiam Fratri Bonaventurae de Balneo regis, ut Parisius legeret, quod *numquam alicubi fecerat*, quia bacellarius erat, *ne adhuc cathedratus* ». Potuit quidem iam tunc iuvenis Bonaventura qua baccalaureus privatim legere sive in Universitate sub ductu magistri sive inter septa Monasterii auditoribus Ordinis usque ad an. 1248; immo et lectura privata et cathedratica sequitur ex obvio sensu verborum horum Chronicorum, si ea cum verbis Salimbene coniungantur: «... ut Parisius legeret, quod *numquam alicubi fecerat*, quia bacellarius erat, *ne adhuc cathedratus*; et *tunc fecit lecturam* super totum Evangelium Lucae, quae pulchra et optima est ». Eodem modo explicandi sunt omnes tractatus, qui catalogum sive Chronica Bernardi de Bessa sunt secuti, praesertim Chronica XXIV Generalium, Pisanus, S. Antoninus, Alexander Ariostus etc.

Ultimum dubium facile solvitur. Glassberger in suis Chronicis <sup>1</sup> erronee scribit: « Sub isto Generali (Haymone) intravit beatus Bonaventura in Religionem nostram ». Ex hoc concludendum tamen non est, Glassbergerum favere sententiae Waddingi, quia, quamvis Glassberger hoc ita generice enuntiet, tamen tempus facti vult determinare, inserens illud inter facta, quae an. 1240 evenerant. Quapropter neutri sententiae favet Glassberger, qui hac in re non est tanti habendus, cum sua Chronica scribere coepit an. 1308. Forsitan Glassbergero erat persuasum, Bonaventuram Ordinem esse ingressam in primo anno regiminis Haymonis; sed secundum Chronica XXIV Generalium <sup>2</sup> Haymo coepit regere an. 1239 (nunc codex <sup>3</sup> habet 1238); ergo combinari potest ingressus per vota 1238-1239. Tamen nihil certi ex hoc deducitur, quia secundum sanam chronologiam Haymo re vera an. 1240 in festo omnium Sanctorum electus est generalis Minister <sup>4</sup>. Sed neque dubium hoc offi-

cit nostrae sententiae, quia primo Glassberger neque an. 1238 neque an. 1248 favere dicendus est, secundo, quia unicus testis, qui fere tria saecula post factum vixit, pro nihilo putandus est praesertim testibus coevis Salimbene, Bernardo, Francisco.

4. Anno igitur 1248, mortuo iam dudum Alexandro, licentiatum fuit Bonaventura. Quo tempore Sanctus incepit publicam in Universitate lecturam de Sententiis et de S. Scriptura, quam usque ad annum 1252 pacifice et solerter continuavit. — Chronica XXIV Generalium hoc tempus gestorum ita breviter stringunt <sup>1</sup>: « Iste frater Bonaventura, antequam esset Generalis, dum teneret Parisius cathedram, veritatem evangelicam clarissimis disputationibus et determinationibus defensavit ». Hoc quoque temporis intervallo maior pars eius scriptorum theologiarum originem suavit; ut laud obscure chronista Parmensis, qui circa tempus istud circa octo dies in Conventu Parisiensi habitavit, inquit: « et tunc fecit lecturam super totum Evangelium Lucae, *quae pulchra et optima est; et super Sententias quatuor libros fecit*, qui usque in hodiernum diem utiles et solemnes habentur... Currebat tunc annus 1248... <sup>2</sup> ».

Fuit autem Bonaventura tunc lector licentiatum, nondum autem dignitate magistri sive laurea doctorali insignitus, cum hoc demum postea an. 1257, ut videbitur, factum sit.

5. Bernardus in suo catalogo et Chronica XXIV Generalium inquit obiter, Bonaventuram hoc temporis intervallo debuisse debellare quosdam adversarios: « Illic, antequam esset Minister, dum teneret Parisius cathedram, veritatem evangelicam clarissimis disputationibus et determinationibus *defensavit* <sup>3</sup> ». Quod re vera factum est; cum in istam periodum cadat celebris illa lis in Universitate Parisiensi inter professores saeculares et regulares. Res sufficienter est nota explorataque historice, quapropter eam tantum partem, quam Bonaventura in praedicta controversia habuit, tangemus.

Usque ad an. 1254 Bonaventura docebat, quin contra Minores aliqua controversiae graviores enascerentur. Cum vero progressu temporis in Universitate magistri ex ambobus Ordinibus novis Mendicantium maiorem influxum nanciscerentur, invidia magistrorum saecularium erat accensa atque continuo sub serena superficie gliscebant usque ad an. 1252. Demum hoc anno in apertam prodiit litem, directam duobus prioribus annis praecipue contra Ordinem Praedicatorum, deinde quoque an. 1254 occasione libri *Evangelium aeternum*, auctore Gerardo de Burgo San Donino <sup>4</sup> O. F. M. aliisque multis ex causis <sup>5</sup> etiam

<sup>1</sup> Analecta Francisc., tom. II. pag. 63.

<sup>2</sup> Ibid. tom. III. pag. 246.

<sup>3</sup> Ibid. tom. III. pag. 246, not. 2.

<sup>4</sup> Ibid. tom. III. pag. 246, not. 1. et pag. 696, not. 5. Error multiplex in chronologia chronistarum posteriorum inde provenit, quod Bernardus in suo catalogo seriem tantum et raro annum electionis assignat. Demum, postquam Chronica Salimbene detecta sunt, plures errores corrigi poterunt.

<sup>1</sup> Analecta Francisc., tom. III. pag. 326.

<sup>2</sup> Loc. cit. pag. 129.

<sup>3</sup> Analecta Francisc., tom. III. pag. 699 et pag. 326.

<sup>4</sup> Denifle, Chartularium, tom. I. pag. 226-297; Archiv. für Literatur und Kirchengesch., tom. I. pag. 50 seqq.

<sup>5</sup> Denifle, Chartularium, tom. I. pag. 252 n. 230. Cfr. Salimbene, Chronica, pag. 19 et 129; Wadding., Annales, ad

contra Ordinem Fratrum Minorum. Omnium agmen duxit Guillelmus de S. Amore, qui contra *Evangelium aeternum* Gerardi velut vexillifer tumultuantium an. 1255 famosum perniciosumque librum composuit<sup>1</sup>: *Tractatus brevis de periculis novissimorum temporum*, qui incipit: « Ecce, videntes clamabunt foris ». Liber iste non potuit remanere sine refutatione; contra illum insurrexerunt primi calami: S. Thomas Aquinas, quidam frater Minor sive Bertrandus de Baiona, sive, ut alii volunt, Thomas de Eboraco, et S. Bonaventura<sup>2</sup>. Confecit igitur Bonaventura tractatum de paupertate Parisiis, de quo satis dictum est alibi<sup>3</sup>; sed Anagninae fuerunt praesentes<sup>4</sup>: Hubertus, Magister Praedicatorum, Albertus Magnus, S. Thomas, Minister generalis Ordinis Minorum, scilicet Ioannes de Parma<sup>5</sup>. Ibidem die 5. Octobris 1256 liber Guillelmi fuit condemnatus<sup>6</sup>.

Constat hucusque, S. Bonaventuram usque ad an. 1255 docuisse in Universitate Parisiensi, cum

an. 1251 n. 34.; ad ann. 1255 n. 1 seqq. Sbaralea, Bullarium, tom. II. pag. 32.

<sup>1</sup> Chronica XXIV Generalium ita rem exhibet: « Et eodem anno (1251, sed erronee) oritur dissensio Parisius inter Universitatem clericorum et pauperes Mendicantes religiosos studentes in theologia, incentore malorum Guillelmo de Sancto Amore theologiae doctore, qui, ad sobrietatem non sapiens, contra dictorum Religiosorum pauperum statum libellum diffamatorium promulgavit, asserens, quod non erant in statu salvandorum, nec erat eis meritoria eorum mendicitas et paupertas, cum deberent propriis manibus laborare; quodque de licentia Romani Pontificis seu Dioecesanorum praedicare et confessiones audire non poterant, cum ex hoc curatis praeiudicium inferretur. Intitulabatur autem libellus ille: *Tractatus brevis de periculis novissimorum temporum*, cuius principium erat: *Ecce, videntes clamabunt foris*. Et eodem tempore (debet esse an. 1256) frater Bertrandus de Baiona de Provincia Aquitaniae, theologiae multum famosus magister, sic apte pro Religiosis Mendicantibus peroravit... ». Notandum tamen, auctorem Chronicorum non esse exactum quoad annum publicationis libelli, qui erat an. 1254 vel 1255, nec quoad causam litis. Cfr. *Analecta Francisc.*, tom. III. pag. 272 et ibid. not. 8.

<sup>2</sup> Vid. tom. V. pag. VI. seq.

<sup>3</sup> Ibid., ubi tota quaestio a nobis diffuse exhibetur. Praeterea cfr. in praesenti volumine pag. 10 col. I. et II.

<sup>4</sup> Thomas Cantimpratanus, O. P., *de Apibus*, l. II. c. 40. n. 23, ubi in editis falso dicitur *Bonaventura*, sed in melioribus codd. supprimitur nomen *Bonar.*, testante P. Denifle, *Chartularium*, tom. I. pag. 333, nota 3. et pag. 339.

<sup>5</sup> « Eodem autem anno (29 Octobr. 1255) existens Anagninae » (Ioannes de Parma), *Analecta Francisc.*, tom. III. pag. 279.

<sup>6</sup> Bernardus a Bessa in suo catalogo ita totam rem generice narrat: « Sub huius (Ioannis) ministerio Parisius Guillelmus de Sancto Amore, doctor theologus, sed *ad sobrietatem non sapiens*, contra Religiosorum pauperum statum, et quod de commissione summi Pontificis vel Ordinariorum non possent fidelium confessiones audire sine licentia speciali parochialium sacerdotum, libellum diffamatorium promulgavit. Sed postea, Fratribus pro veritatis defensione instantibus, libellus quidem primo coram Alexandro Papa IV, qui eum de Fratrum suorum consilio, sub anathematis ultione in eos qui tenerent et non delerent, damnaverat, deinde Parisius coram piissimo tunc rege Francorum, nunc Sanctorum aggregato et adscripto catalogo sancto Ludovico, multitudine convocata, solemniter est combustus. Dictus vero Guillelmus de toto Franciae regno expulsus est ». *Analecta Francisc.*, tom. III. pag. 698.

demum isto anno<sup>1</sup> propter litem praedictam illorum magistrorum praelectiones cessarent; atque propterea tandiu dilatus ei fuit titulus *magistri*, quo demum an. 1257 fuit insignitus. Ubi autem ab an. 1255 usque ad an. 1257, quo electus est Minister generalis et Doctor, moratus sit quidve egerit<sup>2</sup>, non tam facile dirimi potest, quamvis probabile sit, eum potuisse Parisiis studiis et praelectionibus Fratrum incumbere.

Quamvis tempus antecapiamus, tamen propter affinitatem materiae subiungimus in capite de studiis duas quaestiones, scil. quando et sub quibus auspiciis Bonaventura factus sit magister, atque quomodo posterius in orta denuo lite Universitatis Parisiensis se gesserit, id est an. 1257 pro prima et an. 1268 in altera quaestione.

6. Anno 1256 die 5. Octobris, ut dictum est, adhuc ante electionem Bonaventurae in Ministrum generalem, lata fuit in causa magistri Guillelmi a S. Amore ceterorumque sententia peremptoria litteris apostolicis: *Romanus Pontifex*<sup>3</sup> etc. Insuper paulo post eodem anno et mense die 23. editum fuit aliud instrumentum publicum, quod exhibet inter alia conditionem, sub qua duobus se subiicientibus magistris Parisiensibus, scilicet Odoni de Duaco et Christiano de Viridunio, canonico Bellvacensi, poena luenda erat, et quam iuramento firmare debebant, nempe: « Secundo, quod fratres Praedicatores et Minores Parisius degentes, magistros et auditores eorum et specialiter ac nominatim Fratres *Thomam de Aquino* de Ordine Praedicatorum et *Bonaventuram* de Ordine Minorum, *doctores theologiae ex tunc*, quantum in eis esset, in societatem scholasticam et ad Universitatem Parisiensem recipere ut magistros<sup>4</sup> ». Revera magister nominatus Christianus declaravit hoc idem Parisiis die 12. Augusti 1257 in domo Fratrum Minorum Parisiensium coram viro iurato, mandato a Reginaldo episcopo Parisiensi<sup>5</sup>. Ex hoc consequitur,

<sup>1</sup> Ad istam cessationem studii Parisiensis an. 1255 videntur referri verba Bonaventurae, quae in fine sermonis de S. Marco, Evangelista, in die Sancti huius mane ad S. Antonium pronuntiavit Parisiis: « Oremus pro statu Ecclesiae, praecipue pro studio Parisiensi, *quod modo cessat*, et puto, quod diabolus fecit modo maximam partem suae voluntatis, quando procuravit in cordibus, *quod cessaret*, quia hoc est unum de maioribus damnis, quod ipse possit facere sanctae Ecclesiae, quia studium Parisius est fons, a quo rivuli exeunt per totum mundum et episcopi et archiepiscopi et alii ecclesiarum rectores ». Tom. IX. pag. 524 col. I.

<sup>2</sup> Sustinet Bonelli, *Prodromus*, col. 16 et ibid. not. h, quod Bonaventura « cathedram tenuit, nihil obstante lite » et « publicarum praelectionum cursum nequaquam abruperit ». At consideratis his quae diximus, et elucubrationibus *Kirchenlexicon*, ed. 2. tom. XIII. col. 1583 et Denifle, *Chartularium*, tom. I. pag. 252 seqq. sententia Bonelli vix sustineri potest.

<sup>3</sup> Cfr. Wadding, ad an. 1256 n. 31; Sbaralea, Bullarium, tom. II. pag. 196; Denifle, *Chartularium*, tom. I. pag. 331 n. 288.

<sup>4</sup> Wadding, ad an. 1256 n. 37; Denifle; *Chartul.*, tom. I. pag. 338 n. 293.

<sup>5</sup> Denifle, ibid. pag. 364 n. 317.

Bonaventuram fuisse *nominatum* magistrum an. 1256, ac proinde antequam Minister generalis evaserit.

Sed haec Papae determinatio nondum statim executioni data est in ipsa Universitate Parisiensi, sine cuius actu tamen nemo magister evadere potuit. Magistri enim reliqui minime instrumento acquiescentes, viriliter resistebant, quominus Bonaventura decoraretur, antequam privilegia et statuta et ordinationes Universitatis iuramento obsignasset<sup>1</sup>, quod Fratres Mendicantes praestare nec voluerunt nec potuerunt. Nec fortasse Bonaventura hoc aegre ferebat, cum interim ad regendam totam Familiam seraphicam destinatus qua Minister generalis, eo facilius bonum publicum Ordinis procurare potuerit. Postea tandem animi academicorum paulatim placabantur, eo magis, quod in fine Alexander IV. praecepit magistris obstinatis die 12. Maii 1257, ordinationem « Quasi lignum vitae » inviolabiliter esse observandam<sup>2</sup>. Immo die 2. Octobris 1257<sup>3</sup> peremptoria apparuit bulla: *Cum olim*, ad quam vocem emanatam Universitas manus victas dedit et magistros utriusque Ordinis sine iuramento recipere constituit. Tunc statim ventum est ad actum publicum coram Universitate, sine qua functione nemo magister laureatus esse potuit; factum hoc die 23. Octobris 1257. Hoc die et anno demum, quamvis voluntas Pontificis iam ante annum idem statuisset, tandem lis composita est et duo celeberrimi huius Universitatis doctores eiusque summa et perpetua gloria recepti sunt. Quod factum functionis publicae die 23. Octobris evenisse, asserit Panfilo<sup>4</sup> et Sbaralea<sup>5</sup>.

7. Sed interim exemplum oppugnandi Ordinem, datum a Guillelmo a S. Amore neque refutatione eius libri a Bonaventura neque condemnatione a Pontifice et combustionem removeri potuit; etenim post Guillelmum plures alii Ordinem libellis famosis calumniare prosequabantur. Apparuit praesertim quidam liber, cui titulus: *Contra adversarium perfectionis christianae et praelatorum et facultatum ecclesiae*, qui incipit: « Tantum sibi praesumptionis assumerunt quidam homines » etc., qui perniciosior quam praedictus fuit. Quis huius libri auctor fuerit, exploratum non est, quamvis ex Chronicis XXIV Generalium<sup>6</sup> et

ex codice quodam Burghesiano (nunc Vaticano<sup>1</sup>) cum magna probabilitate inferatur cum P. Denifle<sup>2</sup> fuisse Gerardum de Abbatisvilla, magistrum. Contra hunc quoque libellum confecit Bonaventura praeclarum opusculum inscriptum *Apologia pauperum*, incipiens: « Summi legislatoris » etc., in quo opusculo calumniatorem hunc, tacito tamen eius nomine, acrius refutat quam Guillelmum, quia tunc Sedis apostolicae condemnantis libellum Guillelmi sententia in re controversa iam erat lata. Scripta autem est haec apologia sequioribus annis, et quidem S. Bonaventura existente iam Ministro generali, ut liquet ex Chronicis XXIV Generalium, sive accuratius non ante annum 1268 vel 1269, ut concludi potest ex c. 12 ipsius apologiae: « His enim modis vixerunt haecenus huiusmodi pauperes in magna multitudine *sexaginta annos et amplius* »<sup>3</sup>.

### CAPUT III.

*De S. Bonaventurae in Ministerium generalem electione et de ceteris tempore generalatus eius gestis.*

1. Dum Bonaventura Parisiis moratur, Romae volvuntur facta summi momenti. Etenim « Frater Ioannes (de Parma), Minister generalis, convocato Romae Capitulo generali, anno ab incarnatione Domini computando 1256, secundum illos vero, qui a Nativitate computant, an. 1257, in festo Purificationis (2 Februarii) beatae Mariae, in praesentia domini Alexandri Papae IV... cum omnimoda importunitatis instantia, impotentia allegata, a ministerio se absolvi obtinuit<sup>4</sup> ». Beatus enim ille vir, doctrina et sanctitate eminens<sup>5</sup>, cum non deessent, qui ipsi regularis observantiae studioso adversarentur, generalatus

<sup>1</sup> Cfr. tom. VIII. pag. 233 seqq. et ibid. not. 2. seqq. et ibid. Proleg. pag. LXVI.

<sup>2</sup> Chartularium, tom. I. pag. 415, not. 2.

<sup>3</sup> Cfr. tom. VIII. pag. 233 seqq.

<sup>4</sup> Chronica XXIV Generalium, Analecta Francisc., tom. III. pag. 286, 287.

<sup>5</sup> Chronica XXIV Generalium immediate post citata verba allegant verba Fratris Peregrini de Bononia, secundum quae sequeretur, Ioannem fuisse quasi coactum deponere officium suum. Dicunt enim: « Frater tamen Peregrinus de Bononia in sua Chronica sic dicit, quod hic Generalis postquam de legatione Graeciae fuit reversus, aemulis ipsius qui erant multi, accensantibus eum domino Papae Alexandro, idem Papa sibi in secreto praecepit, quod renuntiaret officio et quod nullo modo assentiret, si Ministri eum vellent in officio retinere. Et ego (Peregrinus), inquit, in Capitulo fui mediator inter ipsum et Ministros. Et hoc (scil. auctor Chron. XXIV Gen.) habui ab ore eius » (Peregrini). Attamen iste Peregrinus, quamvis testis oculatus, post quem eandem rem postea retulit Marianus Florentinus in suis Chronicis, non meretur fidem. Constat ex una parte, eum fuisse factorem factionis alterius ac proinde adversarium Ioannis; ex altera parte eius testimonium est unicum, quod consideratis testimoniis magis fide dignis Salimbene et Bernardi de Bessa, nullum est vocandum. Idem dicendum de Mariano multo posteriore. Cfr. Fr. Luigi da Parma, Vita del Beato Giovanni da Parma, pag. 88-93, Quaracchi 1900.

<sup>1</sup> Denifle, ibid., pag. 242 n. 219.

<sup>2</sup> Cfr. Analecta Francisc., tom. III. pag. 272, not. 8.

<sup>3</sup> Bullaeus, Hist. Univ. Paris., tom. III. pag. 282 et 344. seqq.

<sup>4</sup> Storia compendiosa, vol. I. pag. 625.

<sup>5</sup> Scriptores, v. Bonaventura.

<sup>6</sup> Auctor Chronicorum XXIV Generalium ita rem exhibet integram cum quadam vehementia: « *Existens* (Bonaventura) vero Generalis libellum perniciosissimum, qui *creditur fuisse magistri Geraldii* de Abbatisvilla, per *Apologiam* tam eloquenter quam subtiliter confutavit. Hic enim Geraldus maledictus *datus in reprobum sensum* (Rom. I, 28.), doctor tamen theologus Parisius publice contra Religiosos pauperes praedicavit. Tandem cum in beatum Franciscum et eius Ordinis statum linguam laxasset blasphemam, tanta, ut fertur, divina ultione percussus est, ut paralyti dissolutus et lepra respersus interiret, exemplum relinquens omnibus, ut sciant, lesum suorum esse pauperum defensorem ». Analecta Francisc., tom. III. pag. 326.



officio arduo imparem se putabat<sup>1</sup>. Summus quidem Pontifex, aliqui cardinales ipsumque Capitulum, ut munus resumeret, suadebant; neque tamen hisce precibus acquiescere voluit<sup>2</sup>. Alius scriptor, confrater et coevus, totam rem diffuse narrat sic: «Ultimum generale Capitulum, quod sub eo (Ioanne) celebratum fuit, acceleravit, quia *penitus* nolebat esse Minister, et factum est Romae in festo Purificationis anno Domini 1257. Et steterunt per unum diem Ministri et Custodes et Discreti, quod in negotiis Capituli processum non est, quia *penitus* nolebant eum absolvere; tunc ingressus locum Capituli protulit verba sua, secundum quod scivit et voluit dicere. Tunc hi, quibus electio incumbat, videntes angustiam animae eius, quamvis male libenter, dixerunt ei: Pater, vos, qui visitastis Ordinem et cognovistis mores et conditiones Fratrum, assignetis nobis unum idoneum Fratrem, quem constituamus super hoc opus, et vobis succedat. Et statim assignavit Fratrem *Bonaventuram de Bagnoreto*, et dixit, quod in Ordine meliorem eo non cognoscebat; et statim omnes consenserunt in eum et fuit electus; et rogaverunt Fratrem Ioannem, quod compleret Capitulum; et factum est ita; et praefuit frater Bonaventura XVII annis, et multa bona fecit<sup>3</sup>». Concludunt iterum Chronica XXIV Generalium<sup>4</sup>: «Octavus Generalis fuit praeclarissimus Pater Frater Bonaventura de Balneoregio Provinciae Romanae, electus in praedicto Capitulo Romae anno ab incarnatione Domini 1256<sup>5</sup> in festo Purificationis beatae Mariae celebrato, domino Alexandro Papa IV. praesente».

Omnia alia testimonia tam coeva quam posteriora<sup>6</sup> concordant in die annoque et circumstantiis huius electionis, ex quibus posterioribus unum sufficiat adducere: «Anno Domini 1256<sup>7</sup>, convocato Ca-

pitulo Romae..., idem Generalis cum omnimoda impertunitatis instantia, allegata impotentia, a ministerio generali se absolvi in praesentia dicti domini Alexandri IV. in festo Purificationis beatae Mariae obtinuit. Nonus<sup>1</sup> Generalis, vel decimus secundum aliquos, fuit praeclarissimus Pater sanctus Bonaventura de Balneoregio, provinciae Romanae, electus in praedicto Capitulo Romae celebrato Pontificatus dicti domini Alexandri IV. anno secundo<sup>2</sup>».

2. Porro circa annum electionis in Ministerium generalem inde grave supervenit dubium, quod inveniatur testimonium coevum, quod non computando annum electionis a Nativitate Domini, sed ab ingressu Bonaventurae in Ordinem, ab ista computatione discordat. Dum enim Salimbene et Chronica XXIV Generalium assignant an. 1257, ac proinde annos 18<sup>3</sup> ab ingressu Bonaventurae in Ordinem, Bernardus de Bessa<sup>4</sup> in suo catalogo XV Generalium et qui eum secuti sunt<sup>5</sup> annos tantum XII. sive XIII. assignant, quin adducant annum electionis a Nativitate Domini. Qua ex oppositione testimoniorum hoc sequitur dilemma: vel Bonaventura ingressus est Ordinem an. 1242, non an. 1238, vel factus est Generalis an. 1252, vel Bernardus de Bessa erravit. Primum demonstravimus supra<sup>6</sup> esse falsum, cum ingressus in Ordinem ponendus sit in an. 1238; secundum item est falsum, cum Salimbene ceteraque testimonia sint irrefragabilia, nihil enim tam certum est quam electio an. 1257, et ex ista computatione omnes aliae in gestis Bonaventurae firmitatem accipiunt. Remanet ideo, Bernardum erravisse scribentem: «*In XII. vel XIII. ad regimen Ordinis est assumptus*». Cum vero error tam crassus non facile Bernardo, coevo et secretario Bonaventurae, obiciendus sit, dicendum potius est, vel Bernardum computare

<sup>1</sup> Ioannem sponte regimen dimisisse impotentiamque ut causam allegavisse nemo expressius Bernardo de Bessa in catalogo testatur? «Hic Minister (Ioannes), convocato Romae Capitulo generali, in praesentia domini Alexandri Papae IV, qui regimen Ordinis, quod episcopus Ostiensis existens prius habuerat, noluit alteri committere, sed sibi retinere, *cum omnimoda importunitatis instantia, impotentia allegata*, a ministerio se absolvi obtinuit». *Analecta Francisc.*, tom. III. pag. 698.

<sup>2</sup> *Ibid.* pag. 287.

<sup>3</sup> Testimonium Salimbene pag. 137 est pretiosissimum tam quoad causam renuntiationis Ioannis et annum circumstantiasque electionis Bonaventurae, quam quoad mox agitandum processum in causa Ioannis. Salimbene enim cognovit optime has res, cum, ab an. 1247-1248 Lutetias Parisiorum profectus, pluries obviasset in Conventibus Ioanni atque cum eo frequenter colloquia habuisset, ut ipse pag. 125 seqq. narrat. Idem dicendum erit de relationibus inter Salimbene et Bonaventuram.

<sup>4</sup> *Analecta Francisc.*, tom. III. pag. 323 seq.

<sup>5</sup> Id est, secundum rationem nostri calculi chronologici an. 1257, ut ipse auctor Chronicorum supra pag. 46 col. II. notavit. Errant igitur Wadding., ad an. 1256 n. 3 et auctor Chronologiae legalis, pag. 26, qui sustinent, Capitulum locum habuisse an. 1256 Romae die 2 Febr. in Conventu Araeaeli.

<sup>6</sup> Cfr. Barthol. Pisanus, loc. cit.; Ioannes de Komorowo, *Memoriale*, pag. 105; Angelus Clarenus, cfr. *Archiv. für Litteratur*, pag. 277 seqq.; Glassberger, *Chronica*, *Analecta Francisc.*, tom. II. pag. 73 etc.

<sup>7</sup> Vide notam 5.

<sup>1</sup> Septimus (Bernardus de Bessa), octavus (citata Chronica XXIV Generalium), nonus (Firmamentum), decimus quoque numeratur generalis Minister Bonaventura passim, prout narrans scriptor S. Franciscum ut primum generalem computat vel omittit; item prout fratrem Eliam bis (cfr. Salimbene, *de Praelato*, pag. 402) vel semel computat Ministerium generalem; immo utrum etiam Petrum Cathanum in elenchum Ministrorum assumat.

<sup>2</sup> Firmamentum trium Ordinum Beatissimi Patris Nostri Francisci, Paris. Ioan. Petit 1512. fol. 19 r. l. partis.

<sup>3</sup> Salimbene habet solam computationem a Nativitate Domini; Chronica XXIV Generalium habent utramque, ea in computatione a Nativitate Domini habent bene an. 1257, in computatione vero ab ingressu sequuntur errorem Bernardi de Bessa sive primi amanuensis scribendo XII. vel XIII.

<sup>4</sup> *Analecta Francisc.*, tom. III. pag. 669.

<sup>5</sup> Praecipue Chronica XXIV Generalium, quae imitantur omnes posteriores scriptores usque ad Waddingum. Primus Sbaralea rem detegit. Num Chronica anonyma Veneta citata cum aliis testimoniis supra pag. 41 sit secuta Chronica XXIV Generalium, an sit testimonium a parte, non constat; imitatio est probabilior, cum similis modus scribendi non esset communis, ut apparet ex Salimbene.

<sup>6</sup> Pag. 41. Notandum est, suppositionem Waddingi aliorumque, Bonaventuram an. 1242 vel 1243 in Ordinem esse ingressum, proprie ex hoc Bernardi modo computandi provenisse.



voluisse electionem ab anno, quo Bonaventura baccalaureus factus est; tunc enim vere erant XII. vel XIII. anni; vel Bernardum scripsisse vere XVII. vel XVIII, sed incuria amanensis antiqui numerum V postea fuisse omissum, et inde omnes, qui Bernardum sequerentur, in eundem errorem incidisse. Nihil hoc errore facilius, quod accidisse tantis exemplis ostendunt chronologi. Hoc idem Sbaralea<sup>1</sup>, Bonelli<sup>2</sup>, Panfilo<sup>3</sup>, noster editor<sup>4</sup> *Chronicorum XXIV Generalium* non sine specie magnae verosimilitudinis sunt suspicati.

3. Erat porro tunc Bonaventura aetatis 36 annorum, cum Parisios<sup>5</sup> nuntius eius electionis pervenerit. Non multo post novus Minister generalis has litteras dedit ad omnes Ministros et Custodes: «...Licet insufficientiam meam ad ferendum onus... Hanc autem Epistolam legi in singulis Conventibus vestrae Provinciae faciatis<sup>6</sup>». Fuit hoc IX. kal. Maii eiusdem an. 1257, ut praeclarus annalista<sup>7</sup> *Ordinis* dicit: «Sequentem dedit ad universos Ordinis praelatos epistolam, quam etsi antiquorum nostrorum monumentorum habeant codices, et circumferatur inter viri sancti opuscula, solus tamen Petrus Galestinus locum et tempus scriptionis notavit», id est, «Datum Parisius anno Domini 1257 in festo Georgii Martyris<sup>8</sup>» (23 Aprilis).

Non diu tamen Bonaventura Parisiis degebat; negotia enim gravissimi momenti revocabant eum in Italiam. Tempore aestivo an. 1257, accersitus a Patribus et forsan etiam ab Alexandro Pontifice IV, advenit Romam<sup>9</sup>, ut causam spinis consitam praedecessoris sui Ioannis Parmensis indicaret.

4. Fuit enim hoc tempore Ordo magnis procellis agitato<sup>10</sup>. Iamdudum doctrina abbatis Ioachim inter Fratres Minores plures nacta est adhaerentes<sup>11</sup>, adeo ut et ipsum Ioannem de Parma ad se attraxerit. Alii vero Fratres erant contra eiusdem doctrinam et prophetias, ut Bonaventura<sup>12</sup>. Haec dissensio litem de paupertate magis etiam exacerbabat. Postquam Ioannes de Parma, ut dictum est, dimisit regimen Ordinis, factio laxior accusavit eum, quasi praeter alia ita deditus esset doctrinae Ioachimi, ut fides eius in SS. Trinitatem periclitaretur<sup>13</sup>. Vere autem Ioannes

adhaerens fuit doctrinae abbatis Ioachim, propter quod ex parte huius factionis magnas est passus persecutiones et multas; sed vere quoque vir probus et sanctus fuit. Patet ista duplex res ex omnibus testimoniis coaevis, pro quibus unus loquatur Salimbene<sup>1</sup>: «Hic (Ioannes) propter doctrinam abbatis Ioachim, quia nimis adhaesit dictis suis, exosus fuit quibusdam Ministris et Papae Alexandro IV. et Nicolao III, qui ambo, cum essent cardinales, fuerunt Ordinis gubernatores, protectores et correctores; et prius diligebant eum intime sicut semetipsos propter eius scientiam et sanctam vitam». Et infra idem<sup>2</sup>: «Notandum, quod, quamvis Ioannes de Parma habuerit multos mordaces occasione doctrinae abbatis Ioachim, tamen habuit multos, qui eum dilexerunt». Eodem modo Bernardus de Bessa<sup>3</sup>: «Successit frater Ioannes Parmensis, vir scientia et religiose praeclarus, maxime paupertatis et humilitatis amicus». Expressius alibi<sup>4</sup> Salimbene: «Speculum et exemplar erat omnibus intuentibus, quia tota vita sua honestate et sanctitate plena erat et moribus bonis et perfectis; Deo enim et hominibus gratus erat».

Accusatus igitur Ioannes, se defendere et in nonnullis retractare debuit. Indiciam indictam fuit in Monasterium Castri plebis (Città di Pieve) in Provincia Tusciae<sup>5</sup> coram Ioanne Gaietano, Protectore Ordinis et cardinali atque coram Ministro generali Bonaventura<sup>6</sup>; refert enim auctor *Chronicorum XXIV Generalium*<sup>7</sup>: «Sub eodem (Bonaventura) etiam Frater Ioannes Parmensis, praedecessor suus, per doctrinam abbatis Ioachim in *designatione finalium temporum* deceptus, coram domino Ioanne Gaietano, Protectore praedicto et praefato Generali quae astruxerat dedixit». Ante hunc autem iam idem, sed maiori cum specificatione scripserat coaevus Bessa<sup>8</sup>: «Hic Frater Ioannes, postquam absolutus fuit (ab officio generalatus), per doctrinam abbatis Ioachim deceptus in *designatione ultimorum temporum*, coram domino Ioanne Gaietano, qui habebat curam Ordinis, sancti Nicolai in Carcere Tulliano diacono cardinali et Fratre Bonaventura, qui ei successit in officio ministerii, quae astruxerat, dedixit». Retraxit

<sup>1</sup> Supplementum, v. Bonaventura, pag. 169; Bullarium, tom. III. pag. 12.

<sup>2</sup> Prodrumus, col. 17 seqq.

<sup>3</sup> Storia compendiosa, vol. I. pag. 626.

<sup>4</sup> Tom. III. pag. 325.

<sup>5</sup> Ibi tunc certe fuit Bonaventura, cum exinde paulo post litteras encyclicas infra commemorandas ad totum Ordinem divulgavit.

<sup>6</sup> Tom. VIII. pag. 468 seq.

<sup>7</sup> Wadding., Annales, ad an. 1257 n. 9; eandem Epistolam habet quoque Chronologia historico-legalis, pag. 29 seqq.

<sup>8</sup> Tom. VIII. pag. 469 in fine.

<sup>9</sup> Prodrumus, col. 21 seqq.

<sup>10</sup> Cfr. Panfilo, Storia compendiosa, vol. I. pag. 510 seqq.

<sup>11</sup> Cfr. Ibid. pag. 605 seqq.

<sup>12</sup> Cfr. Comment. in Sententias tom. I. pag. 121 dub. 4.

<sup>13</sup> Wadding., ad an. 1256 n. 6. seqq., enumerat plura capita accusationis, quae attinuerat ex Mariano et Angelo Clareno;

sed eorum veritas non est comprobata; quia neque Salimbene neque Bernardus de iis loquuntur, utroque tantum dicente, Ioannem in doctrinam Ioachimi incidisse. Cfr. Fr. Luigi da Parma, Vita del Beato Giovanni da Parma, pag. 86, not. 1; pag. 94 seqq. (Quaracchi, 1900).

<sup>1</sup> Chronica, pag. 131 seqq., ubi minutissime frater Salimbene per longum et latum imaginem, dotes eximias animi et virtutes Ioannis Parmensis depingit.

<sup>2</sup> Ibid. pag. 132 seq.

<sup>3</sup> Analecta Francisc., tom. III. pag. 697.

<sup>4</sup> Chronica pag. 128.

<sup>5</sup> Ita Wadding., ad an. 1256 n. 5 seqq.

<sup>6</sup> Ibid. n. 6: «Coniectis sociis in vincula, ultro perrexerunt hominem inopem et mendicum (Ioannem) et compunctum corde mortificare; nec destiterunt, donec generalis Minister Bonaventura destinaret indices, qui Parmensis acta disquirerent».

<sup>7</sup> Analecta Francisc., tom. III. pag. 350.

<sup>8</sup> Ibid. pag. 698-699.

igitur Ioannes errorem, vel potius, ut ardens co-  
 pyphaeus Spiritualium posteriorum Angelus Clarenus  
 e exprimit<sup>1</sup>: « Assumit innocentis hominis Chri-  
 sti personam et asserit, se credere et semper cre-  
 didisse de quaestione illa et de omnibus aliis solum  
 id quod Ecclesia tenet et Sancti docent ».

Fuit igitur Ioannes insons et liber declaratus,  
 non tamen sine instantia magna Octoboni, Iamensis,  
 cardinalis sancti Hadriani, postea Hadriani Papae V,  
 qui, dum a Bonaventura una et altera pars excipie-  
 retur, cum audisset de crimine in Ioannem sibi optime  
 notum iniecto, binas dedit ad Ioannem Gaetanum,  
 iudicii praesidem et sanctum Bonaventuram litteras  
 atque inter alia scripsit: « Dolenter audiui processum  
 contra Ioannem de Parma Ordinis Generalem, eum-  
 que aemulorice de haeresi accusari. Ego eius fidem  
 pariter cum sanctitate iam dudum expertus sum,  
 etiam antequam assumerer ad cardinalatum, neque  
 sanctiorem aut fideliozem cognovi alium; quare non  
 dubitaverim dicere, quod fides eius fides mea est.  
 Rogaverim ergo affectuosissime, ne temere aut ex  
 partium studio procedatur contra hominem sanctum.  
 Quidquid in eum decreveritis fieri, in me facietis; in-  
 iuria eius in me redundabit; persona eius, mea est;  
 in quibuscumque eum condemnaveritis, me etiam  
 condemnabitis et cum eo esse volo<sup>2</sup> ».

5. Quomodo autem hic processus in singulis  
 partibus<sup>3</sup> evolveretur, posteritati transmissum non  
 est. Certum est, quod, quantum ad regimen Ordinis,  
 « examine facto, non est inventa in eo iniquitas »,   
 ut loquitur Waddingus<sup>4</sup>; item, eum in fide inteme-  
 ratum inventum fuisse<sup>5</sup>. Cur nihilominus indagatio  
 fuerit tam severa, ex solo facto, quod Ioannes ad-  
 haeserit abbati Iochimo circa ultima tempora, non  
 facile coniici potest. Quomodocumque demum res  
 sit, auctoritas duarum epistolarum cardinalis Octo-  
 boni Fieschi<sup>6</sup> multum contulit, ut Ioannes ab omni  
 accusatione insons et liber declararetur. Bonaventura  
 concessit Ioanni libenter, ut sibi eligeret Conventum,  
 in quo pacifice moraretur. Ioannes perrexit Gre-  
 cium<sup>7</sup>, ubi S. Franciscus primo diem natalem divini  
 infantis celebravit.

<sup>1</sup> In *Historia de septem tribulationibus* in Archiv für Lit-  
 teratur etc., tom. II. pag. 285.

<sup>2</sup> Apud Angelum Clarenum in *Historia de septem tribula-  
 tionibus Ord. Min.* (Archiv etc., tom. II. pag. 106 seqq.) et Wad-  
 dingum, ad an. 1259 n. 6.

<sup>3</sup> Ex processu relato ab Angelo Clarenus in *Historia tribula-  
 tionum* (Archiv etc., tom. III. pag. 106 seqq.; 249 seqq.) apparet,  
 accusationem factam esse in iis quae pertinent ad regimen et  
 ad fidem: « Ex hac secunda causa et ratione apparenter moti  
 sunt Fratres et provocaverunt Fr. Bonaventuram ad examinan-  
 dum fr. Iohannem et socios suos de fide et commoverunt filium  
 contra patrem et promotum contra promotorem et dilectum  
 olim discipulum et subditum contra diligentem magistrum et  
 pastorem ».

<sup>4</sup> Ad an. 1256 n. 17.

<sup>5</sup> Supra nota 4.

<sup>6</sup> Nota 4. relata.

<sup>7</sup> Salimbene, l. c., pag. 137: « Porro, post absolutionem  
 suam, Frater Ioannes ivit et habitavit in eremitorio Grecii ». Con-  
 S. Bonav. — Tom. X.

Inventi sunt, qui partem Bonaventurae habitam  
 in processu Ioannis vituperaverint. Aliqui, ut posterior  
 implacabilis Angelus Clarenus, crimini ei verterunt,  
 quod subdole<sup>1</sup> et dure<sup>2</sup> Ioannem tractaverit. « Dif-  
 ficile est dictu, quid in istis et aliis huiusmodi verbis  
 Clarenus sit verum, quid fictum. Si unquam, tunc hic  
 valeret maxima: Audiatur et altera pars; facile enim  
 est de viro aliquo post mortem eius res factaque in  
 medium ferre et accusationes facere, quando iste se  
 defendere nequeat<sup>3</sup> ». Alii, ut Bonaventuram in haec  
 re a severitate eximant, eum absentem fuisse autu-  
 mant; quod tamen admitti nequit<sup>4</sup>. Sed Clarenus, qui  
 prius movit tam graves accusationes severitatis in-  
 iustitiaeque contra Bonaventuram, non consideravit,  
 quod Bonaventura fuerit *Minister generalis et iu-  
 dex*, qui, quamvis invitus, ex officio *debit* iudicio  
 impartiali praesesse, utramque partem audire atque  
 innocentem absolvere, ut factum est. Nihil igitur  
 certi afferri potest contra Bonaventuram.

6. Quoniam unum caput accusationis, quam non-  
 nulli moverunt contra Bonaventuram, tractavimus;  
 secundam nonnullorum censuram contra eundem sub-  
 iungamus. Non enim defuerunt, qui, concedentes ca-  
 ritatem et mansuetudinem huius Sancti, ex hoc capite  
 eum vituperaverint, quod quoad verum spiritum S.  
 Francisci, praesertim in observantia altissimae quam  
 legislator voluit paupertatis, defecerit, nimisque fa-  
 verit modo vivendi Conventualium, ut vocantur, qui  
 rigorem Ordinis a sancto Fundatore, intentum di-  
 spensationibus fere derogaverint. Alii vero eum prae-  
 dicant fidelissimum discipulum S. P. Francisci et quasi  
 alterum Ordinis fundatorem; et re vera, consideratis  
 omnibus, haec sententia admittenda est.

Quod ut melius intelligatur, pauca praemittenda  
 sunt. Primo de praedicta accusatione audiamus iudi-  
 cium famosi Petri Ioannis Olivi, Spiritualium ducis  
 quoad observantiam paupertatis ad extremas partes  
 semper inclinati. Illic respectu Bonaventurae facit  
 obiectionem et hanc solutionem, quas refert P. Ehrle

cludit autem longam de eo narrationem Salimbene, ibid. pag.  
 138: « Multa alia bona vidi et audiui et cognovi de Fra-  
 tre Iohanne de Parma, qui fuit generalis Minister, quae essent digna  
 relatu, quae subitico et brevitatis causa, et quia ad alia dicenda  
 festino, et quia Scriptura dicit, Ecclesiastici XI: *Aute mortem  
 non laudes hominem quemquam*. Vivit enim adhuc... ».

<sup>1</sup> « Defecit autem Fr. Bonaventura in hac parte, teste ipso  
 Fr. Iohanne, non parum, quia, conferens de praefata quaestione  
 una simul cum ipso in cella, concordabat ostendendo, se idem  
 cum ipso sentire, in conspectu vero Fratrum in communi opposi-  
 tum se sentire monstrabat ». Archiv etc., ibid. pag. 277 seqq.

<sup>2</sup> « Venit Frater Ioannes, cogitur iurare tanquam de haeresi  
 suspectus, inquiritur sapiens a minus sapientibus, senex a iu-  
 venibus, sancto Spiritu repletus ab indevotis et sui cordis vo-  
 luntates sequentibus examinatur. Tunc enim sapientia et sancti-  
 tas Fr. Bonaventurae eclipsata palluit et obscurata est, et eius  
 mansuetudo ab agitante spiritu in furorem et iram conversa  
 defecit in tantum, ut diceret: 'Si Ordinis non respicerem ho-  
 norem, sicut haeticum eum facerem manifeste puniri' ». Ibid.  
 pag. 284 seqq.

<sup>3</sup> *Analecta Francisc.*, tom. III. pag. 350, not. 9.

<sup>4</sup> P. Ireneo Affò, *Vita del B. Giovanni da Parma*, pag. 122.

S. I. <sup>1</sup>: « Quinto, quia Bonaventura et alii, qui de hoc scripserunt, secundum dicta istorum valde laxè vixerunt; ergo videtur, quod non intellexerunt, usum strictum suae laxationi contrarium cadere sub voto. — Ad quintum dicendum, quod haecenus solebant adducere viros solemnes in exemplum perfectionis. Sed heu, Domine Deus! hodie ab istis inducuntur in exemplum laxationis, uno ictu illos vituperando confodientes et ex deducto exemplo se ipsos excaecantes et aliis nobis doctrinam venenatam infundentes. Dico igitur, quid de praedicto Patre sentio. Fuit enim interius optimi et piissimi affectus et in doctrinae verbo praedicans ea quae sunt perfectae paupertatis, sicut ex supra dictis ab eo satis liquere potest. Fragilis tamen fuit secundum corpus, et forte in hoc aliquid humanum sapiens, quod et ipse humiliter, sicut ego ab eo saepius audivi, confitebatur; nec enim maior fuit Apostolo dicente: *In multis offensus omnes*. Tamen in tantum dolebat de communibus laxationibus huius temporis, quod Parisius in pleno Capitulo, me astante, dixit, quod, ex quo fuit Generalis, nunquam fuit, quin vellet esse pulverisatus, ut Ordo ad puritatem beati Francisci et sociorum eius et ad illud quod ipse de Ordine suo intenderat, perveniret. Ex his igitur vir sanctus excusari potuit a *tanto*, etsi non a *toto*; non enim fuit de numero defendentium laxationes et impugnantium Regulae puritatem, aut de numero iniacentium in praedictis impuritatibus, qui eas sequi videntur quasi toto corde. Sed si quid inde passus est, hoc ipsum cum moerore et planctu. Tales autem non sunt censendi, ut credo, esse in mortali, nisi, pensatis hinc inde omnibus circumstantiis, « excessus huiusmodi esset in eis enormis ».

Secundo exponamus mentem S. Francisci circa obligationem, quam profitentibus Regulam suam *obligatorie* voluit imponere.

Verissimum est, S. P. Franciscum amore prorsus singulari erga *strictissimam paupertatem* et vitam *interiorem* et *contemplativam* inflammatum fuisse atque actibus prorsus heroicis utramque vitam coluisse et primos suos discipulos docuisse. Nihilominus etiam ad vitae *activae* exercitium pro utilitate Ecclesiae et animarum caelestibus stimulis fortiter trahebatur; proprio tamen suo spiritu minus inclinabat ad vitam activam, immo eam quasi formidabat, cum in pulvere huius saeculi facile fiat detrimentum vitae interioris et etiam altissimae quam cupiebat paupertatis. Hinc, ut legitur in eius vita, in Sancto ortae sunt graves dubitationes, an scilicet et ipse et Fratres eius divina voluntate vocarentur ad vitam activam; tandem multiplici revelatione divina edoctus, cum maximo fervore coepit praedicare. Attamen bene cognoscens humanae na-

turae ad exteriora et mundana inclinationem et multiplicia inter homines pericula ad tepiditatem seducientia, timebat, ne spiritui orationis et devotionis fieret praecudicium. Haec praecipue ratione permotus, plures composuit Regulas, ut experimento disceret, quomodo utramque illam vitam meliore modo posset congrue componere. Tandem ultimam Regulam composuit et ipse eius approbationem ab Honorio III. anno 1223 obtinuit et ad hanc observandam Fratres voluit obligari. Manifestum autem est, verba huius Regulae statuere multo mitiora et ad humanum usum magis accommodata praecepta, praesertim quoad *usum rerum*, licet quoad *abrenuntiationem* sint strictissima. Idcirco nonnulli perperam opinati sunt, hanc Regulam esse potius defectionem a primitiva idea S. Fundatoris et ab ipsius exemplo.

Sed e contrario magna sapientia in ipsa manifestatur, ut congrue copuletur utraque praedicta vita, ut scilicet tum « sanctae orationis et devotionis spiritus non exstinguatur, cui debent cetera temporalia deservire », ut dicitur in Regula (c. 5.), tum ut, salva « celsitudine altissimae paupertatis » (ibid. c. 6.), non excludantur media necessaria vel apta ad fructuose Domino deserviendum in exercitio vitae activae.

Haec igitur ultima Regula est fundamentum legale Ordinis Fratrum Minorum, et qui vovent et observant hanc Regulam « vivendo in obedientia, sine proprio et in castitate » tum ipsi ad alia servanda voto suo non obligati sunt, tum ipse Minister generalis secundum hanc normam gubernare debet Ordinem. Hoc sensu S. Franciscus dicit in suo Testamento, hoc Testamentum non esse aliam Regulam, « quia haec est recordatio, admonitio et exhortatio..., ut Regulam, quam Domino promisimus, *melius* catholice observemus ». Idem dicendum est de aliis multis verbis exhortatoriis et de ipso heroico S. P. N. Francisci exemplo.

Qui igitur praeter mandata Dei et Ecclesiae etiam hanc Regulam bene observat, verus est Frater Minor, verus S. Francisci discipulus et vere est in *via* ad obtinendam perfectionem Evangelicam, quae essentialiter consistit in *sola* caritate, ut manifeste docet S. Paulus <sup>1</sup>.

Praeterea notandum est, verba Regulae observari posse variis gradibus, scilicet sensibus strictioribus et minus strictis, quin excedantur limites litteralis intelligentiae. Sufficiat, hoc breviter commemorasse, cum haec observantiae graduum diversitas ex ipso tenore Regulae iam satis appareat et a multis ipsius expositionibus solide comprobetur <sup>2</sup>.

Notum est, vivente adhuc S. Francisco, inter Fratres incepisse quandam oppositionem contra litteralem Regulae expositionem, duce praesertim Fratre Elia, qui ad laxam vitam inclinabat et aedificatione magnifici sacri Conventus Assisiensis viam largam

<sup>1</sup> Archiv. f. Literatur u. Kircheng., tom. III. pag. 516 seq. Nos hunc textum ex alio codice, qui exstat Pistorii, Biblioth. Forteguerri, in nonnullis locis correximus, substituentes *vir sanctus pro uti sanctus* et *a toto* pro secundo *a tanto*.

<sup>1</sup> Epist. I. Cor. 13.

<sup>2</sup> Cfr. de hoc S. Bonav., Expositio Regulae et Sermo super Regulam, tom. VIII. pag. 391-488.

manifeste aperuit Ordinemque animorum divisione et partium acerrima contentione turbavit. Hoc dissidium progressum est usque ad lamentabilem divisionem, postea nominibus Conventualium et Spiritualium designatam, quod dissidium tanta in Ordine scandala et tandem an. 1517 perfectam eius in duos distinctos Ordines separationem procreavit.

Ipsa S. Bonaventurae in Ministerio generali praecessor, Fr. Ioannes de Parma, sanctitate et zelo pro puritate Regulae valde conspicuus, desperans de Ordine reformando et pace inter Fratres conservanda suo officio renuntiavit atque S. Bonaventuram ut successorem designavit, ut supra narratum est.

Hoc de conditione Ordinis praelibato, iam facile intelligitur, quam sapienter et recte Bonaventura gubernio et administratione Ordinis functus sit. Reducere tantam subditorum multitudinem ad primitivam austeritatem et strictissimam paupertatem observandam, a S. Patriarcha tum verbis tum exemplo commendatam, sed non praeceptam, impossibile fuit; nec Conventus magnos iam existentes relinquere opportunum fuit. Ut igitur unitas Ordinis et pax conservaretur, insistendum et urgendum imprimis erat, ut omnes Regulam professam saltem in illo gradu perfectionis, quae intra Regulae limites manet, observarent. Contra manifestos abusos fortiter pugnandum erat et ad altiora suaviter suadendum. Haec via media, quae aliena erat a laxatis Conventualium dispensationibus et a quorundam Spiritualium exasperato excessu, norma illa fuit, quam secutus est S. Bonaventura et hoc modo obtinuit, ut sub eius gubernio unitas et pax sufficienter fuerit observata. Quam fortiter contra transgressiones Regulae manifestas insurrexerit, testantur illae duae Epistolae officiales, quae in tom. VIII. pag. 468-474 impressae sunt, et ipsae etiam Constitutiones generales positae ibi pag. 449-467; (cfr. etiam Epistola de tribus quaestionibus, pag. 331 seqq.).

Desideravit quidem Bonaventura perfectissimam puritatis Regulae observantiam, ut testatur supra Petrus Ioannis Olivi, sed impossibilia tentare et in non necessariis, non sapientiae, sed temeritatis est. Minime tamen parvi faciebat verba et exempla S. Francisci ad altiora incitantia, quae in Legenda S. Francisci descripsit. Obiter notamus, efficacissima fuisse illa ad perfectam Regulae puritatem stimulantia verba et exempla sancti Fundatoris; hoc tota historia Ordinis manifeste testatur. Etiam quando in Ordine vel in aliquo Conventu laxior vel depravata vita inolevit, vix deerat saltem aliquis Frater, qui, considerans heroica S. Francisci exempla et salutaria verba, non senserit acres stimulos, ut mores suos etiam ultra praecepta reformaret. Eadem ratione explicatur continuus ille ad reformationem nisus, qui apparet in tot reformationibus, vel partialibus, ut in sacris recessibus, etiam in recentibus Constitutionibus commendatis, vel in generalioribus Familiarum aut totius Ordinis.

7. Cum aliquo modo hic commemoraverimus doctes internas S. Bonaventurae, hinc iuvat hic inserere

quoddam factum, quod mansuetudinem eius et demissionem animi versus minimos Fratres mirifice colustrat. Waddingus istud reponit ad an. 1269, sed cum ad chronologiam nihil conferat, nos illud propter opportunitatem loci hic ponimus, uti ipsis verbis Annalistae<sup>1</sup>: « Dum ad hoc Capitulum (Assisiense) pergeret Bonaventura, evenit, ut quidam Frater Fulginas, afflictus, dum illic in patria non posset eundem Bonaventuram, suum primicerium, pro relevanda calamitate propter plurimos circumdantes et itineris comites alloqui, praecesserit Hispellum, atque ad oppidi radices in via occurrerit Generali, non parvo Fratrum sociorumque comitatu stipato, elataque voce transeunti dixerit: ,Venerande Pater, ego percuperem pro mea consolatione te alloqui, et humiliter rogo, ne tuum contempnas subditum, quantumvis humilem fraterculum, tuae tamen curae commissum'. Recessit aliquantulum a comitatu Bonaventura sedensque humi humaniter et placide cum misello, candide audivit, patienter tulit prolixius dicentem et misericorditer consolatus est deprecantem. Commoti Fratres ob tantam moram, exspectantes in via, submurmurabant dixeruntque, supremum Ordinis virum non ita se deprimere debere, ut occurrenti in via fraterculo assideat in terra adeo longo tempore, relictis gravioribus Patribus sodalitiis, qui eum comitabantur. Quibus ille: ,Non licuit, Fratres, aliter facere. Ego Minister sum et servus, ille meus dominus'; frequenter etenim illa Regulae commemoro verba<sup>2</sup>: ,Ministri benigne et caritative Fratres recipiant et tantam familiaritatem habeant circa ipsos, ut dicere possint eis et facere, sicut domini servis suis. Nam ita debet esse, quod Ministri sint servi omnium Fratrum'. Ego servus obtemperare debui domini voluntati, et compati laborantis infirmitati ».

Adhuc unum factum, quod nec quidquam ad chronologiam confert; est autem authenticum et pariter humilitatem Bonaventurae illustrat. Bis iam istius alibi<sup>3</sup> mentionem fecimus, sed breviter. Hic iam totum referimus cum saepe laudato Salimbene scribenti<sup>4</sup>: « Illic (Frater Marcus) fuit meus specialis amicus; et generalem Ministrum Fratrem Bonaventuram in tantum dilexit, quod post mortem eius, quando recordabatur magnae litteraturae ipsius et omnium gratiarum, quas habebat, ex quadam dulcedine erumpebat in lacrymas. Item, quando Frater Bonaventura generalis Minister clero praedicare debebat, ibat ad eum Frater Marcus et sibi dicebat: ,tu es quidam mercenarius', et, alia vice: ,quando praedicasti, nescivisti, quod diceres; sed spero, quod non facias modo'. Hoc autem ideo Frater Marcus dicebat, ut eum ad melius dicendum provocaret; et tamen Frater Marcus omnes sermones Fratris Bonaventurae scribebat et habere volebat. *Gaudebat* autem Frater Bonaventura,

<sup>1</sup> Ad ann. 1269 n. 5.

<sup>2</sup> Regula, cap. X.

<sup>3</sup> Tom. IX. pag. 3.

<sup>4</sup> Chronica, pag. 136.



quando Frater Marcus dicebat ei convicia, propter quinque: primo, quia homo erat benignus et patiens; secundo, quia in hoc imitabatur beatum Patrem Franciscum; tertio, quia constabat sibi, quod eum intime diligebat; quarto, quia habebat occasionem vitandi vanam gloriam; quinto, quia habebat occasionem melius praevidendi ».

8. Feliciter autem ad finem perducta causa Ioannis Parmensis, ex Italia redux Bonaventura Parisiis bonum publicum Ordinis meditari curareque prosequabatur. Quod autem eius prudentia regendi et ardens voluntas reformandi Ordinem statim perspecta fuerit et oculos Ecclesiae ad eum direxerit, patet ex tot Bullis, quae mox in principio regiminis Bonaventuriani in bonum Ordinis Pontifex ei transmiserit. Eodem enim anno 1257 die 16 Octobris Viterbii intuitu Bonaventurae eiusque Ordinis publicata est ab Alexandro IV. bulla: *Universis executoribus testamentorum*<sup>1</sup>; non multo post eodem anno et mense die 21 alia item Viterbii: *Dilecto filio Fratri Bonaventurae generali Ministro Ordinis Fratrum Minorum*<sup>2</sup>, quae Bonaventurae concessit eandem facultatem in Fratres, qui fruantur Poenitentiarum apostolici; mox eodem anno item Viterbii die 1 Decembris, tertia<sup>3</sup>, quae de translatione Fratrum agit. Eodem tempore obtinuit Bonaventura facultatem, quod Fratres possent confessiones saecularium personarum excipere. Narrat enim Salimbene<sup>4</sup>: « Nota, quod Fratres Minores habuerunt privilegium a Papa Gregorio IX, quod possent confessiones audire. Frater Bonaventura generalis Minister interrogavit Papam Alexandrum IV, utrum placeret ei, quod Fratres Minores confessiones audirent; et ipse dixit: „Immo volo penitus, quod ipsi audiant, et dicam tibi horribile exemplum et trufatorium... » Simul circa idem tempus ad exemplum sui Patriarchae stringit foedus amicitiae cum Humberto generali Magistro Ordinis Praedicatorum, divulgans hac in re epistolam encyclicam lectam per omnes Provincias utriusque Ordinis<sup>5</sup>.

Dum haec aliaque multa Bonaventura gerit pro bono Ordinis, in Universitatem Parisiensem revertitur paulatim pax, et Bonaventurae confertur die 23 Octobris 1257 dignitas magistri, ut ostensum est supra<sup>6</sup>.

9. Anno 1258 descendit idem negotiorum causa iterum in Italiam, cum in festo Pentecostes inveniamus eum Pisis praesentem fundationi hospitalis; habetur<sup>7</sup>

<sup>1</sup> Sbaralea, Bullarium Francisc., tom. II. pag. 251 seq.

<sup>2</sup> Ibid. pag. 253 seqq.

<sup>3</sup> Ibid. pag. 265.

<sup>4</sup> Chronica, pag. 211. Facultas videtur esse concessa paulo ante vel paulo post, quando Bonaventura in Italia fuerit, vel deinde in eam descenderit, quia est oretenus concessa.

<sup>5</sup> Legitur haec epistola apud S. Antoninum in Hist. III. part. tit. 23. cap. 13. § 5. et apud Petrum Rodolphum a Tossignano in Hist. Seraph. Relig., Lib. I. pag. 307. Errorem chronologicum Rodolphii vide correctum apud Bonelli, Prodr., col. 25 not. 9.

<sup>6</sup> Supra pag. 45 seq.

<sup>7</sup> Pisa, Cartolare dell'Ospedale novo, membran. in fol. saec. XIV. fol. 32. fol. 4 v.

enim instrumentum publicum de fundatione hospitalis novi misericordiae in civitate Pisarum, ubi inter alia legitur: « Sane Frater Bonaventura generalis Minister totius Ordinis fratrum Minorum de mandato dictae bonae memoriae Alexandri Papae iam dicti in praedicta fundatione interfuit et de mandato eiusdem Summi Pontificis omnium bonorum et orationum, quae in dicto suo Ordine fierent ubique per eorum domos, fecit universos benefactores et singulos hospitalis praedicti participes et consortes ». Ut ex instrumento ipso patet, praedicta fundatio locum habuit die Pentecostes anni 1258.

Bonaventura, reversus Parisios, remansit ibi usque ad an. 1259, quo se in montem Alvernae contulit. Interim autem continuo zelo ac ferventi sollicitudine prospiciebat Ordini, qui tam in missionibus operam navare prosecutus est, ut apparet ex Bulla apostolica Alexandri IV. die 19 Aprilis 1258 Viterbii emissa<sup>1</sup>, quam inter fideles diversis necessitatibus laborantes multifarie auxilium ferre non destitit, ut consequitur ex praegrandi numero bullarum. Nam ut Ordini undequaque prospectum esset, die 19 Martii 1258 Viterbii apparuit prima<sup>2</sup>; 20 Ianuarii 1259 Anagninae, secunda<sup>3</sup>; die 28 eiusdem mensis annique item Anagninae, tertia<sup>4</sup>; die 26 Iulii eiusdem anni similiter Anagninae, quarta<sup>5</sup> Bulla directa a Pontifice ipsi *generali Ministro Fratrum de Ordine Minorum*. Quae Bullae sunt dictatae sive ad Ministrum generalem Bonaventuram, sive ad alias illustres personas, sed omnes emissae ad bonum Ordinis Fratrum Minorum.

10. Anno 1259 Bonaventura certo in monte Alvernae moratur, et quidem circa initium Octobris; scribit enim ipse<sup>6</sup>: « Cum exemplo beatissimi Patris Francisci hanc pacem anhelo spiritu quaererem, ego peccator, qui loco illius beatissimi post eius transitum septimus, generali Fratrum ministerio per omnia indignus accedo; contigit, ut nutu divino *circa Beati ipsius transitum, anno trigesimo tertio* ad montem Alvernae, tanquam ad locum quietum, amore quaerendi pacem spiritus declinarem ». S. Franciscus autem mortuus est 4 Octobris 1226; ergo Bonaventura an. 1259 moratus est Alvernae, et quidem circa initium Octobris. Hac occasione requiescendi aliquantulum a negotiis Ordinis confecit illic celebre *Itinerarium mentis in Deum*, ut ex prologo ad hoc tam excellens opusculum et ex Chronicis XXIV Generantium liquet, quae referunt<sup>7</sup>: « Eodem anno (1259) in monte Alvernae libellum, qui *Itinerarium mentis in Deum* dicitur, idem Generalis devotissimus compilavit et post fecit alium, quem *Itinerarium*

<sup>1</sup> Apud Bonelli, Prodr., col. 27 et ibid. not. a, ubi adducit excerptum quoddam ex dicta Bulla.

<sup>2</sup> Sbaralea, Bullarium Francisc., tom. II. pag. 282 seq.

<sup>3</sup> Ibid. pag. 318 seq.

<sup>4</sup> Ibid. pag. 319.

<sup>5</sup> Ibid. pag. 357 seq.

<sup>6</sup> Tom. V. pag. 295, n. 2. et Prolegomena pag. XXIV cap. 4. Cfr. Wadding., ad an. 1260 n. 19.

<sup>7</sup> Analecta Francisc., tom. III. pag. 325.



mentis in se ipsam vocavit ». Utrum eadem occasione Bonaventura conscripserit istud alterum opus, de quo loquuntur Chronica XXIV Generalium, an sequioribus annis, incertum est<sup>1</sup>; nam ex particula *post* nihil certi eruitur.

11. Anno 1260 invenimus Bonaventuram iterum in Gallia; etenim in festo Pentecostes huius anni, id est die 23 Maii, celebravit Narbonae in Gallia primum Capitulum generale. Quando Capitulum sit habitum, quidque in eo actum, describunt coevi et posteriores. Bernardus de Bessa loquitur<sup>2</sup>: « Hic (Bonaventura) in primo Capitulo, quod tenuit Narbonae, Constitutionibus ordinem et formam dedit ». De iisdem Constitutionibus scribit Salimbene<sup>3</sup>: « Et in illo Capitulo (Romano an. 1239) facta est maxima multitudo Constitutionum generalium; sed non erant ordinatae; quas processu temporis ordinavit Frater Bonaventura, generalis Minister, et parum addidit de suo, sed poenitentias taxavit in aliquibus locis ». Concordat Pisanus<sup>4</sup>, transcribens Bernardum: « Hic in primo Capitulo, quod tenuit Narbonae, Constitutionibus Ordinis formam dedit et ordinem ». Tandem referunt Chronica XXIV Generalium<sup>5</sup>: « Anno Domini 1260 idem Generalis celebravit Narbonae Capitulum generale, in quo Constitutionibus Ordinis formam et ordinem dedit; et quod Fratres de Provincia Aquitaniae festum de sancto Martiali 7 die Iulii facerent, cum Capitulo ordinavit ».

Sed praeter Constitutiones pluresque alias res in eodem Capitulo statuta est res magni momenti. Capitulum rogavit, ut Bonaventura componeret vitam S. Francisci ad introducendam pacem aliqualem inter factiones de die in diem crescentes agitataeque. Bernardus, postquam Capitulum commemoravit, de hoc laconice habet<sup>6</sup>: « Hic (Bonaventura) postmodum vitam beati Francisci conscripsit ». Idem factum iam completum, non autem ordinationem Capituli habent Chronica XXIV Generalium<sup>7</sup>, quae

praeter maiorem commemorant quoque minorem Legendam: « Anno Domini 1261 idem Generalis vitam beati Francisci stilo mirabili compilavit ipsamque diffusam ad compendiosorem formam reducens, taxatis pro die qualibet 9 lectionibus per Octavas eiusdem, Legendam ordinavit, in qua nihil posuit nisi certum et probatum testibus fide dignis ». Idem habet Salimbene<sup>1</sup>: « Sed processu temporis a Fratre Bonaventura, generali Ministro, ex his omnibus (Legendis) compilatus est unus (liber) optime ordinatus ». Pisanus<sup>2</sup> autem narrat et preces Capituli et conscriptam utramque Legendam maiorem et minorem: « Hic Bonaventura postmodum rogatu Capituli generalis Legendam maiorem et minorem B. Francisci composuit, quas modo habet et tenet totus Ordo ». Omnia autem motiva, quae eum ad vitam hanc conscribendam impulerunt, exhibet ipse Bonaventura<sup>3</sup>: « Ad huius tam venerabilis viri vitam omni imitatione dignissimam describendam indignum et insufficientem me sentiens, id nullatenus attentassem, nisi me Fratrum fervens incitasset affectus, generalis quoque Capituli concursus induxisset instantia, et ea quam ad sanctum Patrem habere teneor devotio compulsisset ».

Ad tempus huius Capituli pertinent saepe memorati iam Alexandri Pont. IV. duae Bullae: prima inscripta *Dilectis Filiis Generali et universis Provincialibus Ministris Ordinis Fratrum Minorum*, die 9 Augusti 1260, Sublaci<sup>4</sup>, altera *Dilecto Filio Ministro generali Ordinis Fratrum Minorum* 26 Novembris 1260, Laterani<sup>5</sup>.

12. Celebrato Capitulo Narbonensi, Bonaventura constituit statuta huius ad praxim traducere, praecipue autem preces Capituli circa componendam Legendam S. Francisci exsequi. Ut hoc efficeret, debuit quidem prius materiam scriptam colligere et socios adhuc viventes S. Francisci oretenus exquirere. Quapropter, relicta Gallia, contulit se in Italiam, ubi memoriae S. Patriarchae vividissimae erant. Mense Augusti eiusdem anni 1260 invenimus eum in monte Alvernae<sup>6</sup>, ubi praesens est consecrationi ecclesiae; circa initium Octobris moratur Assisii<sup>7</sup>, ubi interest translationi corporis S. Clarae. Dum haec geruntur, haud negligit suum circa vitam S. Francisci intentum; nam ipsemet in eadem profitetur<sup>8</sup>: « Ut igitur vitae ipsius veritas ad posteros transmittenda certius

<sup>1</sup> Tom. VIII. pag. 4., ubi istud aliud opus est impressum; cfr. ibid. Prolegomena, cap. 1. a. 1.

<sup>2</sup> Analecta Francisc., tom. III. pag. 700.

<sup>3</sup> Chronica, pag. 410 (Liber de Praelato).

<sup>4</sup> Cod. cit. I. lib. fruct. et conf. 8. pars II. vol. I. fol. 117 v. col. I.

<sup>5</sup> Analecta Francisc., tom. III. pag. 328; cfr. quoque Wadding., ad an. 1260 n. 11, qui tamen in die erravit, scribens 12 Iunii loco 23 Maii. — « Constitutiones Narbonenses » vel « Statuta Narbonensia » inveniuntur tom. VIII. pag. 449 seqq.; cfr. Prolegomena pag. LXXII § VIII.

<sup>6</sup> Ibid. pag. 700. In suo catalogo Bernardus necesse non habuit diffusius de hac re loqui, cum iam in sua Legenda S. Francisci sive in libro vulgo dicto « de Laudibus beati Francisci » ita scripsisset: « Postremo compertum plenius vitae decursum (S. Francisci) vas admirabile gratiarum, virtutum et scientiae apotheca, Frater Bonaventura, generalis Minister, prius excellens in theologia magister Parisius, postmodum sanctae Romanae Ecclesiae cardinalis et Albanensis episcopus, vir tantae auctoritatis, discretionis et morum, ut orbis eum clamaverit summo dignissimum praesulatu, *authentico* nimirum *discretoque sermone descripsit*, caelicis Sancti meritis dignum Deo providente praekonem ». Ibid. pag. 666; cfr. quoque Wadding., ad an. 1260 n. 18.

<sup>7</sup> Analecta Francisc., tom. III. pag. 328.

<sup>1</sup> Chronica, pag. 60.

<sup>2</sup> Cod. cit. I. lib. fruct. et conf. 8. pars II. vol. I. fol. 117 v. col. I.

<sup>3</sup> Prologus ad Legendam S. Francisci, tom. VIII. pag. 505 n. 3.

<sup>4</sup> Sbaralea, Bullarium Francisc., tom. II. pag. 405, ubi Pontifex admonet Fratres, ne quaerant novum protectorem Ordinis, cum ipsemet hanc protectionem retenturus sit.

<sup>5</sup> Ibid. pag. 409.

<sup>6</sup> Wadding., ad an. 1260 n. 50; hic in margine adducit testimonium Mariani cap. 24. et Rodulphii fol. 264.

<sup>7</sup> Sbaralea, Scriptores, pag. 169; etiam Marcus Ulyssiponensis.

<sup>8</sup> Prologus ad Legendam S. Francisci, tom. VIII. pag. 505 n. 4.

mihī constaret et clarius, adiens locum originis, conversationis et transitus viri sancti, cum familiaribus eius adhuc superviventibus collationem habui diligentem, et maxime cum quibusdam, qui sanctitatis eius et conscii fuerunt et sectatores praecipui, quibus propter agnitam veritatem fides est indubitabilis adhibenda ».

Quinam essent hi socii, quos consuluerat, non constat. Probabile est, eum omnes, qui vivebant adhuc, adisse, praesertim autem Fr. Leonem, Fr. Illuminatum et imprimis B. Aegidium, de quo pluries mentionem facit et cum quo pluries est locutus<sup>1</sup>. Enumerare tamen Bonaventura eos in sua Legenda non potuit, prudentia motus, cum Legendam esse vellet pacificationem animorum, destinata pro omnibus Fratibus cuiuscumque partis.

Expeditis rebus indagationis, reversus est Bonaventura Parisios, ut tam ex relationibus oretenus acceptis quam ex omnibus Legendis ante ipsum confectis unam genuinam, officialem, ut ita dicamus, vitam compilaret. Narratur, quod, dum Bonaventura praefatam Legendam componebat, quadam die S. Thomas, qui adhuc Parisiis erat, videns eum in cella raptum contemplatione, edixerit de eo: Siuamus Sanctum, quia laborat pro Sancto<sup>2</sup>. Quamvis Legenda praedicta maiori ex parte anno 1261 scripta esset, tamen expolita usque ad ultimum hilum demum an. 1262, immo vero an. 1263, tempore Capituli Pisani prius fuisse videtur; nam Bonaventura loquitur in citata Legenda de B. Aegidio, ac si iam mortus esset<sup>3</sup>.

<sup>1</sup> Bonaventura, narrans virtutes et *sursumactiones* B. Aegidii expresse testatur: « quemadmodum et ego ipse oculata fide conspexi ». Ibid. pag. 510 n. 4. In vita B. Aegidii adscripta Fratri Leoni habetur dialogus inter Aegidium et Bonaventuram, quem hic integrum portare praestat: « Semel Frater Aegidius dixit Generali Fratri Bonaventurae: Pater mi, multas gratias fecit vobis Deus. Nos insipientes et idiotae, qui nullam sufficientiam accepimus, quid poterimus facere, ut salvemur? Respondit Generalis: Si Deus nullam gratiam daret homini, nisi quod posset eum diligere, sufficeret. Et Frater Aegidius ait: Potest idiota Deum tantum diligere sicut litteratus? Respondit Generalis: Potest una vetula plus etiam quam magister in theologia. Tunc Frater Aegidius in fervore spiritus surrexit, vadens in hortum versus partem, quae respicit civitatem, et clamavit: Vetula pauperula, simplex et idiota, diligas Dominum Deum, et poteris esse maior quam Frater Bonaventura. Et sic fuit raptus, immobilis per tres horas ». *Analecta Francisc.*, tom. III. pag. 101.

<sup>2</sup> Wadding., ad an. 1260 n. 18. Hac occasione datus aliam inter S. Thomam et Bonaventuram narrationem, ex qua nata videtur traditio de cruce, ad pedes cuius Bonaventura totam sapientiam hauserit. Frater Ioannes Haghen in suis antiquis Chronicis an. 1467 completis, sed diu ante inceptis, ita narrat: « Et vocatus est Bonaventura alio nomine Eustachius. Quodam tempore, respondens beato Thomae, Parisiis occupavit se (Bonaventura) plus in passione Christi, quam in studio. Unde beatus Thomas vidit super caput eius Christum et de vulneribus eius fluere in os Bonaventurae; ideo amplius non est ausus arguere contra illum, scilicet ex veneratione Christi ». *Bibl. Berolin. Reg. Mss. theol. lat. 413. membran. in fol. saec. XV. fol. 353 v. col. II. ad an. 1271.*

<sup>3</sup> « Aegidius, vir utique Deo plenus et *celebri memoria dignus* ». *Legenda Maior*, tom. VIII. pag. 510 n. 4.

Mortuus est autem, ut *Chronica XXIV Generalium* testantur<sup>1</sup>, die 23 Aprilis 1262.

Ex ista maiori Legenda confecit adhuc Bonaventura aliam brevioram ad usum chori, ut supra in adductis testibus *Chronicorum XXIV Generalium* et *Pisani* diximus<sup>2</sup>.

Ad hoc tempus spectant duae Bullae Urbani IV, qui Alexandrum IV. in Sede apostolica exceperat: una die 21 Maii 1262, Viterbii<sup>3</sup>, altera die 29 Maii 1262, item Viterbii<sup>4</sup>.

13. Anno 1263 invenimus Bonaventuram primo Romae, serius Patavii. Hoc anno 1263 « in pleno consistorio coram cardinalibus nec non *Fratre Bonaventura* Ministro generali Ordinis Minorum » constitutum fuit inssu Pontificis Urbani IV, ut committeretur *inquisitionis negotium* Guillelmo et Rorico de Ordine Fratrum Minorum<sup>5</sup>. Fortasse hac quoque occasione factum est, quod idem Urbanus IV. Bonaventurae « duo Evangelia glossanda dimiserit, sed excusans se propter officium, quod habebat, quia Magister generalis erat, Doctor sanctus Frater Thomas supplevit<sup>6</sup> ».

Iam vero generalatus officium urgebat eum, ut adesset exhumationi ossium sancti Antonii; quae exhumatio Patavii die 8 Aprilis 1263 locum habuit, non die 7, ut Waddingus<sup>7</sup> aliique dicunt, quod iam Bollandistae<sup>8</sup> et Bonelli<sup>9</sup> notaverunt. Solemnitatem bis<sup>10</sup> referunt fere iisdem verbis *Chronica XXIV Generalium*: « Anno Domini 1263 in Octava Dominicae Resurrectionis (hoc anno Pascha cecidit die 1 Aprilis, ac proinde Octava die 8 Apr.) translatum fuit corpus beati Antonii ad praegrandem ecclesiam per Paduanos in eius honorem constructam, praesente Generali. Et eius lingua, quae per 32<sup>11</sup> (id est a die 17 Iunii 1231, ac proinde 32 annos, tres menses, decem dies) annos sub terra fuerat, reperta est ita

<sup>1</sup> « Transiit igitur ex hoc mundo ad Patrem sanctus Frater Aegidius anno dominicae incarnationis 1262 in solemnitate sancti Georgii de nocte, a sua conversione anno 52. De quo dicebat dominus Frater Bonaventura, generalis Minister et postea cardinalis, quod in his quae ad animam pertinent, ex Dei speciali sibi data gratia adiuvat, devote invocatus, praestante Domino nostro Iesu Christo, qui in Trinitate perfecta vivit et regnat in saecula saeculorum ». *Analecta Francisc.*, tom. III. pag. 114.

<sup>2</sup> Pag. 53 col. II.

<sup>3</sup> Sbaralea, *Bullarium Francisc.*, tom. II. pag. 443. Bulla inscribitur: *Dilecto Filio Ministro generali Ordinis Fratrum Minorum*.

<sup>4</sup> Ibid. pag. 446; Bulla confirmat ei omnia privilegia Ordinis.

<sup>5</sup> Cfr. Bonelli, *Prodromus*, col. 33 cum relativis fontibus.

<sup>6</sup> Ptolomaeus Lucensis, *Hist. Eccl. Lib. 22. cap. 24.* apud Bonelli *ibid.*

<sup>7</sup> Ad an. 1263 n. 14; totum exponitur n. 8. seqq.

<sup>8</sup> *Acta Sanctorum*, 14 Iulii, *Vita S. Bonaventurae*, § 4. n. 35.

<sup>9</sup> *Prodromus*, col. 33.

<sup>10</sup> *Analecta Francisc.*, tom. III. pag. 157 et 328 seq.

<sup>11</sup> Ita habet auctor *Chronicorum* pag. 328, dum pag. 157 scribit: « quae per XXVII annos *et amplius* sub terra iacuerat ».

recens et rubicunda, quasi si eadem hora pater sanctissimus decessisset. Quam devotus Generalis, in manibus reverenter accipiens, irrigatus profluvio lacrymarum, coram omnibus huiuscemodi verbis eam affari coepit: O lingua benedicta, quae semper benedixisti Dominum et alios benedicere fecisti, nunc manifeste apparet, quantis existis meritis apud Deum! Et infigens ei oscula dulcissima et devota, iussit, eam seorsum honorifice collocari». Factum translationis referunt quoque Salimbene<sup>1</sup> et suppar Bartholomaeus Pisanus<sup>2</sup> et omnes posteriores.

Num inde Bonaventura statim Pisas sit profectus ad celebranda Comitium, an antea Ravennam divertit, incertum est. Constat tantum, eum his temporibus, anno tamen incerto, Ravennae fuisse praesentem, cum Philippus, huius urbis archiepiscopus, ad preces Bonaventurae recognitionem inventi recenter in quodam Monasterio Ravennatensi corporis S. Elisaei faceret; qua occasione eidem pro reliquiis dentem huius Sancti concessit. Habetur hoc ex coaevo auctore Chronicorum Romanorum Pontificum et Imperatorum<sup>3</sup>.

14. Anno igitur eodem 1263, paulo post translationem ossium S. Antonii Patavini celebravit Bonaventura Pisis Capitulum generale in festo Pentecostes 20 Maii, non vero Parisiis, ut habet auctor Chronologiae Legalis<sup>4</sup>. In his Comitibus varia sunt decreta summi momenti. Ita Ordo integer novam Provinciae limitationem numerumque accepit, testante Pisano<sup>5</sup>: « In Capitulo Pisis Provinciae Ordinis, ut modo sunt, facta est distinctio ». Praeterea quaedam circa ritum statuta sunt, quae Chronica XXIV Generalium<sup>6</sup> ita exprimunt: « Eodem vero anno 1263 fuit Pisis generale Capitulum celebratum, in quo aliquae rubricae Breviario sunt additae. Et statutum fuit, quod rubrica illa, quae dicit, quod usque ad Octavam Nativitatis Domini in fine hymnorum dicatur: *Gloria tibi, Domine, qui natus es de Virgine* etc., usque ad Epiphaniam Domini extendatur; et quod Fratres in sermonibus populum inducerent, ut in Completorio, pulsante campana, beatam Mariam aliquibus vicibus salutarent<sup>7</sup>, quia aliquorum solemnium est opinio, quod illa hora ipsa fuit per Angelum salutata ». Secundum Waddingum<sup>8</sup> praedictis rubricis additur: « Ut novae hae festivitates admitterentur in Ordine, videlicet *Conceptionis B. M. V.*<sup>9</sup>,

Visitationis eiusdem, B. Annae, illius genitricis, et Marthae Virginis ». Tandem Legendam, quae in praecedenti Capitulo Narbonensi Bonaventurae commissa fuit, in isto Capitulo ipse obtulit atque Patres Ordinis tam maiorem quam minorem Legendam S. Francisci a S. Bonaventura conscriptam approbaverunt, *suppressis aliis quibusque Legendis*<sup>1</sup>.

Idem Capitulum ordinavit, ut cura Clarissarum S. Damiani ab Ordine penitus dimitteretur. Narrationem huius ordinationis exacte producit auctor Chronicorum XXIV Generalium<sup>2</sup>: « Praefato vero Domino Ioanne, ad protectionem Ordinis deputato, accidit, quod Fratres ex certis temeritatibus Dominarum Sancti Damiani, quibus sibi ius ministeriorum ab Ordine vindicabant, Fratribus petentibus, et generali Capitulo praefato ordinante, et cardinali ipso praedicto assistente, Fratres ipsi sive Ordo ab earum obsequiis fuerunt absoluti per dominum Papam Urbanum, adiuncta declaratione, quod Ordo nullo eis debito tenebatur. Unde ipse idem Papa alium eis cardinalem in Protectorem praefecit, scilicet dominum Stephanum, episcopum Praenestinum. Sed quia hic volebat quasi ex auctoritate Fratres ad ipsarum Monialium obsequia revocare, factum est, quod uni tantum, scilicet Domino Ioanni praefato, uterque fuit Ordo commissus. Qui eis ordinavit Regulam, quam nunc habent, in qua nulla fit mentio de Fratribus Minoribus, sed immediate subiiciuntur Ordinis Protectori. Quam eis misit sub Bulla dicti domini Papae Urbani anno Domini 1263 XV. Kal. Novembris, in qua Regula intitulantur *Sorores Sanctae Clarae*, sub qua vivunt fere omnia monasteria Alamanniae et Italiae Provinciae ».

15. Is cardinalis, Ioannes Gaietanus Orsini nempe, de quo adhuc puero, testantibus Chronicis XXIV Generalium<sup>3</sup>, S. Franciscus praedixit, cum *fore defensorem sui Ordinis et dominum huius mundi*, fuit

---

immaculata conceptione B. Mariae erroneam opinionem. Sed haec conclusio ex introductione huius festi non valet. Cfr. tom. III. pag. 69 seq. Insuper in omnibus de hac re sermonibus tom. IX. S. Doctor sibi circa hanc doctrinam semper constat, et discipuli eius Matthaeus ab Aquasparta, successor Bonaventurae posterior in ministerio Generalatus, in sua quaestione inedita, et ipse Ubertinus a Casali, ferventissimus Beatae Virginis cultor, in libro *Arbor vitae crucifixae* contra dogma immaculatae conceptionis verbis nimis acerbis loquuntur. Corrigenda est etiam in Proleg. ad tom. I. pag. LXIII, notula 3.

<sup>1</sup> « Utramque historiam (S. Francisci) longiorem et breviorum obtulit triennio post in Comitibus Pisanis Patribus Ordinis, quas reverenter cum gratiarum actione, *suppressis aliis quibusque Legendis*, admiserunt ». Wadding., ad ann. 1260 n. 18. De ista Legenda et approbatione Capituli erit adhuc fusior sermo triennio post in Comitibus Parisiis habitis.

<sup>2</sup> Analecta Francisc., tom. III. pag. 329 seq. et Wadding., ad an. 1263 n. 16. seq. de Stephano Hungaro.

<sup>3</sup> Ibid. « De quo domino Protectore fertur, ipso familiariter referente, compertum, quod cum esset puer, a patre suo beato Francisco fuisset oblatus, praedixit idem Sanctus, quod non Frater habitu, sed defensor futurus esset sui Ordinis et dominus huius mundi. Et post parvulo humiliter tanquam ratione utenti recommendavit non sine patris eius admiratione suam

<sup>1</sup> Is ea tantum breviter pag. 228 habet: « In qua (Padua) erat (Ghibertus de Gente), quando fuit translatum corpus beati Antonii ad novam ecclesiam, ubi etiam fuit Frater Bonaventura generalis Minister ».

<sup>2</sup> Pisanus in cod. cit. lib. I. fruct. et conform. 8. pars II. vol. I. habet erronee 25 tantum annos.

<sup>3</sup> Cfr. Bonelli, Prodrum., col. 33 seq. et ibid. not. 2.

<sup>4</sup> Pag. 27.

<sup>5</sup> Cod. cit. libr. I. fructus et conform. 8. pars 2.

<sup>6</sup> Analecta Francisc., tom. III. pag. 329.

<sup>7</sup> Hoc modo videtur introducta « salutatio angelica » sive « Angelus Domini ».

<sup>8</sup> Ad an. 1263 n. 16.

<sup>9</sup> Ex huius festi institutione Bonelli (Prodrum. col. 34 seq.) aliique collegerunt, S. Bonaventuram retractasse postea suam de

immediate post celebrationem praefati Capituli ad preces Bonaventurae Patrumque constitutus Protector Ordinis. Saepe laudata Chronica XXIV Generalium<sup>1</sup> rem ita exhibent: « Celebrato vero Capitulo, idem Generalis petivit a Domino Papa Urbano praedicto et obtinuit dominum Iohannem Gaetanum, Sancti Nicolai in Carcere Tulliano diaconum cardinalem, in Ordinis Protectorem, quamvis idem dominus Papa dominum Ancherum, nepotem suum, dare Ordini voluisset, sed non acceptantibus Fratribus, supradictum dominum Iohannem, qui postea fuit Papa, dictus Nicolaus III, contulit tanquam Patrem Ordini praecipua devotione coniunctum ».

Circa utramque rem, id est, circa compositionem litis cum Sororibus S. Damiani et electionem cardinalis Iohannis in Protectorem Ordinis habentur duo documenta diplomatica eiusdem anni. Primum est Bulla data apud Montem Flasconem (Montefiascone) ab Urbano IV. die 19 Augusti 1263, incipiens: *Inter personas*, ac directa: *Dilectis Filiis Iohanni Sancti Nicolai in Carcere Tulliano diacono cardinali et Fratri Bonaventurae Ministro generali Ordinis Minorum*<sup>2</sup>; in qua Pontifex quaedam circa concordiam Minorum inter et Clarissarum Ordines determinat et litem inter eos dirimit. Alterum documentum est epistola responsiva Bonaventurae data Assisii 5 Octobris 1264 (?), directa: *In Christo sibi carissimo Fratri Laurentio in administratione Tusciae Visitatori Pauperum Dominarum, Frater Bonaventura Ordinis Fratrum Minorum generalis Minister et Servus salutem et pacem in Domino sem-*

Religionem. Hoc cum sciret idem Dominus, pater eius, non nisi post factum voluit revelare, servans verbum in tempore, secundum sententiam Sapientis » (Prov. 25, 11).

<sup>1</sup> Ibidem. His addimus testimonium antiquum Fratris Paulini Veneti, qui an. 1324 a Pontifice Iohanne XXII. ad ecclesiam Puteolanam evectus, in sua *historia satyrica* (cod. Vatic. 1985) olim dicta *Polychronicon Iordani* scribit de S. Bonaventura cap. 234. part. 13. ad annum 1263: « Eodem anno Fr. Bonaventura Generalis Minorum generale Capitulum celebravit Pisis, et communi voto petitur Protector Ordinis dominus Iohannes Gaetani ». — Deinde auctor prosequitur depingere indolem et gesta Bonaventurae ad normam catalogi Bernardi de Bessa. Quae verba eius, cum lucem spargant ad baccalaureatum, licentiatum et ingressum Bonaventurae, portamus hic integra eo fine, ut conferantur cum his, quae dicta sunt pag. 42 seq. supra. « Hic Bonaventura, cum esset invenis alti et clarissimi ingenii, in gratia devotionis adeo exerevit, ut omnem pene veritatem mente conceptam in formam divinae laudis et devotae orationis reduceret. Ideo brevi tempore infuso sibi supranaturali lumine anno VII. ad bazalarium Parisiensem et anno X. post religionis ingressum ad magistrum est permotus, et (anno) XII. vel XIII. ad regimen Ordinis assumptus in facundia nulli sui temporis secundus, et (annos) XVIII Ordinem rexit. Factus episcopus Albanensis in Concilio Lugdunensi quasi lucerna posita super candelabrum mire splenduit et pro defensione Mendicantium visus est caelitus destinatus; sed laborum ipsius Concilii pressus onere, vita functus est aetatis suae anno LIII. Cuius mors omnes in Concilio existentes incredibili affectu moestitia ». Cir. C. Eubel, Provinciale, pag. 78 seq. et Sbaralea, Scriptores, pag. 170.

<sup>2</sup> Wadding., Regestum Pontificium, tom. II. pag. 96 n. 9. et Annales, ad an. 1263 n. 16. seq.

*piternam*<sup>1</sup>; in hac Bonaventura iuxta pactum cum cardinali Protectore et statuta Pontificis visitatores quidem permittit in memorata controversia, sed addit cautionem, ista obsequia Sororibus exhiberi ex caritate, non vero ex iustitia<sup>2</sup>. Waddingus adducit epistolam hanc ad aliud tempus, nempe Assisii III. Nonas Oct. an. Dom. 1264 pontificatus domini Urbani IV. an. III<sup>3</sup>. Videtur tamen ista Epistola esse ponenda 1263 iuxta editores Chronicorum XXIV Generalium<sup>4</sup>; nam Waddingus exhibet in eodem loco responsum Sororum die 1 Iunii 1264; non poterant autem Sorores respondere, si epistola Bonaventurae nondum erat scripta; deinde III. Nonas Octobris 1264 pontificatus Urbani IV. erat annus IV, non vero III; vel potius res tota est amandanda iuxta Papini<sup>5</sup> et Panfilo<sup>6</sup> ad an. 1272, quo anno tempore Capituli secunda vice Pisis celebrati lis integra tandem praefato modo composita est, quia hoc anno Bonaventura Assisii fuit.

16. Ab anno 1263 usque ad annum 1265 sequitur hiatus in gestis S. Bonaventurae, cum desint documenta certa. Generatim assignatur ad annum 1264 institutio pie Confraternitatis dictae *Insignis Societas Regulae Recommendatorum B. Mariae Virginis* (italice Arciconfraternita del Gonfalone) instituta Romae a Bonaventura, si sequior Constitutio Gregorii XIII. die 12 Octobris 1576 sufficiens esset testis; in hac enim legitur<sup>7</sup>: « Cum itaque, sicut accepimus superioribus temporibus, videlicet de anno Domini 1264 in alma Urbe nostra admodum insignis Societas Regulae Recommendatorum eiusdem B. Mariae Virginis primo, et deinde Confalonis nuncupata... canonicè instituta... Et inter cetera pro illius felici directione... per S. Bonaventuram, tunc in humanis agentem et Ordinis Fratrum Minorum de Observantia nuncupatorum professorem, pie statuta et ordinata... ». Alii, ut Odoriens Raynaldus<sup>8</sup>, Galesinus<sup>9</sup>, Thomas Bosius<sup>10</sup>, Beringer<sup>11</sup> factum referunt ad an. 1267, in quo Clemens IV. statuta huius sodalitatis confirmavit; alii ut Bollandistae<sup>12</sup>, Ciaconi<sup>13</sup> et Sbaralea<sup>14</sup> ad

<sup>1</sup> Idem, ad an. 1264 n. 3. et in nostro tom. VIII. pag. 471 seqq.

<sup>2</sup> Vide textum apud Wadding., ad an. 1264 n. 3.

<sup>3</sup> Ibid. n. 4.

<sup>4</sup> Analecta Francisc., tom. III. pag. 330, not. 3. et 4.

<sup>5</sup> Storia di S. Francesco, part. II. append. n. 6.

<sup>6</sup> Storia compendiosa, vol. I. pag. 632.

<sup>7</sup> Cherubini, Bull., Gregorius XIII. n. 38.

<sup>8</sup> Cfr. Petrus Mocchegiani a Monsano, *Collectio Indulgentiarum* (Ad Claras Aquas 1897) pag. 954 seqq.

<sup>9</sup> Vita S. Bonaventurae, cap. 4. n. 55. in Actis Sanctorum, 14 Iulii.

<sup>10</sup> Cfr. Petrus Mocchegiani, ibid. pag. 955; et Moroni, *Dizionario*, verb. Arciconfraternita; et Ruggeri, *L'arciconfraternita del Gonfalone*; et Bassi, *Tractatus de Sodalitatibus* (Roma 1725) pag. 3 n. 8.

<sup>11</sup> Die Ablässe (Paderborn 1893), pag. 478 seqq.

<sup>12</sup> Acta Sanctorum, 14 Iulii (Vita S. Bonaventurae) § 4. n. 37.

<sup>13</sup> Vitae et res gestae Pont. Rom. et S. R. E. card., tom. II. (Gregorius X.)

<sup>14</sup> Scriptores, pag. 170.



annum 1270. Sbaralea<sup>1</sup> putat, omnes alias confraternitates pias a Bonaventura originem sumsisse, in quantum iis certam formam precum praescripsisse licitur. Exclusa tamen certe videtur opinio, nullas alias confraternitates ante S. Bonaventuram extitisse, quod Muratori recte reprobavit<sup>2</sup>.

Ad idem circiter tempus referunt aliqui epistolam directam a republica Veneta sub duce Raynerio Zeno ad Bonaventuram tunc in Lombardia morantem, in qua dux rogat, ut Generalis velit destinare duos Fratres mittendos Romam ad testificandum miraculum per sacras reliquias Venetiis patratum. Enonora epistolae<sup>3</sup>: « Raynerius Zeno etc. Religioso et honesto viro Fratri Bo. de Ordine Minorum in Lombardia Ministro generali, amico plurimum honorando salutem, et vitam inceptam ad honorem Altissimi terminare.

« Sicut alia vice Honestati vestrae dicendo misimus, quia de Fratribus et Ordine toto cum tota Venetia confidimus et speramus, ipsorum auxilium et consilium cum fiducia requirimus, cum oportet. Et ecce, volentes ex ipsis duos pro nostri Communis agendis simul cum duobus Praedicatoribus occasione sacrarum reliquiarum ad Romanam Curiam destinare, vos rogando misimus, ut vobis placere deberet, nobis duos ex ipsis concedere occasione praedicta, super quo, sicut vos decuit, placide respondistis, velle vos in hac parte nostrae satisfacere voluntati. Unde cum ad mittendum simus ad praesens praeparati, Fratritatem vestram per nos et nostrum Consilium duximus attente deprecandam, quatenus vobis placeat, et velit ex Fratribus duos nobis assignare, quos sufficientes et idoneos noveritis pro hoc facto, ipsos Ministro Fratrum de Venetiis per vestras litteras nominando.

« Datum die decimo tertio intrante Iunio ».

17. Anno 1264 die 2 Octobris e vita migravit Urbanus IV, et postquam Sedes apostolica vacavit quatuor menses, ei successit die 5 Februarii Clemens IV, qui non minorem admirationem pro S. Bonaventura nutrivit quam eius praedecessor. « Anno Domini 1264, ultima die Septembris — uti referunt Chronica XXIV Generalium<sup>4</sup> — dictus dominus Urbanus Papa ex hac vita migravit Perusii, et dominus Guido Fulcodii, cardinalis et episcopus Sabinensis, electus fuit ibidem

in festo sanctae Agathae sequenti et assumptus ad papatum Clemens IV. eligit nominari; qui erat natione Provincialis et de villa sancti Aegidii oriundus ».

Ad principium anni 1265, et quidem ad diem 23 Ianuarii, spectant quaedam litterae Bonaventurae directae ad decanum, clerum et magistratum Sarburgi, quibus sollicitat, ut Fratres in dicta civitate recipiantur et eis spatium novi aedificandi Monasterii concedatur. Ita chronista B. Müller<sup>1</sup>; dum alter chronista Glassberger<sup>2</sup> ita rem refert, ac si Bonaventura litteris annueret desiderio Capituli Sarburgensi; quod maiorem veritatis speciem habet.

Is Papa Clemens IV. mox Bonaventurae ostendit, quanti eum haberet; contigit enim, quod archiepiscopus Eboracensis, qui erat pinguissimus, pastore suo esset orbatus. Quaesitans, quem eveheret ad gradum tam altum, sed munus in Anglia difficile, constituit eligere Bonaventuram, sperans, eum sua sanctitate, prudentia et doctrina muneri parem fore. Bulla, quae hac de re mentionem facit, est nimis magni momenti, ne eam silentio premeremus. Data est Perusii 24 Novembris 1265 et inscripta *Fratri Bonaventurae Ministro generali Ordinis Fratrum Minorum, electo Eboracen.*, et incipit *Summo Pastori Iesu Christi Vicario*, quantum ad rem nostram spectat, haec loquitur<sup>3</sup>: «... Vacante igitur Eboracensi ecclesia per mortem bonae memoriae Eboracensis episcopi, et electione, quae de dilecto filio, eiusdem ecclesiae decano, in ipsa celebrata existit, iustitia per Nos exigente, cassata Nobisque hac vice ipsius ecclesiae provisione retenta, diu super ea vigilavimus, diu super eam sedulis et profundis cogitationibus defiximus mentem nostram, diu ob ipsam nostrum spiritum prospectus varii distraxerunt. Nam pro tam magna et honorabili ecclesia, pro tam nobili et devota Sedis apostolicae filia et pro inelyto et catholico regno Angliae, ipsi Sedi carissimae, ubi eadem ecclesia opibus amplis praedita, refulget archiepiscopalis eminentia dignitatis, ampliori sollicitudine urgebatur. Exacerunt haec in nobis curam, accenderunt

<sup>1</sup> K. Eubel, Geschichte der oberd. Minoriten Provinz, pag. 209 n. 82: « B. Müller: Anno 1265 die 23 Ianuarii seraphicus Doctor S. Bonaventura, dum totam seraphicam Religionem Minister generalis moderaretur, Sarburgum litteras dedit ad dominum decanum, clerum et magistratum, sollicitans, ut confratres suos Minores benigne ad urbem suam suscipiant et spatium novi aedificandi Monasterii gratiose concedant ».

<sup>2</sup> « Praecedenti anno Domini, videlicet 1265, decimo Kalendarum Februarii, misit Frater Bonaventura, generalis Minister, litteras de Lugduno domino decano et toti Capitulo in Sarburgo in Provincia Argentinae, *annuens desiderio eorum*, et Fratri Alberto, ministro Superioris Alamaniae, dedit in mandatis, ut ad petitionem dictorum dominorum decani et Capituli Sarburgensis Fratres Ordinis nostri ad civitatem Sarburgensem mittat, ut ibidem iuxta desiderium residentiam faciant; et ab illo tempore est ibi Conventus Sarburgensis ». Analecta Francisc., tom. II. pag. 78. Ex Glassbergero praeterea sequeretur, Bonaventuram die 23 Ianuarii 1265 Lugduni moratum esse. Dictae litterae ad nos non pervenerunt.

<sup>3</sup> Cfr. Wadding., ad an. 1265 n. 14. et Sbaralea, Bullar. Francisc., tom. III. pag. 60 n. 59.

<sup>1</sup> Scriptores, pag. 170; et Bullar. Francisc., tom. II. pag. 261.

<sup>2</sup> Antiquit. Ital. Medii Aevi, tom. VI. col. 450 seqq.

<sup>3</sup> Venetiis, bibliot. Marcian. class. XXII. 187 (4. X. VII.) Mart. in fol. saec. XVIII. collectan. folior. 439; dictae litterae habentur fol. 433. Invenitur impressa epistola apud Muratori, Ser. Italic. Scriptor. tom. XII. col. 509 seq., ubi tamen praeter variantes minoris momenti notandum est loco *fratri Ro.*, ut habet Muratori, scribendum esse *fratri Bo.*, nempe Bonaventurae.

<sup>4</sup> Analecta Francisc., tom. III. pag. 331. Notamus tamen, auctorem Chronicorum erravisse; non enim die 30 Septembris mortuus est Urbanus, sed die 2 Octobris; cfr. Moroni, Dizionario, col. 86. pag. 12 seqq.; et Hergenröther, Kirchengeschichte, tom. I. pag. 815. Circa electionem Clementis IV. vid. Moroni, ibid., vol. 14. pag. 28; Sbaralea, Bullar., tom. III. pag. 4; Hergenröther, ibid., pag. 815.



vigilantiam, cogitatum auferunt, ut meditaremur vehementius et diligentius attenderemus, quid ipsi ecclesiae, quid dictae Sedi, quid eidem regno in facienda provisione huiusmodi potius expediret, aspirantes totis affectibus et sollicitis studiis intendentes ad virum dilectum et devotum, Sedis eiusdem ecclesiae praefatae utilem et ipsius regni pacis et concordiae amatorem, ad virum vita conspicuum, insignem scientia, providentia spectabilem, quem diligeret Dominus et in cuius requiesceret bonitate, ad virum pro suis claris operibus digna imitatione sequendum, per quem grex catholicus tanquam per lucis speculum convenienter posset dirigi ad salutem. Unde nostra in his desideria totaliter convertentes ad Dominum, et huiusmodi provisionis negotium eius beneplacito committentes ac sub spe solius suae gratiae fidenter procedentes, de illo habito contractu super hoc cum Fratribus nostris et ipsorum consilio, ad Te direximus nostrae considerationis intuitum, in Te vota nostra firmavimus, in Te noster spiritus plena deliberatione quievit. Attendentes itaque in Te Religionis asperitatem, nitorem vitae, conversationis munditiam, eminentiam scientiae, providentiae circumspectionem et compositionem gravitatis, et quod tam diu, tam laudabiliter toti Tuo praefuisti Ordini, susceptum generale Ministerium super illum gerendo fideliter et salubriter exsequendo ad magnum honorem ipsius Ordinis et profectum; quodque sic innocenter conversari assidue studuisti sub observantia regulari, quod divina Te semper gratia prosequente, reddidisti Te placidum et amabilem quasi omnibus et ubique, ac propter hoc sperantes firmiter, quod pleno in Te prosequemur affectu, id quod circa praetactam ecclesiam, Sedem eandem et ipsum regnum in hac eiusdem ecclesiae ordinatione avidè affectamus; de persona Tua ipsi ecclesiae auctoritate apostolica providemus, et Te illi praeficimus in archiepiscopum et pastorem, absolventes Te a vinculo Ministerii generalis praefati Ordinis et ad dictam ecclesiam transferentes, liberam tibi transeundi ad illam licentiam concedendo. Ideoque prudentiam tuam monemus et hortamur, attente et affectuose rogamus tibi in virtute obedientiae districtè praecipimus et in remissionem iniungimus peccatorum, quatenus eiusdem ecclesiae necessitatem, honorem et commodum dictae Sedi, et statum praefati regni valide his diebus tempestate turbatum et intestina vexatione divulgatum, propter quod proborum virorum potentia indiget, quorum diligentia et studio reparatur, solide ac integre reformetur, solerter considerans et sapienter advertens, divinis in hoc beneplacitis aliquatenus non repugnes nostrisque iussionibus difficultatis seu tarditatis obstaculum penitus non opponas, sed vocationi caelesti humiliter acquiescas, et de superno ac nostro confisus auxilio, reverenter et devote suscipias impositum a Domino tibi onus, regendo et dirigendo iuxta datam tibi ab ipso gratiam praedictam ecclesiam et in spiritualibus et temporalibus ampliando, ita quod exinde grande praemium

apud Deum et penes Nos uberius favoris beneficia merearis. Datum Parnsii VIII. Kal. Decembris an. I ».

Ad hanc vocem vix acceptam Bonaventura cito reliquit Parisios<sup>1</sup>, ubi tunc morabatur, atque ad Pontificem ipsum se contulit, rogans enixe, ut eum ab imposito onere liberaret. Instantiae Bonaventurae fuerunt procul dubio urgentissimae et rationibus roboratae, cum Pontifex re vera precibus eius cesserit. Chronica XV Generalium sive Catalogus adscriptus Bernardo de Bessa rem ita narrant<sup>2</sup>: « Huic Ministro, scilicet Fratri Bonaventurae, Eboracensem archiepiscopatum pinguisimum dominus Papa Clemens IV. contulit, sed ipse ad praesentiam Papae de Parisius, ubi tunc erat, se conferens, tam constanter et humiliter cessit, ut ipse dominus cessionem pie admittens, eidem intulerit illud verbum: *Sta in testamento tuo et in illo colloquere et in opere mandatorum tuorum veterasce*<sup>3</sup> ». Idem transcribunt ex Bernardo Chronica XXIV Generalium<sup>4</sup> alique scriptores posteriores.

18. Paulo post reversus Parisios, celebravit ibidem Capitulum generale in festo Pentecostes 1266. Narrant, in his Comitibus Bonaventuram instituisse prima vice pro studentibus Ordinis disputationes publicas, quae deinceps per plura saecula concomitatae sunt unumquodque Capitulum generale<sup>5</sup>. — Statutum quoque fuit in his Comitibus, ut omnes vitae S. Francisci de medio tollerentur, cum earum locum tenere deberet Legenda maior conscripta a S. Bonaventura. Legitur enim<sup>6</sup>: « Item praecipit generale Capitulum per obedientiam, quod omnes Legendae de beato Francisco olim factae deleantur, et ubi inveniri poterunt extra Ordinem, ipsas Fratres studeant amovere, cum illa Legenda, quae facta est per Generalem, sit compilata, prout ipse habuit de ore illorum qui cum beato Francisco quasi semper fuerunt, et cuncta

<sup>1</sup> « Sed ipse de Parisius, ubi tunc erat, ad praesentiam Domini Papae se conferens ». *Analecta Francisc.*, tom. III. pag. 331.

<sup>2</sup> *Analecta Francisc.*, tom. III. pag. 700.

<sup>3</sup> *Ecl.* 11, 21.

<sup>4</sup> *Analecta Francisc.*, tom. III. pag. 331.

<sup>5</sup> *Wadding.*, ad an. 1266 n. 4.

<sup>6</sup> Rinaldi, seraphici viri sancti Francisci Assisiensis vitae duae, (Romae 1806) pag. XI. Hoc decretum Angelus Clarenus ante oculos habuisse videtur, cum in suis Chronicis vel Historia tribulationum (Ehrle, *Archiv für Litteratur und Kirchengeschichte*, vol. II. pag. 56) scripserit: « Quae scripta erant in Legenda prima, nova edita a Fratre Bonaventura, deleta et destructa sunt, ipso iubente ». *Waddingus* (ad an. 1260 n. 18.) amandat decisionem hanc ad praecedens Capitulum Pisanum, ut supra pag. 55 col. II. diximus. Notandum tamen, ardentem Clarenus, scribentem ipso iubente, et aliquos recentissimos scriptores protestantes detrahere Bonaventurae, ac si ipse destructor litteraturae Franciscanae circa vitam S. Francisci fuisset. Decisio illa facta est a Capitulo, non a Bonaventura, qui certe ad imponendum aliis opus a se conscriptum prorsus incapax erat. Legenda scripta a Bonaventura in finem pacificationis, non sedavit omnino animos, quapropter Capitulum processit ad extrema, stabiliens, ut ceterae Legendae deleantur; agebatur enim de pace in Ordine servata. De cetero decreti tenor optime loquitur de scientia et veracitate sociorum S. Francisci, ad quorum relationem Bonaventura scripsit.

certitudinaliter sciverint, et omnia ibi sint posita diligenter ». — Certum est, Bonaventuram tempore Capituli sermonem habuisse in laudem S. Francisci, applicando ei verba: *Vidi alterum Angelum ascendentem ab ortu solis, habentem signum Dei vivi*<sup>1</sup>. Hoc eruitur ex Pisano et Ubertino. Ubertinus scribit<sup>2</sup>: « Ego audiui a solemnibus doctore istius Ordinis, quod Frater Bonaventura, tunc generalis Minister Ordinis et Doctor solemnibus, praesente praefato doctore, qui mihi dixit, quod in Capitulo Parisiensi solemniter praedicavit, quod ipse erat certus et certificatus, quod beatus Franciscus erat Angelus sexti signaculi ». Pisanus<sup>3</sup> vero affirmat, prophetiam Apocalypsis septimo esse verbotenus accipiendam de S. Francisco, fuisse Bonaventurae revelatum, et meminit concionis a Bonaventura de S. Francisco habitae. Sermo iste genuinus hucusque inventus non est<sup>4</sup>.

Praeterea multa introducta sunt, quibus collapsa disciplina Ordinis ad purae observantiae statum erigeretur. Hinc emisit Bonaventura epistolam officialem ad omnes Ordinis Ministros provinciales incipientem<sup>5</sup>: *Quoniam ad hoc potissimum invigilare debet sollicita cura rectoris...* Exinde emisit aliam epistolam<sup>6</sup> ad Fratres universos incipientem: *Cum ego relatione perceperim fide digna etc.*, signatam Parisiis 1266, sexto Kal. Junii. — Capitulum istud breviter expeditur a chronicis. Chronica XXIV Generalium scribunt<sup>7</sup>: « Anno Domini 1266 fuit Parisius generale Capitulum celebratum ». In assignando die fere omnes historici erraverunt, sequentes Waddingum, qui illud ad mensem Aprilem remittit<sup>8</sup>. Celebratum autem fuit in festo Pentecostes 1266, ut P. Ehrle<sup>9</sup> invicte probavit.

19. Tempus a Capitulo generali Parisiis adunato usque ad Capitulum Assisii 1269 celebratum est sat obscurum, cum fere nihil de gestis Bonaventurae notis transmissum sit. Unum ex hac obscuritate erui potest, scilicet, Bonaventuram anno 1267 vel 1268 recitavisse tempore Quadragesimae Parisiis *Collationes de decem praeceptis*<sup>10</sup> et item in alia Quadragesima *Collationes de septem donis Spiritus sancti*<sup>11</sup>.

<sup>1</sup> Apoc. 7, 2.

<sup>2</sup> Arbor vitae crucifixae, V. cap. 1.

<sup>3</sup> Conformit. lib. III. fructus et conform. III. (in ordine 31.) part. 2. vol. II. fol. 152 r. (cod. cit.). « Insuper ipse dominus cardinalis Frater Bonaventura, dum esset Generalis, fuit divinitus edoctus, quod prophetia illa Apoc. VII. de Angelo habente signum Dei vivi, ad litteram est de B. Francisco ». Item cfr. ibid. fol. 141 v. col. II. (cod. cit.).

<sup>4</sup> Bonav., tom. IX. pag. 597, not. 9. Cfr. Wadding., ad an. 1266 n. 4.

<sup>5</sup> Tom. VIII. pag. 470.

<sup>6</sup> Ibid. pag. 472: Epistola V, ad Fratres universos, in qua confirmat Bonaventura quandam concessionem quoad terminos quaerendi necessaria circa lacum Gardae.

<sup>7</sup> Analecta Francisc., tom. III. pag. 332.

<sup>8</sup> Ad an. 1266 n. 4.

<sup>9</sup> Archiv etc., vol. VI. pag. 39.

<sup>10</sup> Analecta Francisc., tom. III. pag. 332, not. 1.

<sup>11</sup> De his et mox memoranda Collationibus fuisse tom. V. Prolegom. cap. VI. pag. XXXVI seqq. et ibid. pag. 505 seqq., 455 seqq., 327 seqq. tractavimus; cfr. Sbaralea, Scriptores, v. Bonaventura; Wadding., ad an. 1265 n. 13.

Nam codices Collationum de decem praeceptis habent an. 1267 vel 1268; quod autem has Collationes immediate excipiant aliae Collationes de septem donis Spiritus sancti, insinuat ex harum prima de septem donis commemorante antecedentes: « Alias dixi vobis de lege decalogi, et modo dico vobis de gratia<sup>1</sup> ». Collationes tandem de septem donis excipiebant aliae *Collationes (sermones) de Hexaëmeron*, quarum rursus collatio 2. n. 1. et 3. n. 1 mentionem faciunt de illis ut iamdudum habitis<sup>2</sup>. Istaes autem ultimae Collationes de Hexaëmeron recitatae fuerunt Parisiis certe an. 1273 post Pascha, sed non fuerunt ad finem perductae, quia Bonaventura ad cardinalatum hoc anno a Gregorio X. fuit evehctus<sup>3</sup>; quae unica causa fuit interruptionis, ut patet ex additamento cuiusdam anonymi in codicibus et editionibus<sup>4</sup>.

Auctor Chronicorum XXIV Generalium, amandans has collationes erronee ad an. 1265, hac de re ita loquitur<sup>5</sup>: « Tunc enim (tempore evehctionis ad archiep. Eboracensem) vernali tempore idem Generalis Parisius existens, legit et exposuit primum capitulum libri Genesis, multis hinc inde quasi innumerabilibus ad lectionem confluentibus. Et inde reportatus est et confectus libellus, qui *de Septem Visionibus* vel *Luminibus* intitulatur. Sed antequam quintam visionem seu expositionem quinti diei complevisset, ad dictam praelationem electus, dictum librum incompletum dimisit ». Auctor Chronicorum igitur erravit, referens rem ad annum, in quo Bonaventurae proposita fuit a Clemente IV. dignitas archiepiscopalis; re vera autem intelligendus est citatus chronicista de posteriore promotione, eiusque verba referenda sunt ad annum, in quo Bonaventurae proposita fuit a Gregorio X. dignitas cardinalatus, id est ad an. 1273, ut infra dicetur; secus, ut iam Bonelli<sup>6</sup> monuit, intelligi non potest, quomodo illa a Clemente proposita, sed a Bonaventura non acceptata dignitas impedimento fuerit, cur Bonaventura opus de Hexaëmeron spatio octo annorum finire non potnerit.

20. Ad hoc tempus quoque, scilicet inter Capitulum Parisiense et Assisiense (1266-1269) inseritur ab auctore Chronicorum XXIV Generalium quoddam miraculum narratum, ut sequitur<sup>7</sup>: « Hic devotus Generalis, cum per multos dies, se indignum communionem Christi corporis reputans, minime celebrasset, Dominus eius humilitatem respiciens, cum una die Missam devotius audiret, ad eius confortationem una de particulis hostiae consecratae et iam per sacerdotem divisae solo Domini iussu in os eiusdem Generalis intravit et ipsum gustu suavissimo saginavit ». Fere iisdem verbis repetitur miraculum in Conformitatibus Bartholomaei Pisani. Hac occasione

<sup>1</sup> Ibid. tom. V. Prolegom. pag. XXXVI col. II.

<sup>2</sup> Ibid. tom. V. pag. XXXVI.

<sup>3</sup> Ibid. pag. XXXVI seq.

<sup>4</sup> Ibid. et pag. 449 seq.

<sup>5</sup> Analecta Francisc., tom. III. pag. 332.

<sup>6</sup> Prodrum., col. 53.

<sup>7</sup> Analecta Francisc., tom. III. pag. 334.

sit nobis licitum, saltem unam dotem afferre internam, pervadentem totum Bonaventurae cor et intellectum et relatam ab intimo eius Bernardo de Bessa<sup>1</sup>: « Hic sicut in luminibus scientiarum et maxime in Scripturis sacris videbatur miranda capacitate proficere, ita et in devotionis gratia continuum sumebat augmentum, siquidem omnem veritatem, quam percipiebat intellectu, ad formam orationis et laudationis divinae reducens continuo ruminabat affectu<sup>2</sup> ».

Ad idem tempus spectant quaedam minutiora facta, quae tamen in vitam publicam Bonaventurae et locum, ubi moratus sit, quandam lucem spargunt. Bonaventura enim petivit et anno 1267 a Capitulo generali Ordinis Cisterciensis obtinuit, ne fugitivi unius Ordinis recipiantur sine litteris commendatitiis in alterum Ordinem. Inter statuta huius Capituli legitur<sup>3</sup>: « Petitio Fratris Bonaventurae de Ordine Minorum, qui petit, quod in Ordine non recipiantur eorum fugitivi sine litteris commendatitiis, exauditur, et orationibus Ordinis ipsum Ordinem suum associat Capitulum generale ».

Aliud factum minutum ad annum 1268 narrat Franciscus Gonzaga<sup>4</sup> de Conventu Meduntino in Gallia, in quo Bonaventura frequenter moratus esse fertur. Adducit scilicet iste scriptor eximius quoddam instrumentum publicum, directum iussu Bonaventurae ad Municipium Meduntinae civitatis, quod ad hoc redit: « In Christo sibi dilectis Maiori Meduntensi et Communitati eiusdem Villae, Frater Petrus Minorum Fratrum in Francia Minister et Servus, salutem et pacem in Domino sempiternam. De voluntate Reverendi Patris nostri Fratris Bonaventurae Ministri volumus et acceptamus, quod sub dominio et patronatu Communitatis vestrae locus Fratrum Minorum de Medunta supponatur; Fratres autem loci et ipsum locum vestrae in Domino recommendamus caritati. Datum Atribati tempore provincialis Capituli. Anno Domini 1268 ».

Exeunte anno 1268, Bonaventura descendit in Italiam, ut paulatim praepararet Capitulum an. 1269 Assisii celebrandum. Hoc eruitur ex duobus factis, uno Assisii, altero Perusii habito. Sbaralea<sup>5</sup> enim adducit instrumentum publicum, ex quo apparet, Bonaventuram die 6 Decembris 1268 fuisse Assisii et ibi consensisse in cessionem factam Fr. Illuminato, tunc Ministro provinciali Umbriae, *nomine et vice totius universitatis Ordinis B. Francisci* de Ecclesia S. Ioannis de Mevania.

Adhuc unum factum, sed iam ad principium anni 1269, nempe ad sabbatum 12 Ianuarii refert

<sup>1</sup> Ibid. pag. 699. Idem repetit auctor Chronicorum XXIV Generalium (Ibid. pag. 324) omnesque alii chronistae Franciscales.

<sup>2</sup> Vide, quae diximus supra pag. 42 col. II. nota 2. 3; et pag. 49. col. II. seqq.

<sup>3</sup> Anecd. Martene et Durand, tom. IV. col. 1428.

<sup>4</sup> Orig. Seraph. Relig. (Romae 1587) pag. 562.

<sup>5</sup> Supplem. Scriptor. etc., pag. 170 col. II, « ex arch. Coenob. Mevaniae Min. Conv. ».

Bonelli<sup>1</sup>, ex archivio Perusino extractum et sibi a quodam V. Cl. Iosepho comite Garampio, canonico Vaticano, transmissum, his verbis: « Cum per Consilium Communis et Populi Perusini ordinatum esset, quod quoddam exenium usque ad quantitatem centum soldorum deberet fieri domino Fratri Bonaventurae de Ordine Minorum, quod loco eleemosynae habeatur; et etiam evidens causa videatur persona illius Fratris Bonaventurae, quod quidem in parva quantitate pecuniae tanto viro videatur fieri Consulibus Mercatorum et aliis quam pluribus hominibus etc., dominus Uguizo de Bictis consuluit, quod dictum exenium fieri debeat usque ad quantitatem XX Sol. denar. grossorum, quorum quilibet valeat XII denar. minutos » etc.

21. Anno igitur 1269 in festo Pentecostes adunavit Bonaventura Assisii Capitulum generale<sup>2</sup>. Quadruplex statutum, nempe cantationem Missae in honorem B. Virginis quolibet sabbato; recitationem sermonum ad honorem eiusdem; salutationem B. Virginis angelicam ad sonum campanae Completorii<sup>3</sup> (unde ortus esse videtur usus recentior); vetitum tandem, ne Fratres vasis stagnis vel vitreis utantur, invenitur tempore huius Capituli, relatum ab auctore Chronicorum XXIV Generalium his verbis<sup>4</sup>: « Anno Domini 1269 vel circa (re vera fuit hoc anno) hic Generalis Assisii generale Capitulum celebravit, in quo fuit definitum, quod ob reverentiam Virginis quolibet sabbato cantetur solemniter una Missa. Ad cuius etiam honorem Fratres populo praedicent, quod, quando auditur campana Completorii, ipsa Virgo beata aliquoties salutatur. Item, quod Fratres in mensis vasis stagnis non utantur nec etiam pro se cyatis vitreis in Conventu ». Salimbene<sup>5</sup> tantum haec habet: « Item millesimo supraposito (69) factum est generale Capitulum Assisii, *adhuc* generali Ministro Fratre Bonaventura; et nullus erat Papa, quia cardinales concordare non poterant ».

Comitiis celebratis, profectus esse statim videtur Bonaventura Parisios, cum ad eundem annum 1269

<sup>1</sup> Prodromus, col. 45. Recole ibidem, quod ex hoc nihil contra paupertatem Bonaventurae arguendum sit.

<sup>2</sup> Wadding., ad an. 1269 n. 4; cfr. Chronologia legalis, pag. 28.

<sup>3</sup> Idem iuxta auctorem Chronicorum XXIV Generalium (Analecta Francisc., tom. III. pag. 329 et 351) fuit statutum in Comitiis Pisanis 20 Maii 1263. De eadem renovatione decreti loquitur Wadding l. c. Utrum autem cantatio Missae in honorem B. Virginis omni sabbato decisa fuerit in utroque dicto Capitulo, ut vult Waddingus, an in Capitulo Assisienti an. 1269 demum, ut vult saepe laudatus, sed ignotus auctor Chronicorum, incertum est. Quidquid sit, hic auctor secundum veritatem scribit, in Capitulo Assisienti Bonaventuram instituisse *solum cantationem Missae in honorem B. M. Virginis*, minime vero scribit, eum instituisse cantationem Missae in honorem B. M. V. *immaculate conceptae*. Hoc ultimum et Wadding. (ad an. 1263 n. 16) et Album generale (pag. 204, not. 3.) et Bonelli (Prodromus, col. 35 seq.) et multi alii sustinebant; sed erronee; cfr. supra pag. 55 col. I. nota 9.

<sup>4</sup> Analecta Francisc., tom. III. pag. 351.

<sup>5</sup> Chronica, pag. 251.

immediate post relatum Capitulum auctor Chronicorum XXIV Generalium narret de quadam reformatione pro studentibus Universitatis his verbis<sup>1</sup>: « Hic Generalis Parisius ordinavit pro studentibus illuc de toto Ordine accedentibus, quod secundum quatuor octavarum Provinciarum, scilicet Hispanorum, Alamanorum, Lombardorum et Romanorum, essent ibi quatuor assistentes, qui pro studentibus utilia proponerent et humiliter procurarent ». Aliunde valde probabile est, Bonaventuram proprie hoc anno 1269 confecisse librum *Apologia Pauperum* contra Geraldum de Abbatisvilla, qui sedatas antea lites Universitatis iterum quodam pernicioso libro excitavit, ut supra diximus<sup>2</sup>. Fuit igitur Parisiis.

Censendum ceterum est, Bonaventuram mansisse diutius Parisiis insistentem operibus conscribendis, praelectionibus, sermonibus, curae Ordinis ac pietati, cum demum exeunte anno 1271 inveniamus eum extra Parisios, et quidem Viterbii.

22. Mortuo Clemente IV., Sedes apostolica diutius solito vacare coepit. Cardinales Viterbii adunati inter se convenire non poterant circa electionem novi Pontificis. Omnia, etiam regum, ad accelerandam electionem conamina remanserunt irrita. Venit quoque in hanc urbem Bonaventura, qui tandem effecit, ut ex sex candidatis propositis per compromissum celeriter eligeretur consilio eius Theobaldus Placentinus, archidiaconus Leodiensis, bene notus Bonaventurae et Legatus apostolicus in Syria<sup>3</sup>. Rem ita narrat Bartholomaeus Pisanus<sup>4</sup>: « Qui (Bonaventura) tantae reputationis, dum esset Generalis, fuit apud cardinales, ut, dum de electione Summi Pontificis in Perusio (debet esse *Viterbio*, eodem modo corrigendus Rodolphus) discordarent, libere omnes in eum vota sua compromiserunt, ut, si se vel alium in Papam nominaret, illum ipsum eligerent. Et ipse nominavit sanctissimum virum dominum Gregorium X, qui multis coruscavit miraculis et iacet Aretii in ecclesia maiori in dioecesi Aretina ». Non sustinemus opinionem Pisani, cardinales adeo compromisisse, ut seria voluntate Bonaventurae dedissent libertatem etiam *se* nominandi<sup>5</sup>; sustineri tamen potest, Bonaventurae consilio factum esse, ut cardinales eligerent Theobaldum. Hoc testatur gravissima auctoritas, Baptista de Iudicibus, versatissimus in processu canonizationis Bonaventurae, qui dicit<sup>6</sup>: « Cum cardinales Viterbii essent congre-

gati pro novi electione Pontificis, et Deo melius aliquid disponente, duobus annis in unum convenire non possent, essetque Bonaventura tunc Ordinis Generalis in ea urbe, cuius sanctitatis et integritatis fama per ora omnium volitabat, inspirante Deo, tantam habuit de illo totum Collegium fidem, tantaque apud Patres eius fuit auctoritas, *quod ad illius suasionem* et exhortationes, omnes congregati cardinales unanimiter, nemine discrepante, sanctiorem virum, quem cognoscerent, elegerunt, *quem eis B. Bonaventura nominaverat atque proposuerat*, id est Theobaldum Placentinum, archidiaconum Leodiensem, et quidem absentem (nam tunc erat in Syria), qui postea Gregorius X. appellatus est ».

Falso tamen dicitur, Bonaventuram, ut fama fert, advenientem Viterbium, suasisse civibus, ut clauderent portas et civitatis et palatii, ne cardinales tempore electionis egredi possent et celerius electionem perficere cogentur<sup>1</sup>; quam inclusionem eligentium novum Pontificem *conclave* vocitare solemus.

Theobaldus itaque, postquam Sedes vacavit fere tres annos, die 1 Septembris 1271 est electus, sed demum die 10 Februarii 1272 ex Oriente, a Fratribus Praedicatoribus et Minoribus accersitus, adventit Viterbium, ubi cardinales ipsum exspectabant, et Gregorius X. vocari voluit. Inde Romam profectus, die 27 Martii 1272 coronatus est<sup>2</sup>. Bonaventuram, a quo aliquatenus electio haec dependebat, secum Romam conduxit novus Pontifex, plurimum consilio eius fisis. Ita factum est, ut statim in assignandis: Legatis pro unione Graecorum sollicitanda totum negotium Bonaventurae committeret. Narrat enim auctor Chronicorum XXIV Generalium<sup>3</sup>: « Huius (Generalis) temporibus idem dominus Papa Gregorius X. ad partes Graeciae destinavit viros providos et probatos in officiis Ordinis, videlicet Fratrem Hieronymum de Esculo<sup>4</sup>, tunc Ministrum Slavoniae, cum sociis suis, quos *idem Generalis sibi obtulerat*, ut Graecos et Tartaros reducerent, relictis erroribus, ad Romanae Ecclesiae unitatem ». Quam assertionem auctoris Chronicorum XXIV Generalium historicam esse, confirmant ipsius Gregorii X. litterae<sup>5</sup>, in quibus socii

<sup>1</sup> Panfilo, l. c. pag. 636.

<sup>2</sup> Hefele, Conciliengeschichte (Freiburg i. B. 1890), vol. VI. pag. 41.

<sup>3</sup> Analecta Francisc., tom. III. pag. 352.

<sup>4</sup> Ibid. pag. 352, not. I.

<sup>5</sup> Epistolae Pontificis hac in re erant complures, quas Fratres dieti ferre debebant, et in quibus omnium quatuor Fratrum fit mentio. Prima ad Michaellem Palaeologum, imperatorem, emissa est apud Urbem veterem (Orvieto) IX. Kal. Novembris 1272 (Wadding., ad an. 1272 n. 4.); secunda ad patriarcham Graecorum, invitans eum ad Concilium (ibid. n. 5.); tertia inscripta ipsis *Fatribus Hieronymo de Esculo, Raymundo Berengarii, Bonagratiae de Sancto Ioanne in Persiceto, et Bonaventurae de Mugello de Ordine Minorum apostolicae Sedis Nuntiis*, continens instructionem, est data apud Urbem veterem VIII. Kal. Novembris 1272 (ibid. n. 6.); quarta scripta iisdem, concedens iis facultatem dandi salvum conductum, item data est apud Urbem veterem Nonis Novembris 1272 (ibid. n. 7.);

<sup>1</sup> Analect. Francisc., tom. III. pag. 351.

<sup>2</sup> Pag. 46 col. I. et II.

<sup>3</sup> Bonelli, Prodrumus, col. 49; Panfilo, Storia compendiosa, vol. I. pag. 636; Wadding., ad an. 1271 n. 1.

<sup>4</sup> Conformitates, lib. I. fruct. et conform. 8. part. 2. fol. 129 (cod. cit.).

<sup>5</sup> Ex pluribus scriptoribus, qui Pisanum secuti, illud affirmaverunt (Bonelli, Prodrumus, col. 49. not. 6. vocat istud historicum sphalma), notandus praecipue est Galesinus (Acta Sanctorum, 14 Iulii, Vita S. Bonaventurae, cap. 6. n. 76.). De diversis opinionibus consule Wadding., Annales, ad an. 1271 n. 1 seqq., qui in eligenda sententia castigatissime procedit.

<sup>6</sup> Apud Steph. Baluzi, Miscellanea, tom. IV. pag. 476 col. II. (Lucae 1764).



Hieronymi numerantur, scil. Raymundus Berengarii, Bonagratia de Sancto Ioanne in Persiceto et Bonaventura de Mugello, omnes de Ordine Fratrum Minorum.

23. Non diu autem permansit Bonaventura Romae, cum mox eodem anno reperiamus eum Pisis celebrantem ibidem secunda vice Comitia<sup>1</sup> generalia an. 1272, in quibus praeter alia emissa sunt nova decreta respicientia curam Sororum Clarissarum<sup>2</sup> et anniversarium solemne S. Ludovici IX, regis Galliae, post festum S. Bartholomaei institutum<sup>3</sup>.

Etiam hac vice, Comitiis celebratis, rediit statim Bonaventura Parisios, cum ex illa urbe scripserit paulo post, nempe die 16 Maii an. 1272, epistolam officialem ad Fratres Custodem et Guardianum Pisarum<sup>4</sup>, commendans iis curam Sororum Pisis commorantium. Parisiis morabatur Bonaventura per longius tempus. Anno 1273 die 11 Martii adhuc invenitur ibi, cum hoc die<sup>5</sup> directae sint ad ipsum litterae Gregorii X, quibus Pontifex imposuit ei officium inquirendi ubique ea quae in proximo concilio generali correctione indigerent. Ad idem tempus et quidem ad diem 20 Martii 1273 spectat epistola Bonaventurae directa ad abbatem sanctae Mariae Blesensis<sup>6</sup>, scripta valde benevole et caritative ad mutuam pacificationem et confirmans quandam cessionem a Provinciali factam.

De cetero Parisiis incubuit Bonaventura studiis, sermonibus et regimini Ordinis, ut ostensum<sup>7</sup> est, usquedum haec occupatio interrupta est evectioe Bonaventurae ad altiore dignitatem.

#### CAPUT IV.

##### *De electione S. Bonaventurae ad dignitatem cardinalitiam, de laboribus eius in Concilio Lugdunensi II. et de beata eius morte.*

I. Antequam loquemur de evectioe Bonaventurae ad dignitatem cardinalatus, operae pretium est praemittere ad instar incisi quaedam de relatione, quae intercedebat inter duos magnos viros et sanctos: Ludovicum IX, regem Galliae, et Bonaventuram. Non enim casu factum est, ut in secundo Capitulo Pisano anniversarium solemne S. Ludovici in-

quinta, directa ad omnes potestates, commendans nuntios omnibus, per quos transierat, item data est apud Urbem veterem IV. Kal. Novembris 1272 (ibid. n. 8.); sexta tandem ad regem Siciliae, ut det salvum conductum apocriariis imperatoris, data apud Urbem veterem VII. Id. Novembris 1272 (ibid. n. 9.).

<sup>1</sup> Wadding., ad an. 1272 n. 10.

<sup>2</sup> Papini, Storia di S. Francesco, part. II. append. n. 6; cfr. Pantflo, Storia compendiosa, vol. I. pag. 636 seq.

<sup>3</sup> Wadding., ibid. n. 10.

<sup>4</sup> Cfr. Bonav., tom. VIII. pag. 471. Epistola certe Parisiis data est, non in civitate Pisana, sicut dicit Bonelli, Prodromus, col. 51. Fuit igitur Bonaventura iam an. 1272 Parisiis, non deum initio an. 1273, ut ibidem Bonelli sustinet.

<sup>5</sup> Sbaralea, Bullarium Francisc., tom. III. pag. 197.

<sup>6</sup> Tom. VIII. pag. 473.

<sup>7</sup> Supra pag. 59 col. I. et II.

troductum fuerit; sed Bonaventura, memor amicitiae huius sancti regis, hoc ut primam gratiam tempore ipsius coronationis Pontificis a Gregorio X. impetraverat<sup>1</sup>. Ludovicus die 25 Augusti 1270 erat mortuus.

Sicut iste sanctus rex in devotis cum aliis sanctis Fratribus Minoribus colloquutionibus summopere delectabatur, ita quoque cum S. Bonaventura. Cum autem saltem quinque occasiones<sup>2</sup>, quibus isti duo viri secum familiariter collocuti esse dicantur, posteritati transmissae sint, hinc iure merito eorum relationem nomine amicitiae sanctae vocitare possumus.

Ex multis colloquiis conservatis in monumentis, haec breviter ponimus. Accidit, quod regis filius primogenitus esset mortuus. In quodam colloquio habito cum Bonaventura rex expressit suam tristitiam de mortuo filio, sed simul ostendit magnanimam virtutem perfectae unionis cum voluntate divina<sup>3</sup>. — Alia vice retulit rex Bonaventurae sermonem, quem habuit cum quodam, qui dixerat, regem habere duas coronas, nempe auream et spineam, debereque ad exemplum Iesu Christi tertiam, nempe incorruptibilem regni caelestis, laboribus acquirere<sup>4</sup>. — Nota, satis est divulgata illa inquisitio Ludovici et Bonaventurae de altissima quaestione philosophico-theologica: utrum homo posset praeeligere omnino non esse quam semper in tormentis esse, ut puta in inferno; vel utrum

<sup>1</sup> Wadding., ad an. 1272 n. 10.

<sup>2</sup> Omnes, exceptis duabus ultimis, inveniuntur in appendice ad Analecta Francisc., tom. I. pag. 413-419. In hac appendice continentur illae narratiunculae, quae aliqualem valorem historicum habent; tota harum collectio (in cod. Vatican. ser. Ottob. n. 522. membran. saec. XIV. fol. 142-306) offert exempla spectantia ad aedificationem et usum praedicatorum.

<sup>3</sup> « Cum mortuus esset eius (Ludovici) primogenitus, qui regnaturus erat, cum intine eum diligeret, cognoscens tamen voluntatem Dei, tanta patientia sustinuit, ut dicentibus sibi media nocte: Domine, quiescat et dormiat, nec ulterius turbemini; mortuus est enim puer; respondit: Si est mortuus, et ego eum vero amore dilexi et in diligendo, dum viveret, vere fidelis ei fui; dignum est, ut et in morte ostendam, eum me vere et fideliter dilexisse et animam eius diligere. Et propter hoc non dormiam, donec debitum ei persolvam et vere me diligere eum ostendam. Et vocato capellano, matutinum et Officium Defunctorum complevit pro anima eius ».

« Dixit Fratri Bonaventurae Ministro, quod sic sustinebat, ex quo Deus sic voluerat, quod nollet, eum non esse mortuum. Et cum respondisset Frater Bonaventura: Domine, quomodo est hoc? dixit: Credo et scio, Deum sic voluisse, et ex quo Deus sic voluit, nulla ratione deheo velle contrarium; immo acceptare quod Deo placuit, et non rebellis esse divinae voluntati. — Dixit amicis (?): Quantum doleam vix posset credi. Sed licet magno de morte eius dolore afficiar, tamen mihi ipsi vim inferam, ita quod exterius apparere non poterit. Et sicut dixit, ita et fecit, ut omnis populus vidit ». Ibid. pag. 413-414.

<sup>4</sup> « Idem (Minister generalis refert). Dicebat ei rex Franciae, quendam ad se accessisse et sibi dixisse: Dominus Deus noster habet tres coronas, unam auream, aliam spineam, tertiam incorruptibilem, scilicet regni caelestis. Duas vobis contulit, sed consulo, quod tertiam laboretis acquirere, quia sine illa aliae parum valent. Videtur mihi, inquit rex, quod multum bene locutus sit, unde verba eius intraverunt cor meum. Ministris autem idem commendabat ». Ibid. pag. 415.



quis deberet praeeligere illud<sup>1</sup> etc. — Pietosum valde et consolans est colloquium illud horum virorum, quando filius regis Petrus vult ingredi in Ordinem Minorum, dum mater tristis evadit, et pater non vult filium impedire servire Deo<sup>2</sup>. — Semel colloquuntur de vitio avaritiae, quae est causa, cur homines in cetera vitia labantur et pereant<sup>3</sup>. — Item, « hic Generalis (Bonaventura) ad instantiam domini ac sancti Ludovici, regis Franciae, officium devotissimum de Cruce composuit<sup>4</sup> ». — In eodem codice<sup>5</sup> invenitur quaedam relatio non inserta in Analectis nostris, ex qua sequeretur, Bonaventuram habuisse fratrem carnalem, qui eum rogabat, ut apud regem intercederet pro obtinenda ei praebenda. Responsio istud denegans est digna S. Bonaventura<sup>6</sup>. — Pretiosa quoque, quamvis

<sup>1</sup> « Refert Frater Bonaventura, generalis Minister, dominum Ludovicum Francorum regem quaesivisse ab eo de illa quaestione, utrum videlicet homo posset praeeligere omnino non esse quam semper in tormentis esse, ut puta in inferno; vel utrum quis deberet praeeligere illud etc. Cui cum respondisset dicens: Domine, quaestio ista duo includit, scilicet perpetuam Dei offensam — neque enim aliter Deus iustus iudex perpetuam infligeret poenam — et interminabilem ipsius poenae sufferentiam, et nullus debet eligere in perpetua Dei offensa remanere; et ideo praeeligendum est non esse quam esse hostem Dei perpetuum. Addidit ipse piissimus Dei cultor et christianissimus rex: Ego teneo me cum sententia Fratris Bonaventurae, et assero vobis, ait circumstantibus, quod ego mallet et praecligerem omnino non esse et in nihilum redigi quam in aeternum vivere in hoc mundo et semper regnare, sicut regno, cum perpetua offensa Creatoris mei. Oh! virum mirabilem inter mundi principes, orthodoxae fidei singulare lumen, qui nec mori timuit, immo in nihilum redigi, quod natura horret, minime recusavit, ubi absque Dei offensa haberi vita non possit; qui naturale esse maluit perdere, quam in regni deliciis regnique gloria cum Dei offensa perpetuo regnare ». Ibid. pag. 415; cfr. tom. I. pag. 860 (l. Sent. d. 48. dub. I.); et P. Fidelis a Fanna, Ratio, pag. 219 seq.

<sup>2</sup> « Refert Frater Bonaventura: Begina, inquit rex ad me, molestatur nimis, quia dicitur ei, quod Petrus, filius noster, velit intrare Ordinem Fratrum Minorum. Cui dixi: Habeatis pacem, et nolite tantum de hac materia loqui; tantum enim possetis verba revolvere, quod iuvenis, etsi voluntatem non haberet, fortassis concipiet. Confido namque de Ministro ipsorum, Fratre Bonaventura, quod tantum diligit me, ut hoc non faceret, nisi mihi praediceret. Et nunquid, Frater Bonaventura, non verum dixi? Talia per modum sancti solatii dicebat mihi rex. Cui respondi: Domine, si filius vester huius rei causa venerit ad me, ego referam vobis et ponam super conscientiam vestram. Respondit rex: Non, Frater Bonaventura, hoc non fiet; nolo, quod super conscientiam meam istud relinquatur, si filius meus velit Deo servire, quod ego impediam eum. Pius revera et bonus rex! qui sic pius, sic bonum ad Deum gerebat animum, ut carere mallet solatio filii quam ipsum retrahere a servitio Dei ». Ibid. pag. 416.

<sup>3</sup> « Regi Franciae interroganti, pro quo vitio plures homines perirent, respondit Frater Bonaventura, quod vitio avaritiae, quia ad illud omnes homines quasi inclinantur, et casti et continentis et etiam parvuli, ut videmus; non sic ad alia vitia ». Ibid. pag. 416.

<sup>4</sup> Analecta Francisc., tom. III. pag. 331; cfr. noster tom. VIII. Proleg. pag. XXI; et textus ibid. pag. 152.

<sup>5</sup> Biblioth. Vatic. cod. Ott. 522. saec. XIV. fol. 321. in 16.

<sup>6</sup> « Cum frater Fratris Bo. (naventurae) rogaret eum, ut a rege sibi impetraret praebendam, respondit: Vis mihi frater os claudere? Qua fronte alios possem hortari et inducere ad

directe non spectet ad Bonaventuram et Ludovicum, est relatio Bonaventurae de quodam colloquio<sup>1</sup>, quod habuerunt Fratres de Burgundia cum Delphino, filio regis Ludovici.

2. Anno 1273 die 3 Iunii Bonaventura una cum beato Petro de Tarantasia Ordinis Praedicatorum cardinalis renuntiatus est Urbeveteri (Orvieto), ubi Papa a mense Maio usque ad diem 5 Iunii residebat, postquam Bonaventura ante Pentecosten (die 28 Maii) iam electus erat<sup>2</sup>. Electio Bonaventurae in cardinalem erat factum nimis praeclarum, ut in testimoniis coevorum non relinqueret multa vestigia. Primus est Bernardus de Bessa<sup>3</sup>, qui tamen haec tantum pauca habet: « Hunc dictus dominus Gregorius X. cardinalatum episcopatus Albanensis coëgit suscipere ». Diffusius, sed in globo, rem refert Salimbene<sup>4</sup>: « Anno Domini 1276, indictione IV, in mense Ianuarii, 21. die eiusdem mensis, in festo sanctae Agnetis, electus fuit in Papam Frater Petrus de Ordine Fratrum Praedicatorum de Burgundia, de civitate Tarantasia, qui cum esset archiepiscopus Lugdunensis, fecit eum cardinalem Papa Gregorius decimus, sicut et Fratrem Bonaventuram generalem Ministrum Ordinis Fratrum Minorum et magistrum Petrum Hispanum et alios duos ». Item diffuse Ptolomaeus Lucensis<sup>5</sup>: « Illic (Gregorius X.) fecit unam ordinationem cardinalium proborum virorum, inter quos duo fuerunt magistri in theologia, quorum unus de Ordine Praedicatorum... vocatusque est Frater Petrus de Tarantasia... Secundus fuit Frater Bonaventura de Ordine Fratrum Minorum, qui similiter fuit magister in theologia et Minister generalis dictorum Fratrum, natione Tuscus, vita et doctrina admodum graciosus ». Auctor Chronicorum XXIV Generalium insistens omnino vestigiis Bernardi item haec tantum

contemptum mundi et Religionis ingressum, si tibi ea quae mundi sunt, procurarem; et manendi in saeculo et saeculum diligendi occasionem dare procurando talia? » Ibid. fol. 167 r.

<sup>1</sup> « Refert Fr. Bonaventura, Minister generalis, quomodo Fratres de Burgundia assererent, dicentes: Talis Frater, homo valens, magno illi domino Delphino graviter infirmo dixit, cum gratia visitandi accessisset ad eum sicut homo sibi notus: Ecce, domine, laudare Deum debetis, quia pulcherrimam cameram, lectum mollem et omnia necessaria etc. Qui respondens, ait: Vos, Fratres, super plumetum lectum quiescitis, ego autem super spinas iaceo, et non plumis mollem et suavem mihi praebentibus decubitus, sed pro spinis pungentibus instructum habeo lectum; verum in hoc differimus, quod vos spinas habetis exterius in corpore, ego intus in corde; vos in corde plumas, ego solum in corpore. Ecce, hic iacens in lecto isto sic parato, sic molli, gravibus spinarum punctationibus laceror, cogitans de statu meo, cogitans et timens, ne hostes mei terram meam invadant. Modo cogito de castro illo, qualiter possit defensari, modo de re illa et illa, de illo negotio et illo, et ita nunquam in corde quietem habeo. Erat enim homo in multis guerris » (sic). Ibid. fol. 227 r.

<sup>2</sup> Cfr. Wadding., ad an. 1273 n. 10; Sbaralea, Scriptores, v. Bonaventura; Hergenröther, Kirchengesch., vol. I. pag. 817.

<sup>3</sup> Analecta Francisc., tom. III. pag. 701.

<sup>4</sup> Chronica, pag. 268.

<sup>5</sup> In Scriptor. Rer. Ital., tom. XI. Hist. Eccl. Nov. L. 23. c. 22.

verba brevia habet <sup>1</sup>: « Anno vero Domini 1274 <sup>2</sup> tempore vernali idem Generalis Parisius existens vocatus fuit a domino Papa Gregorio praedicto, qui ipsum accipere cardinalatum et episcopatum Albanensem coëgit ».

Nuntius venit Parisios, ut traderet Bonaventurae diploma pontificium, quod adhuc strictius quam supra nominatum diploma Clementis IV. *praecepit* ei, ut *huic provisioni sine cuiusquam difficultatis obice acquiesceret et ad praesentiam Pontificis absque tarditate aliqua morosae cunctationis accederet*. Diploma hoc <sup>3</sup> emissum Florentiae die 23 Iunii 1273 (IX. Kal. Iul.) est tanti momenti, ut illud maiori ex parte hic reportemus:

« Dilecto filio Fratri Bonaventurae Ordinis Minorum generali Ministro, electo Albanensi, salutem et apost. benedictionem. Nostrae promotionis auspiciis (an. 1271 Kalendis Septembris factae) id inter cetera desiderabilia cordis nostri propensiori putavimus procurandum esse consilio, id maioris attentionis instantia promovendum, ut Ecclesiae, quae multa tempestate convellitur, lapides per ordinem sternerentur, et ipsa fundata solidius in saphiris haberet sua propugnacula, iaspidem et desiderabiles lapides, terminos suos et doctos a Domino filios universos; sicque in iustitia fundaretur et multitudinem pacis filiis suis effundens, a calumnia recederet nec timeret eandem et a pavore nec appropinquaret eidem. Hoc attentioribus agere consideravimus animis, ad hoc multa sollicitudine et diligentia insistendum. Hinc, quoniam pluribus diebus et noctibus in multa lucubratione deductis, ad illum praecipue levavimus oculos, cuius negotium agebatur, supplicantes humiliter et supplicatione humili postulantes, ut ipse, suae lumine claritatis illustrans mentis nostrae iudicium et in suo beneplacito dirigens actus nostros, sua immensa pietate concederet, tales nostro ministerio ad praecminentiam cardinalatus, quorum vita viventes instrueret, quorum fama, dum in omni loco Christi bonus odor existeret, reficeret audientes, quorum consilio confidenter muniti, possemus in dubiis et de ipsorum suffragiis divinum sperare auxilium in adversis, et demum, cum Fratribus nostris cogitationibus profundis instantes et frequentibus collationibus habitis, cum eisdem ad personam tuam, quam virtutum Dominus multis patentibus et latentibus, ut credulitate firma tenemus, virtutibus insignivit, una cum quibusdam aliis a Domino electis, ut credimus, ad honorem huius ministerii eligendam nostrae convertimus considerationis intuitum et de ipsorum Fratrum consilio Albanensi Ecclesiae tunc vacanti de te duximus providendam, te in episcopum praeficientes eidem; ideoque discretionis tuae praesen-

tium tenore *praecipiendo mandamus*, quatenus huic provisioni nostrae in humilitate spiritus *sine cuiusdam difficultatis obice acquiescas*. Praecipimus quoque, ut *ad praesentiam nostram absque tarditate aliqua morosae cunctationis accedas*, una cum omnibus divinis obsequiis et universalis Ecclesiae servituti vacaturus ».

Quo celerius Bonaventura illud Pontificis: *praesentiam nostram absque tarditate aliqua morosae cunctationis accedas*, exsequi posset, curam rex Carolus I. de Andegavia (Anjou). Is enim, tunc Urbiveteri apud Papam moratus, dedit litteras ballivo ad ballivum in Andegavia et decanum S. Martini Andegavensis directas, in quibus ordinat parandas equitaturas ceterasque expensas, ut Bonaventura celeriter peragere posset. Prima <sup>1</sup> epistola huc redit: « Scriptum est ballivo in Andegavia et decano S. Martini Andegavensis. Cum nos de promotione ven. Fratris B(onaventurae), quondam generalis Ministri Ordinis Minorum, in episcopum Albanensem electi, ingere repleti gaudio nostras super hoc ei litteras dirigimus, eius ad apostolicam Sedem celerem expectamus adventum; volumus et districte vobis praecipimus, quatenus, *sicut nostram curam habetis gratiam*, statim, receptis praesentibus, ex parte nostra equitaturas ac expensas omnes necessarias ad ipsius sibi offerre gratanter et honorifice, si eas acceperit, ministrare curetis, nullam in iis commissam negligentiam vel defectum, sicut *indignationem nostram cupitis evitare*. Datum apud Urbemveterem XVIII. Maii primae indictionis ». Haec dies et indictionis est re vera 18 Maii 1273. Altera <sup>2</sup> epistola habet eandem tenorem, directa ad eosdem. His adiungitur ibidem mentio tertiae epistolae his verbis: eodem die ibidem similes (litterae) factae sunt eisdem pater eodem Fratre B(onaventura). Discrepant autem duae epistolae supra dictae in assignando die; dum enim prima habet XVIII. diem Maii primae indictionis, secunda fert XXVIII. diem Maii primae indictionis. qua diversitate primum est deducere, vel ejectionem Bonaventurae ad cardinalatum locum habuisse iudicari ante diem 18 Maii, vel probabilius amanuensem primae epistolae omisisse per incuriam numerum diei ante XVIII. Maii primae indictionis.

Traditio universalis, cuius hae in re discrepantes interpretes est Waddingus <sup>3</sup>, narrat, Bonaventuram profectum Parisiis, pervenisse in coenobium Nemo de Mugello, Conventum Fratrum prope Florentiam, et ibi, dum ipse tergeret utensilia culinae, advenisse legatos Pontificios, ferentes ei galerum cardinalitium, sed eum prius legatos audire noluisse, antequam illum laborem non explevisset, immo oblatum galerum in ramum arboris, dictae *corni*, appendere iussisse; demum, expleto munere, verbis: *Postquam*

<sup>1</sup> Analecta Francisc., tom. III. pag. 352 seq.

<sup>2</sup> Chronista erravit, non isto enim, sed praecedenti anno hoc factum est, ut diximus supra, et ut patebit infra adhuc.

<sup>3</sup> Marianus de Ebulo, Formularium litterarum apostolicarum, lib. I. fol. 61; et Wadding., Annales, tom. IV, additiones ad tom. II. pag. 22; et Sbaralea, Bullarium Francisc., tom. III. pag. 205.

<sup>1</sup> Archivum Status Neapolitani, sign. Regest. A. n. 3. 1269 fol. 64.

<sup>2</sup> Ibid. sign. Regest. A. n. 34. an. 1279. fol. 19.

<sup>3</sup> Ad an. 1273 n. 12.

*Fratris Minoris explevimus munera, experiamur ista graviora; salutaria haec et salubria, mihi credite, Fratres; illa vero magnarum dignitatum ponderosa et periculosa!* eum appropinquasse ad legatos eosque honorifice excepisse et galerum sumsisse.

Praefata traditio de accepto ibi signo cardinalitatis confirmatur antiqua Legenda<sup>1</sup> atque verbis Pisani<sup>2</sup>: « Custodia Florentina habet... locum de Nemore, in quo fuerunt plures Fratres Regulae observantia decorati. In hoc loco etiam fuit beatus Franciscus, et *Fr. Bonaventura cardinalis noster primus, ibidem capellum recepit* ». Porro, certum quoque est, eum mox praesentiam Pontificis adiisse, quia ideo in Italiam venit, ut obediret voci Pontificis: *ad praesentiam nostram absque tarditate aliqua morosae cunctationis accedas*<sup>3</sup>; sive, ut loquitur Sbaralea<sup>4</sup>, « Bonaventura mense Iulio Mugellum in Tuscia pervenit ibique galero insignisque cardinalitatis ornatus, comitem se dedit B. Gregorio X. Lugdunum ad Concilium generale proficiscenti, quo mense Novembri exeunte pervenit »; quia re vera isto tempore Gregorius has regiones transibat, ut coaevus Salimbene<sup>5</sup> testatur: « Anno Domini 1273, indictione I, in 27 die mensis Septembris, scilicet in festivitate Sanctorum Cosmae et Damiani, venit dominus Papa Gregorius decimus in civitatem Regium cum *cardinalibus suis*; et hospitatus fuit ad Monasterium S. Prosperi; et sequenti die ivit Parmam. Festinabat enim ire Lugdunum ad Concilium faciendum ». Utrum autem Bonaventura in comitatu Papae fuerit usque ad Lugdunum, ut innuere videtur Bernardinus de Coreis<sup>6</sup>; utrum sese huic comitatu adiunxerit in ipso Mugello, ut inferre satagit Bonelli ex antiquo Ioanne Villani<sup>7</sup>, an in alia civitate, explorari hucusque nequit.

Ad idem tempus, quo iam Bonaventura cardinalatus dignitate investitus erat, spectant duae epistolae cuiusdam Henrici de Ysernia, qui Bonaventurae favores expetit qua notarius sive secretarius regis Bohemiae, Ottocari. In prima epistola<sup>8</sup> laudibus effertur Bonaventura summis, in altera<sup>9</sup> supplicatur Bonaventura, ut in favorem Henrici ad regem Bohemiae scribat. Ex quo colligere licet, quantopere Bonaventura isti regi Ottocaro acceptus fuerit, cum iudicaretur idoneus, qui etiam pro aliis a rege favores impetraret.

Ordinem urgebat quoque negotium electionis novi Ministri generalis, cum Bonaventura qua epi-

scopus et cardinalis regere eum amplius non posset. Fuit autem successor Bonaventurae in regimine Ordinis Hieronymus de Asculo, qui tamen tempore electionis non adfuit, ut narrat coaevus Bernardus<sup>1</sup>: « Huius (Bonaventurae) tempore Frater Hieronymus, qui ei in regimine Ordinis successit, legatus ad Graecos missus est et cum solemnibus Graecorum nuntiis rediit tempore congregati Concilii in Lugduno ». Et paulo infra idem, postquam innuit, electionem factam esse, iam Concilio inchoato, et quidem in Capitulo Fratrum eodem tempore et in eadem urbe convocato, sic prosequitur<sup>2</sup>: « Hoc Fratre (Bonaventura) ad cardinalatum assumpto et tempore Concilii generalis Capitulo Lugduni congregato 1274, Frater Hieronymus praedictus absens, quia nondum a legatione redierat, in generalem Ministrum electus est<sup>3</sup> ». Idem repetit auctor Chronicorum XXIV Generalium, inquit<sup>4</sup>: « Et in eodem loco Lugduni fuit generale Capitulum congregatum *tempore Concilii* generalis, in quo Frater Hieronymus praedictus ad generale regimen Ordinis,

<sup>1</sup> Analecta Francisc., tom. III. pag. 700.

<sup>2</sup> Ibid. pag. 701.

<sup>3</sup> Subiungimus hic quandam epistolam S. Bonaventurae adscriptam, quam non posuimus neque in editione nostra neque hic in textum, cum eius authenticitas non videatur omnino certa, ut liquet ex subscripto anno 1272, in quo Lugduni certe non fuit celebratum Capitulum, sed an. 1274; anno vero 1272 fuit quidem Capitulum, sed Pisis secunda vice. Quo non obstante, ponimus eam hic ad an. 1274, ad quem signandum facilius potuit error irreperere, quam in signando verbo Capituli *Lugdunensis*. Haec epistola spargit aliquam lucem in diversas tunc florentes congregationes sive confraternitates, quae cum Bonaventura saepe communicabant. (Vide quae hac de re diximus supra pag. 156 col. II. n. 16.). Exstat haec epistola Cremonae, Biblioth. Publica, Cod. C. VII. 12. membran. in 8. saec. XIV. Postquam compiler fol. 3 r. seqq. enumeravit « ordinationes *piae congregationis* beatissimae Virginis ac beatissimi confessoris Francisci apud Fratres Minores de Brixia... », prosequitur fol. 20 r.:

« Littera recommendationis omnium Fratrum de congregatione, quam habuerunt, a Ministro generali in Capitulo generali celebrato apud Lugdunum. — Dilectis in Christo ministro et Fratribus *congregationis beatae Virginis* in civitate Brixisiensi Fr. Bonaventura Ordinis Fratrum Minorum generalis Minister et servus salutem et pacem Dei, quae exsuperat omnem sensum. Divini muneris donativa sacrae communionis participatione proficiunt et eo copiosius intra possessorum mentes exuberant, quo liberalius in proximorum subsidia diffunduntur. Hinc est, quod vestram devotionem attendens, quam ob Dei reverentiam ad nostrum Ordinem geritis, certis beneficiorum indicis comprobata, dum Fratrum nostrorum inopiam sub obtutu praemiorum caelestium per continuae pietatis subsidia misericorditer relevatis, Christoque non immerito acceptabile fore, piis ipsam beneficiorum vicissitudinibus compensari, vos ad universa et singula nostrae Religionis suffragia tam in morte recipio quam in vita, plenam vobis participationem bonorum omnium tenore praesentium concedendo, quae per Fratres nostros, ubicumque terrarum morentur, operari dignabitur clementia Salvatoris. Data Lugduni anno Domini 1272 tempore generalis Capituli ».

<sup>4</sup> Analecta Francisc., tom. III. pag. 353. Paulo infra (pag. 355 seq.) prosequuntur eadem Chronica: « Nonus Generalis fuit Frater Hieronymus de Esculo, Provinciae Marchiae, electus Lugduni anno Domini 1274 tempore generalis Concilii ibidem, ubi per dominum Fratrem Bonaventuram, istius praedecessorem, fuerat generale Capitulum congregatum ».

<sup>1</sup> Citata a Waddingo ibid.

<sup>2</sup> Cod. cit. lib. I. fructus et conform. 2. part. 2.

<sup>3</sup> Vid. diploma Pontificium pag. 164 col. I.

<sup>4</sup> Scriptores, v. Bonaventura, pag. 170 col. II.

<sup>5</sup> Chronica, pag. 261.

<sup>6</sup> Apud Bonelli, Prodrum., col. 59, et ibid. nota (b) citatur: Hist. Mediolan. part. 2. ad an. 1273.

<sup>7</sup> Ibid. col. 56.

<sup>8</sup> Vide nostrum tom. IX. Introductio, pag. 3 seq. et ibid. nota 9, ubi tenor epistolae et fontes archiviales notantur.

<sup>9</sup> Ibid. et Bonelli, Prodrum., col. 58 in fine.

nondum a legatione reversus, concorditer est electus ». Erat hoc in festo Pentecostes die 20 Maii an. 1274<sup>1</sup>. Hieronymus vero reversus est paulo post, die nempe 4 Iulii secundum computationem Waddingi<sup>2</sup>, die vero 24 Iunii secundum Hergenröther<sup>3</sup>.

3. Bonaventura re vera regimen Ordinis depone-  
re debuit, cum omnes eius vires absorberentur  
ad ordinationem negotiorum Concilii generalis. Istud  
enim interim iam Lugduni congregatum expediebat  
celeriter et prospere res maximi momenti<sup>4</sup>. Quales  
partes in genere habuerit in dicto Concilio Bonaven-  
tura, narrat eius secretarius Bernardus<sup>5</sup>: « Ille  
dictus dominus Gregorius X. cardinalatum episcopa-  
tus Albanensis coëgit suscipere; cuius praesentia et  
sapientia in illo Concilio a Deo videtur in defensionem  
Religionum contra multos et magnos adversarios  
fuisse praeparata ». Idem repetit et aliis gravio-  
ribusque notitiis complet auctor Chronicorum XXIV  
Generalium<sup>6</sup>: « Et tunc (an. 1274) fuit in Lugduno  
generale Concilium celebratum, mense Maio inchoa-  
tum. Cuius (Bonaventurae) praesentia et sapientia in  
illo Concilio a Deo videtur in defensionem Religio-  
num Mendicantium contra multos et magnos adver-  
sarios fuisse praeparata. In eodem namque Concilio  
erant inter alios tres Praelati nobiles Fratres Mino-  
res, videlicet episcopus Tripolitanus et dominus Fra-  
ter Odo Rigaldi, archiepiscopus Rhotomagensis, ma-  
gister in theologia, et dominus Frater Bonaventura,  
cardinalis praedictus. *Qui ex domini Papae iussione  
principaliter negotia Concilii pertractabant.* Quod  
quidam attendens, motus invidia, composuit illos  
vulgatos versus:

Rothomagensis anus et praesul Tripolitanus  
Ac Bonaventura tractant papalia iura,  
Ordinis immemores, qui tales spernit honores ».

Cum inter alios, ut dicit adductus chronista, Bo-  
naventura *ex domini Papae iussione principaliter  
negotia Concilii pertractaret*, factum est, ut progressu  
temporis fama sit orta, eum in praevis sessionibus  
munus Praesidis gessisse. Cuius famae est sollemnis  
interpretes Sixtus IV. Pontifex Maximus, dicens<sup>7</sup>:  
« Non fefellit (cardinalis Bonaventura) exspectationem  
Summi Pontificis (Gregorii X.), ac sacri Senatus opti-  
mus Deoque amicissimus vir; sed in Concilio Lug-  
dunensi *praesidens*, omniaque ad Dei laudem diri-  
gens, sedatis discordiis difficultatibusque sublatis,  
ipsi Ecclesiae maximo usui fuit et ornamento ». His

<sup>1</sup> Wadding., Annales, index, v. Hieronymus de Asculo; Ioannes de Komorowo, Memoriale, pag. 106; Eubel, Provinciale, pag. 64; Moroni, Dizionario, vol. 48. pag. 10; P. Panfilo, Storia compendiosa, vol. II. pag. 1 seqq.

<sup>2</sup> Wadding., ad an. 1274 n. 6.

<sup>3</sup> Kirchengeschichte, vol. I. pag. 818.

<sup>4</sup> Hefele, Conciliengeschichte, vol. VI. pag. 132-134.

<sup>5</sup> Analecta Francisc., tom. III. pag. 701.

<sup>6</sup> Ibid. pag. 353.

<sup>7</sup> Tom. I. Praef. general. pag. XL § 10, et Acta Sanctorum, die 14 Iulii, Vita S. Bonaventurae, pag. 831 n. 5.

dem elogiis hoc munus effert Sixtus V.<sup>1</sup>: « Qui (Gregorius X.) in eius virtute et sapientia ita acquiescebat, ut Concilii recte dirigendi et administrandi partes *ei praecipue* tribuendas esse decerneret »; Bonaventura enim secundum Robertum Liciensem et Aristum<sup>2</sup> et Galesinium<sup>3</sup> et alios, mandante Pontifice, omnia in sessionibus privatis congerere et parare debebat.

Concilium convocatum fuit, ut deliberaretur praecipue de unione Graecorum, de subsidio Terrae sanctae et de disciplina ecclesiastica. Aperta fuit prima sessio eius die 7 Maii. Inter primam et secundam sessionem habuit locum praedictum Capitulum generale Ordinis Minorum, in quo, praesidente Bonaventura, absens Hieronymus ab Asculo electus fuit Minister generalis, ut dictum est. Die 18 Maii habita est secunda Concilii sessio; qua finita, perlectae sunt coram convocatis denuo praelatis litterae transmissae a nuntiis Fratribus Hieronymo et sociis ceteris de mox advenientibus ad Concilium legatis Graecis<sup>4</sup>. Qua occasione, ut narrat oculatus historicus Concilii<sup>5</sup>, « Frater Bonaventura, Albanensis episcopus, sermocinatus est, proposito themate, quod legitur Baruch<sup>6</sup>: *Exsurge, Ierusalem, sta in excelso et circumspice ut Orientem et inde collige filios tuos ab Oriente usque ad Occidentem* ». Die 7 Iunii habita est tertia sessio; post quam, die scilicet 24 Iunii, adven-  
runt numerosissimi praelati et legati Graeci<sup>7</sup>; die vero 4 Iulii etiam legati Tartarorum pervenerunt<sup>8</sup>. Interim autem die 29 Iunii Pontifex ipse Missam solemnem celebravit, in qua Epistola et Evangelium et Credo cantata fuerunt tam in Latino quam in Graeco; Bonaventura autem fecit sermonem<sup>9</sup>. Die 6 Iulii habita est quarta sessio, in qua tandem unio cum Graecis denuo contracta est<sup>10</sup>; et ita Bonaventura

<sup>1</sup> Tom. I. loc. cit. pag. XLVII § 6. et Acta Sanctorum, loc. cit. pag. 835 n. 7.

<sup>2</sup> Apud Bonelli, Prodrum., col. 59.

<sup>3</sup> In vita inserta Actis Sanctorum, loc. cit. pag. 838 cap. 7. n. 78.

<sup>4</sup> Hic testis oculatus et historicus dieti Concilii, ad rem narrat: « Item, pendente termino tertiae sessionis, Frater Hieronymus et Frater Bonagratia de Ordine Fratrum Minorum, qui missi fuerant nuntii cum duobus Fratribus per Romanam Ecclesiam ad Graecos, *miserunt quasdam litteras domino Papae*, de quibus ipse dominus Papa multum gavisus est et fecit vocare omnes praelatos in maiore ecclesia Lugdunensi; et ibi, omnibus praelatis existentibus in cappis suis, Frater Bonaventura... ». Conciliorum tom. 28. (Parisiis 1644) pag. 528.

<sup>5</sup> Ibid.

<sup>6</sup> Baruch. 5, 5.

<sup>7</sup> Conciliorum tom. 28. ibid. et Analecta Francisc., tom. III. pag. 356: « Tandem, nondum finito Concilio, cum solemnibus Graecorum nuntiis rediit (Hieronymus), negotio, pro quo ierat, feliciter expedito ». Cfr. Hefele, Conciliengeschichte, vol. VI. pag. 134.

<sup>8</sup> Ibid. et Analecta loc. cit.: « Adfuerunt etiam in eodem Concilio, per eundem Fratrem Hieronymum adducti, nuntii Tartarorum ». Tres horum die 16 Iulii baptizati sunt.

<sup>9</sup> Conciliorum tom. 28. pag. 529: « Quibus dictis, Frater Bonaventura fecit sermonem suum usque ad finem ».

<sup>10</sup> Hefele, ibid. pag. 142 seqq.



adhuc assistere potuit felici exitui Concilii et iubilanti *Te Deum*. Abhinc enim Concilium orbatu assistentia Bonaventura.

4. Etenim<sup>1</sup> « eodem anno et mense, die Dominica, decima quinta eiusdem, hora matutinali obiit clarae memoriae Frater Bonaventura, Albanensis episcopus, qui fuit homo eminentis scientiae et eloquentiae, vir quidem sanctitate praecipuus, vita, commiseratione ac moribus excellentissimis decoratus, benignus, affabilis, pius et misericors, virtutibus plenus, Deo et hominibus dilectus, qui sepultus est ipso die dominico in loco Fratrum Minorum Lugduni, cuius exsequiis interfuit dominus Papa cum omnibus praelatis, qui erant in Concilio, et tota curia. Et Frater Petrus, Ostiensis Episcopus, celebravit Missam et praedicavit, proposito themate, scilicet: *Doleo super te, frater mi Ionatha*<sup>2</sup>. Multae lacrymae et gemitus ibi fuerunt. Hanc ei gratiam concesserat Dominus, ut quicumque eum videbant, ipsius amore incontinenti caperentur ex corde ». Ne hanc relationem testis et historici synchroni dicti Concilii Lugdunensis abrumpamus, prosequimur narrationem de desolatione totius Concilii post mortem Bonaventurae<sup>3</sup>: « Eodem anno et mense, die decima sexta eiusdem, facta est quinta sessio, in qua... dominus Papa allocutus est Concilium, dicens, quomodo Ecclesia Dei inestimabile damnum perpessa fuerat ex obitu Fratris Bonaventurae, Albanensis episcopi, et mandavit omnibus praelatis et omnibus presbyteris per totum mundum, ut quilibet eorum unam Missam deberet cantare pro anima ipsius et aliam pro animabus omnium aliorum, qui mortui sunt adveniando, stando, seu redeundo ad Concilia, sive ad Concilium. Et... continuavit aliam sessionem (ultimam) in crastinum, scilicet decimam octavam eiusdem, et sic dissoluta est quinta sessio ».

Sicut iste testis, ita quoque alter synchronus<sup>4</sup> innuit, quod tempore huius Concilii « magna mortalitas fuit, et obierunt ibi plures cardinales et multi praelati et alii sine numero ». Tam ista communis mortalitas quam gravitas negotiorum et laborum tempore Concilii Bonaventurae imposita, ut opinatur Baptista de Iudicibus<sup>5</sup>, quam fragilitas corporis Bonaventurae potuerunt insimul esse causa, cur Bonaven-

tura succubuerit. Praecisam tamen mortis causam ignoramus.

Testimonium allatum sufficeret ad testandum modum et tempus beati obitus Bonaventurae; sed aequitas postulat audire quoque auctorem tam saepe iam adductorum Chronicorum XXIV Generalium<sup>1</sup>, qui dicit: « Eodem autem tempore, nondum finito Concilio, reverendissimus et recolendae memoriae in Christo Pater dominus Bonaventura, cardinalis praefatus, ad sanctos Patres appositus, triumphantes suo, ut credimus, beatificavit consortio, sed incredibili affectu moestitia militantes. Nam Graeci et Latini, clerici et laici amarum prosequerentur lacrymis sacrum funus, dolentes de luctuosa tantae subtractione personae. Erat enim tantae humilitatis et gratiae, ut ab omnibus amaretur, tantaque praerogativa donorum divinatorum dotatus, ut Ecclesiae Dei nullum parem sibi relinquere putaretur. Et obiit anno praefato III. Idus<sup>2</sup> Iulii, aetatis suae LIII. Fuit autem cum magna solemnitate sepultus in ecclesia Fratrum Minorum conventus Lugdunensis, domino Papa cum cardinalibus sacras exsequias celebrante ».

5. Annus igitur, in quo Bonaventura mortuus est, non est alius quam 1274, ut synchronus Concilii historicus citatus asserit nec non Bernardus de Bessa scribens<sup>3</sup>: « In Lugduno tempore generalis Concilii obiit cardinalis, anno aetatis suae LIII, episcopus scilicet Albanensis ». In hoc conveniunt quidem omnes graviores scriptores. At auctor dictorum Chronicorum, quem multi hac in re sunt secuti, quamvis conveniat in illo anno mortis assignando, aliam tamen, et quidem erroneam, adducit diem mortis referens<sup>4</sup>: « Obit anno praefato III. Idus Iulii, aetatis suae LIII ». Debet enim esse Idibus Iulii (vel pridie Idus vel potius in nocte diei 14 ad diem 15 Iulii); quia secundum laudatum et supra adductum historicum synchronum Concilii Bonaventura mortuus est *die 15 Iulii hora matutinali*. Concordant Baptista de Iudicibus<sup>5</sup>, Alexander Ariostus<sup>6</sup>, Galesinius<sup>7</sup>, Rudolphus<sup>8</sup>, Waddingus<sup>9</sup>, immo et Bollandistae<sup>10</sup>, qui, etsi de S. Bonaventura agant die 14 Iulii propter festivitatem in Ecclesia introductam, tamen aiunt: « Si igitur, teste Concilii historico, S. Bonaventura obiit in Dominica, obiit certissime die XV, quod et ipsemet diserte enuntiat ».

Ad obitum S. Bonaventurae plura sunt orta carmina lugentia. Ex omnibus seligimus epicedium,

<sup>1</sup> Conciliorum tom. 28. pag. 532 seq.

<sup>2</sup> Lib. II. Reg. 1, 26.

<sup>3</sup> Conciliorum tom. 28. pag. 533.

<sup>4</sup> *Rec. Italic. Script.* tom. 9. col. 787.

<sup>5</sup> Steph. Baluzi, *Miscellanea* (Lucae 1764), tom. IV. pag. 476 col. II: « Nam cum in ipso Concilio Lugdunensi gravissimis negotiorum incumbentium fascibus pene opprimeretur et modo contra Graecos, modo contra haereticos vitam Mendicantium impugnantes, aut disputaret, aut scriberet, nihilque ommitteret, quod ad munus sanctissimi doctissimique viri et suscepti officii susceptaeque dignitatis pertineret, fatigatus laboribus, in gravissimum incidit morbum; quo in dies et in horas augmentum capiente susceptis cum multa lacrymarum effusione Ecclesiae Sacramentis, mandavit, ut Breviarium, quod solum sibi reservaverat (reliqua enim in pauperes distribuerat) Ordini restitueretur ».

<sup>1</sup> *Analecta Francisc.*, tom. III. pag. 356.

<sup>2</sup> In assignando die mortis chronista erravit, ut dicitur mox infra.

<sup>3</sup> *Ibid.* pag. 699.

<sup>4</sup> *Ibid.* pag. 356.

<sup>5</sup> Steph. Baluzi, *Miscellanea*, tom. IV. pag. 477 col. I.

<sup>6</sup> Apud Bonelli, *Prodrom.*, col. 62.

<sup>7</sup> Apud *Acta Sanctorum*, 14 Iulii, pag. 838 cap. 7. n. 83.

<sup>8</sup> Apud Wadding., ad an. 1274 n. 16.

<sup>9</sup> Wadding., ad an. 1274 n. 13. seqq.

<sup>10</sup> *Acta Sanctorum*, 14 Iulii, *Commentarius praevius*, § 1. n. 10.

quod pro more huius aetatis composuit coaevus B. Franciscus a Fabriano dictus Venimbenus<sup>1</sup>:

O lugubris Ecclesiae planctus et plaga dura!  
Defunctus est fons gratiae, Frater Bonaventura,  
Heu! quanta iactura super tanto Doctore!  
Iam iam<sup>2</sup> suspirat moerens desolata Scriptura.

O quantus luctus hominum, Ecclesiae lamentum<sup>3</sup>!  
Obiit forma cardinum, decor et ornamentum;  
O quantum fulcimentum<sup>4</sup> Ecclesiae Romanae!  
Deplorat non inane mundus hoc detrimentum.

O mors, expers clementiae, naturae frangens iura,  
Mordidisti nunc impie mundum dira iactura.  
Nam de tanti<sup>5</sup> pressura concussa cardinalis  
Tremuit universalis Ecclesiae structura<sup>6</sup>.

O Minorum Religio! sume planctum amarum:  
Exundare profluvia perfusa lacrymarum.  
Suspira, nam<sup>7</sup> praeclarum perdidisti Doctorem,  
Quem patrem et pastorem habuisti praeclarum.

O paupertas egregia huic viro desponsata!  
O summi Regis filia per hunc diu servata!  
Nunc plora<sup>8</sup>, viduata, verum<sup>9</sup> tui possessorem,  
Qui pro tui amore contempsit<sup>10</sup> multa data.

O puritas clarissima totius honestatis<sup>11</sup>!  
O castitas gratissima spiritibus beatis!  
Hunc tuae integritatis plange protectorem  
Et castum amatorem tuae fecunditatis.

O profunda humilitas in caelis coronata!  
O caelestis sublimitas de<sup>12</sup> terris exallata!  
Nunc permanens<sup>13</sup> orbata, hunc iuge nutritorem<sup>14</sup>,  
Qui mundanum florem contempsit, te servata.

<sup>1</sup> Hanc neminem versus leonino descriptam habet Waddingus (ad an. 1274 n. 14.) et Bonelli (Prodrum., col. 64 seq.), qui desumpsit eam ex Chronicis Fabrianensibus (cfr. ibid. col. 63. not. f. et g.). In reproducendis his versibus uterque maiori ex parte convenit. Nos adducimus lectionem Bonellianam cum his mentione dignioribus variantibus, quos nobis suppeditavit codex Florentinus, qui describitur: Florentiae, Biblioth. Laurent. Plut. VII. dextr. cod. 3. membran. in 4. parvo, olim Conv. S. Crucis, saec. XIV. fol. 13 v. col. II: « Incipiunt versus ad commendationem Fratris Bonaventurae cardinalis de balneo regis ». Eisdem versus reproduxit ex codice Fabrianensi (Caldoro) tam in lingua Latina quam in versione Italica P. Aloysius Tassi de Fabriano, Vita del B. Francesco Venimbeni da Fabriano (Fabriano 1893), pag. 60 seqq.

<sup>2</sup> Wadding. et cod. Florent. habent semel tantum *iam*.

<sup>3</sup> Inter hunc et sequentem versum intercalant Wadding. et cod. Flor. istum etiam a nobis receptum: *Obiit forma cardinum, decor et ornamentum*.

<sup>4</sup> Wadding. habet *nocumentum* pro *fulcimentum*.

<sup>5</sup> Cod. Flor. habet *dempti* loco *tanti*.

<sup>6</sup> Hic et praecedens versus deest apud Waddingum.

<sup>7</sup> Cod. Flor. *nunc* pro *nam*.

<sup>8</sup> Cod. Flor. *plorat* pro *plora*.

<sup>9</sup> Cod. Flor. *sponsoque possessore* pro *verum tui possessorem*.

<sup>10</sup> Ita cod. Flor.; alii pro *contempsit* habent *concessit*.

<sup>11</sup> Cod. Flor. *in caelis coronata* pro *totius honestatis*; cetera in eo desunt usque ad versum: *O profunda humilitas in caelis coronata*, inclusive.

<sup>12</sup> Cod. Flor. *in* pro *de*.

<sup>13</sup> Wadding. *hunc plange* pro *nunc permanens*.

<sup>14</sup> Wadding. *moerore* pro *nutritorem*.

O exemplar et speculum sanctae Religionis!  
O pastoralis baculus tuae professionis!  
Iter egressionis tuae flet gressus virtutum<sup>1</sup>,  
Teque ductorem tutum habebit tuae actionis<sup>2</sup>.

O zelator iustitiae, o pastor pietatis!  
O cultor pudicitiae, protector paupertatis!  
Tam sexus quam aetatis conditio quaecumque  
Te ploret ubicumque doctorem veritatis.

Eia nunc<sup>3</sup>, piissime Rex, omnium Creator,  
Ecclesiae sanctissimae sis<sup>4</sup> dulcis consolator,  
Nobis auxiliator sit in regno caelorum,  
Qui nobis<sup>5</sup> forma<sup>6</sup> morum fuit manens viator. Amen.

Refert adhuc Waddingus<sup>7</sup>, quendam Fratrem sanctum, Hugonem de Dina, eodem anno transeuntem per Urbem veterem, praeter alia multa praedixisse quoque mortem S. Bonaventurae his verbis: « Frater Bonaventura non ascendet ad altiorem gradum. Ordo Minorum dividetur ».

## CAPUT V.

*De Reliquiis S. Bonaventurae, de eius canonizatione et ad Doctoratum ecclesiasticum elevatione.*

I. Quod, intercedente S. Bonaventura, Deus dignatus sit miracula patrare, videbimus in relatione processus canonizationis atque iam vidimus<sup>8</sup> in miraculo in ipso Sancto vivente patrato.

Corpus S. Bonaventurae diu mansit in primitivo suo loco, Lugduni in ecclesia Fratrum Minorum. Refert quidem Bartholomaeus Pisanus<sup>9</sup> de aliqua translatione corporis eius; sed certa est alia translatio corporis ad novam ecclesiam Lugduni in honorem S. Francisci aedificatam habita an. 1434, et haec non potest esse illa quam memorat Pisanus, cum hic mortuus sit iam circa an. 1401. De ista igitur translatione an. 1434 loquitur Martyrologium Franciscanum<sup>10</sup> die 14 Martii his verbis: « Lugduni translatio corporis sancti Bonaventurae cardinalis et episcopi Albanensis, Doctoris seraphici, Ordinis Minorum, cuius sacrum caput, capillamentum, labia, dentes et lingua

<sup>1</sup> In cod. Flor. ita: *Tuae egressionis flet gratia virtutum*.

<sup>2</sup> In cod. Flor. ita: *Tanquam doctorem tutum tuae congregationis*; cetera desunt usque ad versum: *Eia nunc, piissime Rex, omnium Creator*.

<sup>3</sup> Cod. Flor. *pater* pro *nunc*.

<sup>4</sup> Wadding. et cod. Flor. *o* pro *sis*.

<sup>5</sup> Cod. Flor. deest.

<sup>6</sup> Cod. Flor. *fuit* hic transponitur.

<sup>7</sup> Annales, ad an. 1274 n. 15.

<sup>8</sup> Supra pag. 59 col. II.

<sup>9</sup> Cod. cit. lib. 1. fructus et conform. 8. pars. II. vol. I. fol. 117 v. col. I: « Huius (Bonaventurae) corpus, dum de sacristia esset positum in sepulcro novo, ubi nunc iacet, corpore redacto in cinere, lingua inventa est sana et integra, ac si nunquam fuisset sepulta. Quod Fratres videntes, eam in pixide eburnea ponentes, in sepulcro eius recondiderunt ».

<sup>10</sup> Cfr. Arturus Monasteriensis, Martyrologium Franciscanum, 14 Martii.

post centesimum sexagesimum annum incorrupta vidoque colore conspersa reperta sunt <sup>1</sup> ».

Occasione huius translationis positum est sacrum Bonaventurae corpus in urna pretiosa ab ipso Ordinis Generali tunc gubernante, Francisco Samsone, exceptis ossibus brachii, quae, pulero reliquiario inclusa ille secum ferens in Italiam, donavit ecclesiae Ordinis Minorum in Balneoregio. Nunc istae Reliquiae venerantur in cathedrali ecclesia eiusdem oppidi <sup>2</sup>. Ipse rex Galliae Carolus VIII. vindicavit sibi maxillam capitis inferiorem, alia Reliquia a quodam praesente portata est Venetias, ubi venerationi fidelium est exposita.

Miraculum memoratum circa corpus Sancti huius non tantum Lugdunenses movit, ut Bonaventuram in specialem sibi patronum eligerent, sed etiam fortem dedit impulsus, ut causa canonizationis eiusdem alacrius inciperetur; qua facta, incolae Lugduni regiaeque Galliae familia magnis eleemosynis tum cellam, in qua Sanctus mortuus est, in oratorium verterunt, tum urnam sacri corporis laminibus argenteis ornaverunt, tum caput ipsius pretiosissimo reliquiario incluserunt; porro quolibet anno festum sui Patroni per Octavam integram cum splendida processione, tota plaudente urbe, celebrari, solempni decreto statuerunt <sup>3</sup>.

Attamen, subsequentibus saeculis gloriosus nostri Sancti cultus bis sacrilega sepulcri profanatione quasi sublatus est. — Prima haec profanatio accidit an. 1562 mense Maii illo furore Hugonotorum, qui magnam Galliae partem sanguine Catholicorum et sacrorum locorum et rerum vastatione perturbaverunt. Urbe Lugduni proditione occupata, hostes impetum fecerunt in Conventum Minorum, omnia diripuerunt, et pretiosos qui in capella S. Bonaventurae servabantur thesauros praedari incipiebant. Sed P. Guardianus Conventus, nomine Iacobus Gayete, provide sacras Reliquias subtractas et in duabus cistis positas absconderat in loco, quem praeter ipsum duo tantum Fratres noverunt, quos ad cautelam miserat in alium Conventum. Hugonotti crudeliter tractaverunt omnes Fratres, ut ex ore eorum locum acciperent, ubi praedicti thesauri absconditi essent, praecipue illum P. Guardianum. Sed frustra. Tunc iidem omnes Conventus et horti angulos perquisierunt tandemque cistam unam, in qua sacrum corpus erat, invenerunt, altera vero cum capite Bonaventurae remansit eis abscondita. Urnam inventam cum multis aliis sacris imaginibus et suppellectilibus rogo in platea ante ecclesiam accenso combusserunt. Deinde ipsum Guar-

dianum cum alio quodam saeculari crudeliter occisum in fluvium proiecerunt.

Prudentia igitur praedicti Guardiani eiusque usque ad mortem constanti fidelitate incolume tunc servatum est pretiosum caput S. Bonaventurae. Hoc referunt Franciscus Gonzaga <sup>1</sup>, et Waddingus <sup>2</sup> in Annalibus, dicens: « Caput tamen D. Bonaventurae servatum est opera pii Religiosi Minoritae, quem et haeretici miris cruciatibus affecerunt, ut ei ecclesiae thesauros, vasa scilicet sacra, promeret, id quod constanter reticuit ».

Postquam brevi liberatum fuit Lugdunum, Fratres conscii secreti redierunt et Reliquiam capitis sacri in lucem protulerunt cum imagine Crucifixi et calice, quo S. Bonaventura uti solebat. Tunc antiquus cultus eadem solemnitate restitutus fuit et Conventus cum ecclesia pietate et largitionibus benefactorum perfecte reaedificatus.

Secunda profanatio accidit saeculo praeterlapso, durante illa Gallica revolutione exsecrandae memoriae. Etiam tunc a pio quodam Religioso reliquiarium cum sacro capite subtractum est a furore praedonum et secreto loco absconditum. Conventus et ecclesia tunc penitus destructi sunt. Mortuo tamen illo Religioso, hucusque illa Reliquia, si adhuc existit, omnino latet.

Restat dicere nonnulla de insigni Sancti Reliquia, scil. eius lingua integra et incorrupta, etiam nunc perdita. De eadem refertur in opusculo non genuino *de mellifluo Nomine Iesu* eiusque codicibus sic <sup>3</sup>: « Explicit hoc devotissimum opusculum (Sermones de Ss. Nomine Iesu) a domino Bonaventura compositum, cuius lingua post reliqui corporis incinerationem integra et incorrupta remansit, et in Conventu Fratrum Minorum, cuius Ordinis ipse fuit, in civitate Lugdunensi reservatur. Decebat siquidem, ut tam nobile organum, quod tam dulcia et sancta verba resonuerat, nullatenus sentiret corruptionem ». De eadem re luculentissimum habetur testimonium in relatione fide digni testis, Ioan. Baptistae de Iudicibus, scribentis <sup>4</sup>: « Ceterum non ante multos annos, cum, crescente populi devotione, ex humiliore sepulcro transferri corpus eius et in novum deberet inferri, aperto monumento obesaque carne et cute in reliquis membris, ita lingua illius recens, integra mollisque ac veluti rubens inventa est, ac si eodem die mortuus sepultusque fuisset, immo ac si a vivente tum fuisset abstracta, cuius excellentis miraculi universus clerus et populus Lugdunensis locupletissimus testis fuit; testesque complures hospites advenaeque, qui tanti miraculi

<sup>1</sup> Quidam dixerunt, etiam cor inventum fuisse incorruptum; sed ad firmandam hanc assertionem deficiunt testimonia sufficienter certa. Cfr. Vita S. Bonaventurae P. Antonii-Mariae de Vicetia, pag. 165, nota 1.

<sup>2</sup> Teste Waddingo (Annal. tom. IV. ad an. 1274 n. 22.). Inscriptio huius reliquiarii est: « Hoc reliquiarium donavit Fr. Franciscus Samsone, Generalis, Conventui S. Francisci in Balneoregio Kalendis Maii 1491 ».

<sup>3</sup> Histoire abrégée (infra pag. 73 cit.) pag. 179-184.

<sup>1</sup> Origo seraphicae Religionis, parte III. de Provincia S. Bonaventurae et de Conventu Lugdunensi, et Annal. tom. XIX. ad an. 1562.

<sup>2</sup> Ad an. 1274 n. 22.

<sup>3</sup> De isto non genuino opusculo S. Bonaventurae et de codicibus, qui etiam hoc « explicit » referunt, vide nostrum tom. IX. Prolegomena cap. I. pag. XIV col. II. et pag. XV col. I; cfr. Bonelli, Prodromus, col. 69.

<sup>4</sup> Steph. Baluzi, Miscellanea, tom. IV. pag. 481 col. II.

fama commoti, postea saepe recentem linguam in novo viderunt reconditam tabernaculo ».

2. Miratus est celeberrimus Ioannes Gersonius, Universitatis Parisiensis cancellarius, in quadam epistola <sup>1</sup>, quod canonizatio Bonaventurae tandem dilata sit. Qui tamen perpenderit, quales scissurae in sinu Ordinis quaestionesque de paupertate, defuncto Bonaventura, ortae sint; item, quod etiam in aliorum magnorum Sanctorum, ut Ioannis de Capistrano, Iacobi de Marchia aliorumque processu canonizationis Sedes apostolica lente processerit; tandem, quod omnibus solerter explanatis praeparatisque, canonizatio quo posterior, eo gloriosior evaserit, de hoc mirari desistet. Suscepit autem canonizationem Bonaventurae Sixtus Papa IV.

Instantiae, ut Bonaventura inter Sanctos adnumeraretur, magnae et numerosae fuerunt. Principes et reges societatis christianae <sup>2</sup>, magnae civitates et quamplurimae urbes <sup>3</sup> nec non integer Ordo Fratrum Minorum enixe petebant, ut tandem haec canonizatio perageretur. Accedebant nunquam interrupta cum admiratione lectio operum S. Bonaventurae <sup>4</sup>, frequentes de hac causa consultationes investigationesque veritatis. Praecedebant processus simplices et solemnes, preces fundebantur ad Altissimum, celebrabantur consistoria secreta et publica, adhibebatur uno verbo diligentia digna tanto negotio. Praecipua autem mentione dignae sunt *Relationes* sive *Orationes* super hac re habitae in pleno consistorio et coram Pontifice vel ad Pontificem transmissae, quarum primam elocutus est disertissimus utriusque iuris doctor Octavianus de Martinis, Sinuessanus <sup>5</sup>, secundam vero praesentavit Pontifici iurisconsultus Paduanus, Ioannes Franciscus de Pavinis <sup>6</sup>, tertiam tandem obtulit eidem Pontifici episcopus Ventimiliensis ex Ordine Praedicatorum, Ioannes Baptista de Iudicibus <sup>7</sup>. Iure dici potest, vix alicuius Sancti canonizationem ante Bonaventuram tam ardentem et universaliter fuisse desideratam postulataque <sup>8</sup> quam temporibus Sixti IV. canonizationem Bonaventurae. Tam praedictae *Relationes* quam ipsum *diploma* Pontificis, in quibus hae instantiae et motiva praecipua evolvuntur, luculentissime hoc attestantur.

<sup>1</sup> In epistola missa Lugdunum ad quendam Minoritam an. 1426 (edit. Antwerp. 1706), tom. I. col. 419.

<sup>2</sup> Enumerati in *Relatione* Octaviani a Martinis, n. 25; cfr. Acta Sanctorum, 14. Iulii, pag. 829 seq.

<sup>3</sup> Ibid. et Bulla canonizationis *Superna caelestis patria* Sixti IV; cfr. nostrum tom. I. pag. XLI § 13.

<sup>4</sup> Ibid. et Bulla *Triumphantis Hierusalem* Sixti V. in nostro tomo I. pag. XLVIII § 10.

<sup>5</sup> Acta Sanctorum, ibid. pag. 824 seqq.

<sup>6</sup> *Rer. Italic. Scriptor.*, tom. 23; Iacobus Maffei Volateranus in *Diario Romano de Pontificatu et gestis Sixti IV.*

<sup>7</sup> Steph. Baluzi, *Miscellanea*, tom. IV. pag. 474 seqq.

<sup>8</sup> « Agimus igitur ipsi Deo quantas possumus gratias, quod nos dignos duxerit, per quos haec canonizatio celebraretur; quae, licet divinis litterarum monumentis exstantibus coruscantibusque miraculis, iam pridem potuerit rite fieri; nunquam tamen antehac vel a principibus, vel ab aliis tanta diligentia fuit petita ». Bulla Sixti IV. *Superna caelestis*, § 13.

Ad stabiliendam autem veritatem miraculorum S. Bonaventurae fuerunt destinati a Papa Sixto IV. tres commissarii, « quorum unus fuit Iulianus Ruverius, cardinalis S. Petri ad Vincula (Protector Ordinis); alter Stephanus, Mediolani archiepiscopus, cardinalis Nardinus; tertius Franciscus Gonzaga, cardinalis Mantuanus <sup>1</sup> ».

Inter miracula recenset in sua relatione Ioannes de Iudicibus <sup>2</sup> duo praesertim, dicens: « Duo huic libello inseruisse sat erit, cum reliqua in processibus abunde recitabuntur », scilicet miraculosam refectio-nem S. Communionis, quam supra narravimus cum chronista, et miraculosam conservationem eius linguae, ut supra de Reliquiis narravimus. Diffuse autem agit non tantum de his duobus, sed etiam de multis aliis, praesertim ad sepulchrum S. Bonaventurae Lugduni et in aliis etiam locis patris miraculis in sua Oratione sive Relatione Octavianus de Martinis <sup>3</sup>. Tandem Sixtus IV. refert <sup>4</sup>: « Subsecuta sunt tamen post vitam multa maximaque miracula, quae certum sanctitatis eis praebent indicium et nos ad ipsius venerationem inducunt, quem Deus meritis praecedentibus venerandum ostendit ».

Omnibus tandem rite planeque cognitis perfectisque, Sixtus IV. Bonaventuram in Sanctorum Confessorum Pontificum et Doctorum album solemnissimo modo retulit Romae in basilica S. Petri, principis Apostolorum, ad quam maxima multitudo omnis generis et conditionis convenerat. Factum hoc est die octava Resurrectionis Domini sive die 14 Aprilis an. 1482, quo Bulla canonizationis *Superna caelestis patria, civitas Ierusalem*, solemniter fuit publicata, in qua inter alia leguntur <sup>5</sup>: « Confidentes igitur, quod in hac canonizatione non permittat nos Deus errare, qui omnia in ea quomodolibet requisita, etiam superabundanter observari fecimus et observavimus; de eorundem Fratrum nostrorum S. R. E. cardinalium omniumque praelatorum in Romana curia existentium unanimi consensu et maturo consilio, de omnipotentis Dei ac beatorum Petri ac Pauli Apostolorum eius auctoritate confisi, beatae memoriae Bonaventuram Balneoregiensem, sacrae theologiae professorem, ex gremio sacri Ordinis Minorum et ex officio generalatus in episcopum cardinalem assumptum; Sanctum esse ac aliorum Sanctorum Dei catalogo adscribendum, adiiciendum et aggregandum fore, ac fideliter firmiterque teneri debere, decernimus; ipsumque sanctorum Confessorum Pontificum et Doctorum (quos sancta Dei veneratur Ecclesia) consortio solemniter in praesentiarum adscribimus aggregamusque per praesentes ». Bulla est signata: *Datum Romae apud S. Petrum, anno*

<sup>1</sup> Galesinius, *Vita*, Acta Sanctorum, ibid. pag. 857 n. 89.

<sup>2</sup> Steph. Baluzi, ibid. pag. 481.

<sup>3</sup> Acta Sanctorum, ibid. pag. 827 n. 14-25.

<sup>4</sup> Bulla *Superna caelestis*, § 12.

<sup>5</sup> Integra Bulla Pontificia invenitur impressa in nostro tomo I. pag. XXXIX-XLIV.



*Incarnationis dominicae millesimo quatuorcentesimo octogesimo secundo, decimo octavo Kalend. Julii, Pontificatus nostri anno XI.*

In eadem Bulla Pontifex statuit, ut anniversaria eius sollemnitas secunda Dominica mensis Iulii celebraretur, item ordinatum est, « divinum officium, veluti pro uno Confessore Pontifice et Doctore, tam publice quam privatim (prout contigerit) persolvendum esse »; remissum etiam fuit « dilectis filiis Fratribus praedicti Minorum Ordinis, quatenus huiusmodi officium pro festo Duplici et Octava, eo modo, quo aliorum praedicti Ordinis Sanctorum celebrare festa et Octavas consueverunt, celebrare possent ». Insuper concessae sunt per eandem Bullam numerosae indulgentiae eius votis; atque statutum, ut eius dies festa sit quodammodo festum sacri palatii apostolici, ut in hac die in ecclesia Sanctorum Apostolorum de Urbe eadem indulgentiae lucrari possint, quae lucrantur in festo S. Thomae de Aquino in ecclesia B. Mariae Virginis de Urbe (*Minerva* vulgariter nuncupata); tantum declaratum fuit: « Fratres Minores in alma Universitate Parisiensi eisdem privilegiis posse ac debere uti et gaudere ob ipsius S. Bonaventurae merita, quibus ex apostolicis indultis Fratres Praedicatorum in eadem Universitate intuitu et gratia eiusdem S. Thomae potiri et gaudere consueverunt et gaudent, et potiri et gaudere quomodolibet poterunt in futurum ».

Praeter hanc Bullam exstat alia epistola Pontificia <sup>1</sup> eiusdem Papae emissa *Romae apud S. Petrum sub annulo Piscatoris die 20 Aprilis 1482, Pontificatus nostri anno undecimo*, de eadem re tractans directa ad proximum Capitulum generale Fratrum Minorum Brixiae habendum. Accedit tandem eiusdem Pontificis Breve <sup>2</sup> (pridie Idus Octobris 1482), quod conceduntur quadraginta anni indulgentiarum totidemque quadragenae iis qui eleemosynas elargiuntur ad aedificandum novum sacellum in ecclesia et Conventu S. Theobaldi in regione S. Theobaldi in honorem S. Bonaventurae, qui « in dicta domo fuit educatus ».

3. Non multo post complevit Sixtus V. quod in sollemniter Sixtus IV. est inauguratus. Anno enim 1487 in festo Translationis corporis S. Bonaventurae, id est die 14 Martii, S. Bonaventura a Sixto Papa V. litteris decretalibus: *Triumphantis Ierusalem*, Romae in basilica Sanctorum duodecim Apostolorum sollemnissime inter eximios egregiosque sanctos catholicae Ecclesiae Doctores adnumeratus fuit, illiusque festum 14 Iulii sub ritu Duplici celebrari et collatum datum fuit, cum indulgentiarum elargitione <sup>3</sup>.

Auctor synchronus et oculatus, nempe Petrus Blesinius <sup>4</sup>, protonotarius Apostolicus, ita fere narrat huius sollemnitatis actum: «... His igitur ratio-

nibus et aliis, quas longe plures easque maximas litteris suis decretalibus ostendit, adductus Sixtus quintus Pontifex quod de seraphico Doctore Sixtus quartus sanciverat, hoc uberius constituendum duxit. Itaque re mature denique deliberata, de sanctae Romanae Ecclesiae cardinalium consilio et consensu, ob praeclaram vitae sanctitatem, divinitus testificatam, perennes labores pro Ecclesia Dei susceptos ac praestantem doctrinam cum pietate coniunctam virtutibusque divinis illustrem, cuius splendore illam S. Bonaventura collustravit, dignum eum censuit, quem inter primarios praecipuosque Ecclesiae Doctores annumeraret, de eoque stata anniversaria die festum sollemni ritu fieret, ut de ceteris primariis atque eximiis eiusdem Ecclesiae Doctoribus; ad praescriptum constitutionis Bonifacii Papae octavi. Quare litteras decretales, et illas quidem omnibus rationibus et omni pietatis officio insignes ad sempiternam memoriam confecit eoque nomine edidit; quibus litteris omnia explicantur dilucide. — Et ut recte et sollemniter res omnis gereretur, statuit Pontifex certum eius sollemnitatis diem, qui fuit pridie Idus Martii, dicatum celebritati Translationis item Sancti Bonaventurae. Basilicam vero in Urbe ad rem rite perficiendam delegit Sanctorum duodecim Apostolorum, quae est Ordinis Minorum, ubi collegium ab eo institutum esse narravi. Illo igitur die bene mane illuc profectus, multis cardinalibus comitantibus, recta ad altare sanctissimi Sacramenti venit, ubi paulisper pie precatus, inde ad sacrarium accedit; quo loco sacris vestibus albi coloris indutus et mitra pretiosa ornatus, tum praelata cruce et cardinalibus cappa violacei coloris, cum tempus Quadragesimae esset, vestitis, ordine praecedentibus, ad altare maius pergit, ubi etiam paululum oravit. Erat eo loci sedes pontificia, ornata albo vestita, et subsellia cardinalium; qui de more, ubi obedientiae munus Pontifici praestiterunt, loco suo consederunt. Dum Thomas Gualterutius, Secretarius Brevium Pontificis, rochetto et cappa indutus, e suggestu a latere Evangelii decretales illas litteras, quibus inter primarios Ecclesiae Doctores sanctum Bonaventuram Pontifex constituerat, de scripto legit: easque cuncti, qui frequentes aderant, attentissime audierunt ».

In litteris decretalibus Sixti V. inter alia multa leguntur <sup>1</sup>: « Quod igitur a nobis et seraphici Ordinis caritas et sancti Bonaventurae meritorum magnitudo et catholicae Ecclesiae, cuius gubernacula nobis licet immerentibus a Deo commissa sunt, utilitas et aedificatio requirit; habita super his omnibus cum venerabilibus Fratribus nostris sanctae Romanae Ecclesiae cardinalibus, deliberatione matura; de eorundem consilio et unanimi assensu et ex certa nostra scientia ac de attributae nobis apostolicae potestatis plenitudine, hac nostra perpetuo valitura constitutione doctrinam ipsius S. Bonaventurae a supradictis praedecessoribus nostris Clemente IV,

<sup>1</sup> Cfr. Bonelli, Prodrum., col. 75, ubi eam exhibet integram.

<sup>2</sup> Bonelli, ibid. col. 76.

<sup>3</sup> Integra Bulla Pontificia reperitur impressa in nostro tomo I. pag. XLV-LII.

<sup>4</sup> Acta Sanctorum, ibid. pag. 859 n. 99 seq.

<sup>1</sup> Bulla *Triumphantis Ierusalem*.

Gregorio X. et Sixto IV. laudatam, in Concilio Lugdunensi maxime spectatam, in Florentino etiam ad res difficiles explicandas adhibitam, gravissimorum virorum auctoritate testificatam et commendatam et eximio Ecclesiae Doctore dignam, nos quoque plurimum in Domino laudamus et commendamus, ac litteris eiusdem Sixti IV, quas pro expressis hoc loco haberi volumus (excepta eius ordinatione de festo die S. Bonaventurae secunda Dominica Iulii celebrando), *harum tenore approbantes et innovantes, ipsum S. Bonaventuram, iure sanctorum Doctorum consortio ab eodem Sixto IV. adscriptum et commemoratum, auctoritate apostolica tenore praesentium inter praecipuos et primarios, qui theologiae facultatis magisterio excelluerunt habendum, ac venerandum esse decernimus et declaramus...* Ut autem Christifidelium devotio ad seraphici huius Doctoris diem festum colendum eiusque opem pie implorandam, eo magis accendatur, quo ex hoc caelestis gratiae dono se uberius conspexerint esse reffectos: de omnipotentis Dei misericordia ac beatorum Petri et Pauli Apostolorum eius auctoritate confisi, omnibus utriusque sexus Christifidelibus tam in dicta civitate et dioecesi Balneoregii, quam in praeclara Galliae urbe Lugduno, ubi ille, bono certamine legitime decertato, cursu consummato, fide servata, ex hoc calamitoso saeculo ad meritorum suorum praemium et coronam in caelum feliciter migravit, in almaque Urbe nostra, ubi in hac basilica sanctorum duodecim Apostolorum Collegium a nobis (ut iam diximus) est erectum, constitutis, qui eis festum huiusmodi, ut ceteras de praecepto Ecclesiae servari solitas festivitates, devote colentes, vere poenitentes et sacramentali peccatorum suorum confessione praemissa, eo die sanctissimum eucharistiae Sacramentum sumserint, plenariam omnium peccatorum suorum Indulgentiam et remissionem misericorditer in Domino concedimus et elargimur. Qui vero ecclesias Fratrum Minorum S. Francisci ipso die festo a primis Vesperis usque ad occasum solis eiusdem diei devote visitaverint, pias inibi ad Deum preces (prout sua cuique suggeret devotio) effundentes, decem annos et totidem quadragenas de iniunctis eis, seu alias quomodolibet debitis poenitentiis, per praesentes litteras perpetuo duraturas, quas sub quibusvis Indulgentiarum revocationibus, vel limitationibus, nullo modo comprehendere volumus, misericorditer in Domino relaxamus». Bulla est signata: *Data Romae apud basilicam sanctorum duodecim Apostolorum, anno Incarnationis dominicae, millesimo quingentesimo octogesimo septimo, pridie Idus Martii, Pontificatus nostri anno tertio. Ego Sixtus episcopus catholicae Ecclesiae subscripsi.* Sequuntur sigillum et subscriptiones cardinalium quinquaginta.

« Lectis litteris — prosequitur laudatus Galesinius, testis oculatus <sup>1</sup> — mox antiphonam *O Doctor*

*optime* cantorum chorus solenni modulatione cecinit; quae dum cantabatur, Pontifex, mitra ornatus, stabat. Tum versum bini cantores cantarunt; et ipse Pontifex orationem dixit de Ecclesiae Doctore. Quibus rite peractis, Missam solemnem de sancto Doctore cardinalis Asculanus celebravit. Qua solemniter celebrata, Mauritius Bressius, homo Gallus, vir ad omnes ingenuas disciplinas egregie eruditus, Inculentam de sancto Bonaventura orationem habuit ».

4. Pro conclusione animadvertimus, ad formandam vitae huius Sancti internae imaginem consulenda esse non tantum illa vitae eius publicae et privatae exempla, quae nobis historia transmisit, sed etiam et praecipue recurrendum esse ad eiusdem opera scripta, quibus internum spiritum, heroicas virtutes, amorem Dei et orationem mentalem et supernaturalem quasi ad vivum depinxit. In specie describit contemplationem *perfectam* sive doctam ignorantiam, quae ab aliis dicitur *oratio in caligine* quaeque fit sine concursu phantasiae. Multis locis loquitur de hac oratione, qua anima « super se ipsam rapitur in caliginem et excessum », tanquam homo, qui experimento eam sic cognoscit, ut dubitari non possit, eum fuisse elevatum ad tam altum gradum orationis supernaturalis <sup>1</sup>. In genere omnia opera eius mystica sanctitatem eius plus minusve depingunt, praesertim dictum Itinerarium mentis in Deum. Speciali modo quoad *exercitia* pietatis et virtutum attentionem meretur illud opusculum, quod inscribitur *Epistola continens viginti quinque Memoria* <sup>2</sup>. Illud enim continet proposita, quae primum sibi ipse Doctor seraphicus observanda composuit. Nam inter alia statim in principio epistolae huius scribit <sup>3</sup>: « Non tibi tamen alia specialia scribens, nisi ea quae, quamvis rudia et simplicia, *mihi ipsi colligere proponebam*, ex quibus iam plurima bene nosti ». Hoc idem, sed adhuc clarius testatur S. Doctor in fine epistolae <sup>4</sup>: « Haec autem, carissime, non ideo tibi scripsi, quia te crederem talibus indigere, sed quia *haec eadem collegeram pro me ipso*, cernensque meae constantiae parvitatem, cogitavi ea tibi tanquam coadiutori fideli communicare, ut quod mea pusillanimitate negligentiaque teporis omittitur, tua magnanimitate fervorisque sollicitudine restauretur ». Certe autem Bonaventura non fuit vir, qui iis propositis vitam suam interiorem perfecte non conformaverit, quantumque ipse in dicta epistola ex humilitate sustineat contrarium.

5. Tandem, sicut in limine huius conspectus vitae S. Bonaventurae promisimus, adducimus elenchum

<sup>1</sup> Cfr. de hoc Breviloq. pars V. c. 6. in fine et Itinerar. mentis in Deum, c. 7. n. 6; It. Sent. d. 23. a. 2. q. 3. in corp. et ad 6; item tom. V. Quaest. de scientia Christi, q. 7. circa finem corp.; Collationes de Hexaem., coll. 2. n. 28; Incendium amoris, c. 3. circa finem.

<sup>2</sup> Cfr. noster tom. VIII, Prolegomena, pag. LXXX seqq.; et textus ibid. pag. 491.

<sup>3</sup> Ibid. pag. 491 col. 1.

<sup>4</sup> Ibid. pag. 498 col. 1.

<sup>1</sup> Acta Sanctorum, ibid. pag. 860 n. 100.

harum biographiarum S. Doctoris, quae ex proposito de ipsa tractaverunt.

Ambrogio Mariani O. F. M., San Bonaventura, Firenze 1874.

Anonymus Fr. Minor Provinciae S. Bonav. in Francia, Histoire abrégée de la Vie de St. Bonaventure, écrite par un Religieux. Cordelier, Lyon 1744.

Anton-Maria da Vicenza O. F. M., Vita di S. Bonaventura, Roma 1874; versio Germanica impressa est Paderborn 1874.

Berthoumier, Vita S. Bonaventurae.

Gaspere da Monte Santo O. F. M., Gesta e dottrina del Serafico Dottore S. Bonaventura, 2. edit. Firenze 1874.

Isidorus a Buscomari O. F. M., S. Bonaventura Ord. Fratr. Minor. Minister generalis, Roma 1874.

Léopold De Chérancé O. Cap., Saint Bonaventure (1221-1274). Paris, Poussielgue 1899.

Lodovico Marangoni O. M. Conv., Vita di S. Bonaventura, Padova 1874.

Panfilo da Magliano O. F. M., Storia compendiosa di S. Francesco e de' Francescani, Roma 1874.

Prosper de Martigné O. F. M. Cap., *La Scolastique et les traditions franciscaines*, pag. 77 seqq., Paris 1888.

Accedunt quaedam vitae *manuscriptae*:

*Florentiae*, biblioth. Illmi Dni Pauli comitis Galleti exstat codex, qui habet vitam sic incipientem: *Incomincia la vita di Sancto Bonaventura Cardinale Albanense et doctore del Ordine de Minori. Nel tempo che papa Honorio tertio resedeva a Roma etc.*

*Ibidem*, biblioth. National. cod. E. 5. 9. 84. chart. in 8; fol. 100 r.: *Incomincia la vita di S. Bonaventura cardinale Albanensi et doctore del ordine de Minori. — Nel tempo che Papa Honorio tertio resedeva a Roma etc.* Desinit fol. 109.

*Ligniciae* (in Silesia), biblioth. ecclesiae Ss. Petri et Pauli, cod. 11. chart. in fol. saec. XV. exeuntis; fol. 29 v.: *Incipit vita beati Bonaventure. Capitulum primum de parentibus ipsius beati Bonaventure et de devotione, quam habuit in pueritia et etiam infirmitate ipsius.* Sunt 25 capitula. Desinit fol. 35 v.

*Lovanii*, cod. 15/a. A manu saec. XV. notatur: *Liber Canonorum Regularium in Bethleem iuxta Lovanium.* Fol. 4 r.: *Beati Iohannis Bonaventure viri Seraphici ac Doctoris devotissimi Ordinis Fratrum Minorum, primum generalis Ministri, deinde Albanensis episcopi et sancte Romane Ecclesie cardinalis Vita partim ex bulla canonizationis eius partim ex sermonibus tempore canonizationis suae per venerabilem Patrem magistrum Robertum de Licio factis sub compendio in unum collecta incipit feliciter. Seraphicus vir ac Doctor etc.* Desinit fol. 10 v. Allata Bulla Canonizationis, sed non integra, dicitur: *Finit Vita cum canonizatione beati Bonaventure sub brevi compendio an. 1489, XII Augusti.*

*Lugduni*, biblioth. Civit. cod. 880. chart. in fol.; fol. 1 r.: *La vie de St. Bonaventure cardinal évêque d'Albano, surnommé le docteur Séraphique, Patron de la ville de Lyon, par frère Jean-Bonaventure Fahy, 10 juillet 1746.*

*Mediolani*, biblioth. Ambrosiana cod. N. 130. pian. superior. chart. saec. XVII. continet: *Compendium Vitae divi Bonaventurae Doctoris Seraphici S. R. E. cardinalis*<sup>1</sup>.

<sup>1</sup> His adiungimus auctorem, cuius nomen in elencho eorum qui de *scriptis* S. Bonaventurae tractarunt (supra pag. 38 col. II.) omissum est, scil. Casimirum Liborium Tempesti O. M. Conv.: S. Bonaventura etc., *Mystica theologia*, tomii duo, Venetiis 1748.





# INDEX ALPHABETICUS

## PRAECIPUARUM RERUM ET SENTENTIARUM

QUAE

IN SERMONIBUS NONI VOLUMINIS CONTINENTUR.

Numerus arabicus indicat paginam, littera *a* primam, *b* secundam, columnam.

### A

#### AAR

AARON — designat Apostolos 548 b — designat Christum 164 b

ABEL — promptus erat optima quae-  
cunque sacrificare Deo 126 b — obtulit  
corde bono 164 a — Sanguis Abel iusti  
clamat vindictam 727 a — Eius mors est  
figura Redemptionis 260 a

ABIGAIL — fuit ita sapiens, quod totum  
regem David pacificavit 521 a — Per  
ipsam intelligitur anima poenitens *ibid.* —  
est figura Mariae 742 b

ABISAG — figurat Mariam 660 a

ABNEGATIO — Se ipsum abnegare est  
se ipsum nihil reputare 263 a — Ille vere  
se abnegat, qui de se nihil curat, sed ad  
moriendum pro Christo se parat 551 a

ABRAHAM — est figura Dei Patris 660  
a — designat Christum 45 b. 257 b —  
ambulavit spiritualiter per perfectam cir-  
cumspeditionem 227 b — In eo patuit, cul-  
tum Dei fuisse in Patriarchis 599 b —  
promisit tantum buccellam panis et occidit  
vitulum saginatum 257 b — credidit pro-  
missioni Angeli, non pensata Sarae sene-  
ctute 99 a — Civitas ipsi et semini eius  
promissa est caelum 602 b — aliam civi-  
tatem non habuit *ibid.* — promptus erat  
filium immolare 126 b

— Veri filii Abrahae debent habere  
sex conditiones 406 a — Veri filii Abrahae  
sunt imitatores non Adae, sed Christi 61 a  
— pater fuit fidei nostrae 614 b — figu-  
ram gerit contemplativorum *ibid.*

ABSALOM — post osculum reconciliatio-  
nis statim machinatus est insidias et bel-  
lum contra patrem 278 b — erat lascivus,  
totus vanus et tyrannus 553 b — significat  
vitium carnis, mundum et diabolium *ibid.*

ABSTINENTIA — est crux quaedam 300  
a — facit, ut sensualitas subiaceat rationi

205 b — facit, ne perturbetur ratio ad pec-  
candum *ibid.* — Ad sobrietatem transeun-  
dum est per parsimoniam abstinentiae 648  
a — Abstinentes vitam beatam consequun-  
tur 600 b

ACCIDENS — si servatur idem, necesse  
est idem esse subiectum 290 b

ACCIDIA — Ei omnia sunt laboriosa 666  
a — appetit otium 541 a — multa mala  
fecit 460 a — tollit bonum spirituale in  
homine 477 a — reddit hominem aridum  
humore gratiae 460 a — magna aggredi  
pavescit, bona incepta fastidit *ibid.* — fa-  
cit paralyticum 511 b — Radix accidiosorum  
exsiccata est a gratia, iustitia, gloria,  
perseverantia 460 a

— Vitari debet affectus accidia 725 a  
— Si tentamur de accidia, debemus con-  
siderare Christum clavis confixum 261 b  
— Accidiosus debet se excitare ad bonum  
et gaudere in laudibus Dei 477 a

ACNAZ — Quare eius vita miraculo fae-  
rit protelata 659 a

ACMOR — interpretatur fratris mei lu-  
men 257 a — tantum valet quantum ira-  
cundia fratris 361 b

ACTIO — intelligitur per animal gressi-  
bile 647 b

ACTIVUS — In vita activa proficit homo  
in virtute 470 b — Vita activa consistit  
circa opera misericordiae 473 a — Vita  
activa docet, quid sit agendum et non  
agendum *ibid.* — Perfectio vitae activae  
consistit in divinae legis impletione 535 a  
— Ad perfectionem vitae activae quatuor  
requiruntur 176 a. 649 a — Vitae activae  
perfectionem respicit custodia divinae le-  
gis 685 a

— Activorum germinatio est per sub-  
ministrationem temporalium 613 b — Haec

#### ADA

facit fructum magnum 614 a — submini-  
strat temporalia sicut Angeli *ibid.* — de-  
bet habere immobilem persistentiam 217 b  
— debet Deo ministrare in operibus ius-  
titiae, misericordiae, patientiae 85 a — de-  
bent esse expositi ad tolerandum constan-  
ter 217 b — Bona est pars activorum, me-  
lior contemplativorum, sed optima, quae  
habet utrumque 703 a

— Ad statum actionis eligimur per  
exercitium bonae operationis 216 b —  
Christus eos assumit, deducit eis se  
ostendit 219 a — Christus transfiguratus  
voluit in Iacobo confirmare activos 218 b  
— Vita activa designatur per oleum 473  
a — significantur per Iob 610 a — de-  
signantur per Iacobum 216 b

ACTUS — Per hoc, quod potentia in actum  
reducitur, omnis creaturae perfectio ultima-  
tur 110 a — Actus distinguitur intrinsecus,  
praecambulus, subsequens 145 b — Actus  
interiores vocantur semitae breves, quoniam  
quatuor solum passus continent, quibus  
pedes animae ad mortem currunt 225 b  
— Actus exteriores vocantur viae, in qui-  
bus pedes animae diutius fatigantur *ibid.*

ADAM — Diversi temporis fuit eius crea-  
tio et gratiae infusio 399 b — erat parti-  
ceps aeternae lucis, virtutis, puritatis, iusti-  
tiae, vitae, opulentiae, felicitatis 50 b —  
Quare in statu innocentiae eius corpus nun-  
quam dissolutionem passum fuisset, nec ab  
intrinseco nec ab extrinseco 399 b. 400 a  
— In eum inmissus est sopor, ut videret  
altissima 126 b

— voluit Verbum imitari in sapientia  
ideoque corrumpitur 60 b — se exaltavit 263  
a — voluit aequari Deo 223 b — voluit  
esse sicut Deus 101 b — non desideravit,  
ut esset Deus *ibid.*

## ADA

— utrumque fieri credidit, ut et mulieri morem gereret et postea per poenitentiam poeniteret 47 b — et Eva negligenter egerunt in custodia mandatorum 193 a — non portavit iugum obedientiae 263 a — aurem affectus clausit affectione terrena et aurem intellectus spe consequendi veniam 47 b — a diabolo victus est per lasciviam et malitiam 261 a — se excusavit et voluit peccatum retorquere in Deum *ibid.* — deceptus est per mulierem *ibid.*

— quando peccavit, statim eiectus fuit a paradiso 63 a. 341 a — positus fuit in hoc mundo sicut in carcere 341 a — quia recessit a fonte lucis, ideo cecidit in tenebras; quia a virtute, in infirmitatem; quia a vita, in mortem 317 a — perdidit esus ligni vitae 63 a — per peccatum a beatitudine descendit ad miseriam et defectus huius vitae 398 b — patriarchatum habuit 695 a — Illic translatus est ad Christum *ibid.*

— amisit sibi et suae posteritati innocentiam 28 a — Eius inobedientia fuit nobis causa perditionis 263 a — Eo peccante, genus humanum descendit a paradiso in mundum 401 a — Per eius peccatum cecidimus in malum culpae et poenae 304 a — cum tota posteritate recessit a Deo 50 b — propter peccatum fuit eiectus de paradiso, corruptus in corpore et in anima et etiam filios infectos generavit 47 b — Tota posteritas Adae damnationi subiaceret, nisi esset misericordia Dei 209 b

— comedit cibum vetitum sibi et filiis suis in mortem 254 b — Per Adam venit mors in omnes, qui descendunt ab eius stipe per viam libidinis et concupiscentiae 239 a — In ipso omnes moriuntur ratione primae praevagationis *ibid.* 273 a

— describitur quoad creationem, praevagationem, punitionem sub metaphora hominis, qui incidit in latrones 398 a — dicitur vetus homo 139 a — Ei configuramur per peccatum *ibid.* — Vide etiam V. *Peccatum originale.*

ADAMAS — frangitur sanguine hirci 267 b

ADINVENTIONES — lascivorum sunt visio, cogitatio, affectio 428 b

ADMIRATIO — Homo est dignus admiratione, si est mirae virtutis, veritatis, sanctitatis et miri amoris 483 a

ADOPTIO — Anima adoptatur in filiam Domini propter tria 450 b

ADORATIO — solum debetur Maiestati divinae 211 b — demonstrat magnum honorem 694 b — debetur matri a filio *ibid.*

ADULATOR — Eorum lingua dicitur indomabilis 686 a — vivunt de bonis clericorum 532 a — clericos lambunt quasi caucem *ibid.*

ADULTERIUM — Mulier adultera et repudiata non amplius suscipiebatur 189 a

ADVENTUS — Tempus Adventus quare a beato Petro sit ordinatum 32 a — Quando institutum fuerit ieiunium Adventus *ibid.*

— commendatur per influentiam caelestem, per condescendentiam liberalem, per sufficientiam universalem 42 a — Tempore

Adventus tria appetenda sunt 31 a, b — Hoc tempore studeamus gratiam habere in oculis Dei et non mundi 48 b — Haec gratia invenitur per quatuor exercitia *ibid.* — Pro Adventu sunt necessariae serenitas beatæ aeternitatis, tranquillitas mentis, sinceritas fidei, soliditas spei, firmitas caritatis 55 b

— Quatuor Dominicae Adventus designant quatuor adventus Christi 32 a — Quare in prima Dominica Adventus incipiat novus annus ecclesiasticus 35 b — Vide etiam V. *Christus*

ADVERSITAS — probat et discernit bonos et malos 330 a

AEDIFICARE — Quid aedificent super fundamentum fidei perfecti, imperfecti et reprobi 603 b. 608 b

AEDIFICIA — humana in fine mundi fuerunt 35 a

AEGEAS — erat inimicus crucis Christi 468 a — non potens resistere S. Andreae eloquentiae, contra ipsum usus est potentia 472 b — Propter hoc diabolus ipsum tenuit *ibid.*

AEGYPTUS — interpretatur tenebrae 103 b. 181 a. 415 b. 429 a — interpretatur coangustatio 181 a — interpretatur luctus 608 b — designat peccatum 415 b. 527 a — designat imbecillum positum in angustia, qui diffidens perit 189 a — designat animas in purgatorio *ibid.* — designat daemones 432 b — In labore Aegypti intelligitur luxuria 103 b — Terra Aegypti designat statum erroris et infidelitatis 428 b. 429 a — Christo nascente, idola Aegypti corruisse dicuntur 123 b

AEMULATIO — nulli malo parcat 509 a — omne malum detestatur et exterminat *ibid.*

AENIGMA — est similitudo obscura 399 a

AËR — post ultimum iudicium remanet renovatus, serenatus, clarificatus 35 a

AERUGO — designat remorsum conscientiae 428 a

AES — designat fortitudinem 548 a — designat perseverantiam in bono opere 533 a — sonorum designat ratiocinationes Doctorum 472 b

AESTAS — In aestate homines exuunt vestimenta propter nimium calorem 569 b

AESTIMATIO — media est inter rationem et imaginationem 162 b — apprehendit aliquod spirituale bonum *ibid.*

AETERNITAS — est quaedam mensura omnino perpetua et invariabilis 359 a — Ab ipsa descendunt aevum, tempus, aeviterna et temporalia 352 a — designatur per thronum 615 b — Super aeternis sit degustatio et applicatio devota et plena 455 a — In his homo non debet esse multum praesumptuosus aut curiosus 326 a — Eius consideratio multum valet ad sperendam vanitatem 409 b

AETHIOPIA — Negotiatio Aethiopiae significat avaritiam 104 a

AEVUM — medium est inter aeternitatem et tempus 622 b

AFFATUS — est via ad interiorem conceptum 660 b

## AGN

AFFECTIO — et cognitio est aequalis ambitus 359 a — ad infinita se extendit *ibid.* — creantur ex quatuor humoribus corporis 406 b — Affectuum varietas necessaria est 528 b — Affectus ducit ad consensum 662 a

— Ad dulciores affectuales concurrunt devotio, exultatio, immissio 301 b — Affectus vocantur pedes 36 a — Pes affectionis debet esse discalceatus 472 b — Pes affectionis debet esse circumcisus, inoffensus, stabilitus 470 b — Deus magis ponderat affectum quam censum 549 b — pia dicitur odor sacrificii 652 b

— sunt spes, timor, gaudium, amor 232 b — Ex earum deordinatione causatur infirmitas inconstantiae, invidiae, avaritiae *ibid.* — Affectus errat in diligendo 421 a — Earum deordinatio corrumpit humores corporis et generat quadruplicem lepram 406 b — Huius leprae curatio *ibid.* — mundae reddunt animam pulchram; immundae, torpem 570 a — In affectionibus vilibus nihil est de pulchritudine 502 b — carnalis repellit doctrinam Christi 591 b — Affectus non deprimatur ad foeda et immunda 408 a — Inordinatae affectiones sunt vanitas et superbia, carnalitas et immunditia, terrenitas et avaritia, impietas et invidia 131 b — Illis sunt opposita humilitas et reverentia, castitas et sanctimonia, paupertas et inopia, caritas benigna *ibid.*

AFFLICTIO — humilitatem conservat 597 b — discernunt granum purum a palea inconstantiae 25 a — Afflicti quaerunt locum quietis 690 b — Afflicti non debent desperare, sed humiliter ad suffragium amicorum se convertere 432 a

AGAR — perversio interpretatur 59 a — designat perverse utentes mundana scientia *ibid.*

AGATHA — commendatur ab informatione virtutis et certitudine salutis 513 a, b — fuit contra daemones virtuosa triplici fortitudine *ib.* b. 514 a — fuit coram Angelis speciosa in triplici statu 514 a — fuit inter homines gratiosa triplici prerogativa *ib.* a, b

AGER — significat corpus 494 a — designat divinam incomprehensibilitatem 286 b — vocatur mundus, conscientia, Scriptura et caelum 195 b — vocatur machina mundialis, conscientia mentalis et patria caelestis 493 b

AGERE — Quae foris agimus, verbo apud nos intus edito praevenimus 107 b

AGILITAS — corporis glorificati designatur per amygdalum 283 a — aufert a corpore glorificato omnem indigentiam cibi 284 a

AGNES — bene dicitur Agnes vel Agna, quia soror Agni 507 a — inter alias sponzas Christi est praecipue commendabilis 501 a — totaliter a Sponso suo possessa fuit et possidens *ib.* b — saepe recolebat Agni nomen; passionem et plagas Christi 508 b — Ex hoc dicuntur eius genae ornatae sanguine *ibid.* — singulari modo amica Agni fuit propter quatuor 503 a — habuit munditiam et patientiam 509 b — Per hoc bene conformis erat Agno *ibid.*

## AGN

— dicitur flos candidus et rubicundus 505 a — commendatur a Sponso quatuor 506 a — Coniunctio Christi et Agnetis est coniunctio Sponsi et sponsae 505 a — quare vocetur a Sponso soror, filia, sponsa, amica 506 a-510 b — non audivit nec vidit nec gustavit nisi dilectum 505 a

— fuit pulchra carne, pulchrior mente, pulcherrima fide 503 b — Non fuit in ea macula sub sextuplici respectu *ibid.* — fuit tota pulchra *ibid.* — fuit pulchra, odorifera, Spiritu S. repleta *ib.* a — fuit incorrupta, prudens, amorosa, contemplativa et excessivae caritatis 505 b. 506 a — gratia caritatis tota repleta fuit 501 a — habuit in se puritatem, bonitatem, firmitatem 506 b — ubique reliquit bonum odorem, habuit vitam incorruptam et conscientiam mundam 508 a — Per haec fecit multa miracula *ibid.* — a Spiritu S. magno pondere fixa erat in fide et dilectione Dei 507 b

— Virgo fuit et Martyr 505 a — iuvenula fuit aetate, cana fuit animo 501 a. 506 b — ibat ad martyrium ita gaudenter, quasi ad epulas invitata 523 b — reliquit patrem et matrem et omnia pro Christo 504 a — omnia contempsit propter Deum 507 a, b — semper armata fuit armatura Spiritus S. 502 a — nec dominis nec precibus nec minis flecti potuit 508 a — ita sapienter respondit, ac si fuisset doctrix theologiae 506 b — assimilatur equitati Pharaonis propter consimile bellum, robur, praesidium, triumphum 501 b — virgo duodecim annorum gladio transfixa est 604 b — Propter eius oblationem Christus multa bona fecit Ecclesiae 505 b

— De ipsa sumendum est exemplum virtutis et fortitudinis 502 a, b — est exemplum contra nostram superbiam et pigritiam 506 a — inventa fuit in Ecclesia et proposita aliis in exemplum 505 b — posita est a Christo in Ecclesia quasi unum magnum lumen ab ipso illuminatum 509 b

AGNUS — est animal mansuetissimum 656 b

— anniculus non poterat veraciter purificare 654 b — anniculus figuram gerebat veri Agni *ibid.*

— paschalis designat Christum 247 b — Eius caput designat Divinitatem Christi; pedes, vestigia humanitatis 249 a. 258 b — Eius intestina designant verborum et mandatorum mysteria 249 a — Eius intestina designant Sacramenta 258 b — Modus edendi agnum paschalem figura fuit modus sumendi eucharistiam 248 a, b. 249 a, b. 258 b. 259 b

ALA — Duabus alis volare est praesumptionem et pusillanimitatem cavere 615 b

ALEXANDER — magnus noluit subigere insulam Fragarum propter incolarum paupertatem 285 b — Philosophi coram ipso dixerunt, esse plures mundos 139 b — dixit, se velle plures mundos subiugare *ibid.* — moriens dixit: Plebs me dicit filium

lovis; sed plaga mea dicit, quod sum filius hominis 639 a

— rex Syriac interpretatur allevians tenebras 534 b — designat Christum *ibid.*

ALTARE — locus est sacrificii et divinae placationis 260 a

AMAN — superbissimus deiectus et suspensus est 299 b — iracundus tanquam homicida pro Mardochoo fuit suspensus 376 b

AMARITUDO — significat compunctionem 75 b

AMBITIO — non potest esse sine aemulatione 628 b

AMBROSIVS — cum audiret peccata aliorum, flebat 557 a

AMBULATIO — dicit processum per profectum 163 a — Illi post Dominum ambulant, qui bona opera multiplicant 571 a — Ambulamus digne Deo per usum orationis, studium sapientiae, exercitium gratiae 445 b — Ambulandum est caute et humiliter, non arroganter aut superbe 476 b — Viae caute ambulandi sunt septem 434 b. 435 a

AMENTES — perfunduntur aqua frigida 287 b

AMICUS — Amicorum est idem velle et idem nolle 504 a. 531 b — odit quidquid amico suo est odiosum 571 b — Non est reputandus amicus qui ante mortem dimittit amare 559 b — etiam fidelis, abhorret curare vulnera foetentia nostri corporis 72 b — spirituales praefereendi sunt carnalibus 212 b — Amicitia per turtorem designatur 647 b

— Dei non est qui non detestatur omne malum in se et in alio 509 a — Dei nullus est, nisi velit obedire 504 a — Dei nullus est sine sapientia *ib.* b — Dei maxime est qui observat omnia eius beneplacita *ib.* a — Quomodo amicitia conservetur inter nos et Deum *ibid.* — Amicitia perfecta ad Sponsum habetur per quatuor 503 a

AMINADAB — interpretatur volubilis 64 a — significat volubilitatem *ibid.*

AMOR — est vis unitiva 407 b. 508 b. 653 b — Bonum et amor est vis unitiva 643 b — Amoris uniformitas significatur per sponsam ornatam viro suo 601 a — Amans desiderat copulari amato 88 a — transformat amantem in amatum 98 a. 408 a. 574 b. 593 b. 691 b — Quot res cor diligit, tot sibi unit et componit 407 b — si unitur uni et simplici, acquirit corporis simplicitatem et puritatem *ibid.* 408 a

— volentior est quam potentior 447 b — consummatur, quando homo dolorem non sentit 560 a — distinguitur gratuitus, debitus et ex utroque permixtus 355 a — summus naturalis est matris ad filium, acquisitus sponsae ad sponsum 704 b — summus gratuitus est caritas *ibid.* — Est quadruplex dualitas sanctae coniunctionis amoris 532 a — Huic diabolus opposuit quatuor dualitates malas *ib.* b

— verus non potest esse sine timore 520 b — et timor nos vehunt in viam morum et portant usque ad caelum 716 a b — et timor debent esse coniuncti cum vir-

## AND

— est consolator moerentium, afflictorum et desolatorum 148 b — non solum suscepit nos ad convivium, sed etiam ad solatium et obsequium 257 b — In omni necessitate debemus ad ipsum recurrere 188 a — ad se venientes non repellit, sed reficit et potat 341 a — In ipso confidere possunt pauperes, simplices, honesti 444 a — Dulcedo Christi se totaliter diffundebat super peccatores 173 a

— se manifestat credentibus, expectantibus, diligentibus 165 b — se manifestat per revelationes, operationes et condensationes *ibid.* — manifestatur per infusionem gratiae et manuductionem creaturae 180 b — coenat nobiscum per spiritualium et suavium ciborum refectionem 58 b — invitat ad coenam, crucem, requiem 256 a. 262 b — emanavit de se octo odores summe fragrantis, ut totum mundum respergeret et animas attraheret 230 b. 231 a — se abscondit pie in incarnatione abscondendo suam maiestatem, veritatem, ubertatem 241 b — se abscondit iuste in gratiae subtractione ab arrogantibus et oppressoribus *ibid.* — se abscondit dispensative in iustorum probatione occultando ab eis suam maiestatem, veritatem, suavitatem *ibid.*

— Debemus Christum quaerere per orationem, puritatem intentionis et innocentiam operis 173 a — quaeri debet intentione recta, consideratione provida, inquisitione sollicita, affectione praecipua 153 b — quaerendus est sollicite et festinanter 102 b — non invenitur, quando quaeritur dolose, cum inquietudine sollicitudinis et derisorie 92 a, b — quaerendus est pure, sollicite, continue *ibid.* — quaeritur per fidem et desideratur per caritatem 650 a

— Ipsi corda nostra praeparanda sunt diversis modis 75 b — Debemus viam praeparare Domino ut discipuli anhelantes, servi obsequentes, viri poenitentes *ib.* a — Christo via praeparatur per confessionem, castigationem, puram mentis et corporis conservationem *ib.* b — Christo debemus exire obviam gaudendo et exultando 126 a — Debemus obviam ire Christo per affectiones elevatas et desideria sancta 40 a

— Accessus ad Christum fit per fidem 340 b — Ad eum digne accedunt qui credendo, sperando, amando et imitando ei configurantur 671 a — Appropinquamus per fidem incarnationis, propositum imitationis, genitum orationis 128 a — Stella inducens ad Christum est sacra Scriptura, deducens Virgo beata, perducens Spiritus

S. gratia 150 a — Eius odor debet in nobis excitare desiderium perveniendi ad ipsum 670 b

— invenitur per fidem caelicam, vividam et devotam; per investigationem perspicacem, sobriam et religiosam; per contemplationem plenam gratia, fiducia et tristitia 166 a, b — invenitur a simpliciter viventibus post triduum intentionis puritatis, affectionis sanctitatis, devotionis teneritudinis 174 b. 175 a — invenitur a poenitentibus post triduum contritionis, confessionis, satisfactionis 175 a — invenitur a sustentibus post triduum, quod est aggredi confidenter, sustinere patienter, perseverare finaliter *ibid.* — invenitur ab amantibus, qui habent meditationes sursum activas, affectiones transformativas, speculationes refrigerativas *ibid.* — invenitur spiritualiter per sanctimoniam, sapientiam et innocentiam *ib.* b — invenitur tripliciter per studium veritatis, excessum amoris, exercitium virtutis 159 a, b. 160 a — Ad Christum venimus humiliter petendo 58 b

— invenitur spiritualiter intra nos ut sapientia illuminans, extra nos ut sacramentaliter cibans, supra nos ut beatificans 157 a, b — Huic triplici inventioni debemus offerre aurum credulitatis, thus devotionis et myrrham gratiarum actionis *ib.* b. 158 a — invenitur in templo sicut paradisus maiestatis, claritatis, suavitatis, sanctitatis 175 b — invenitur in septem templis 176 b. 177 a — invenitur in loco abiectionis, utpote in stabulo; in loco requietionis, utpote in domo; in loco orationis, utpote in templo 91 a, b — non invenitur in palatio, in monumento et in domo negotiationis *ibid.* 92 a — invenitur in mentis solitudine, sollicitudine et amaritudine 127 b. 128 a — habitat in medio verorum Israelitarum 62 a — inventus dat nobis requiem pacis, aeternitatis et felicitatis 92 b — invenitur in caelo per perseverantiam in oratione et misericordiam 155 a

— pulsatur per internam inspirationem 58 a — loquitur ad cor uniuscuiusque peccatoris *ibid.* — ad nos loquitur inspiratione et praedicatione 388 b — auditur per auditus inclinationem et operis executionem 58 a — Christo aperimus ianuam per peccati confessionem et desertionem *ibid.* — nunquam veniet ad nos, nec nos poterimus occurrere ipsi, nisi bene praeparata fuerit via mentalis habitaculi 75 b — ad nullum venit, in quo amoris concordia non fuerit 531 b — Qui vult Christum intra se habere, debet germinare herbas sanctorum cogitationum, affectionum et operum 669 b — Ad ipsum suscipiendum requiritur benignitas, humilitas et longanimitas 657 a

— habitat in anima spiritualiter 152 a — animam diligit super omnia 258 a — est vita spiritualis animae 553 b — ingreditur cor, si videat ipsum respersum floribus 284 b — intrat per iustificantis gratiae inhabitationem 58 a — oritur per gratiam in cordibus eorum, qui Deum timent

CHR (12)

et verbum suum reverenter audiunt 519 a — Christum videt in propria conscientia qui ei credit firmiter, ipsum diligit sinceriter, imitatur conformiter 243 a — portandus est in ulnis cordis nostri 644 b — amplexandus est per fidem et amorem *ibid.* — est degustandus per viam devotionis, admirationis, exultationis 92 b. 93 a — renuit habitare in animis apertis et inquietis 153 a

— tangit, ut excitet dormientes, stimulet negligentes, dirigat proficientes 186 b — extendit manum, ut captivum liberet, liberatum revocet, ut revocatum sibi ostendat *ibid.* — visum suum extendit super constitutos in contemplatione superna, conversatione praeclara, devotione continua et in mentis ordinatione areta 308 b. 309 a — stat ad promulgandum perfectionis edicta, decernendum iudicia universa, largiendum aeterna donativa, praestandum tribulatis auxilia 293 b — Per Christum resurgunt impotentes, insipientes, lascivientes 131 a — surgit ad reducendum errantes, erudiendum credentes, confortandum perfectos 191 a

— est verus amicus, qui non deficit 405 a — est verissimus amicus noster 369 b — Deliciae Filii Dei sunt esse cum Apostolis et praelatis 218 b — A Christo cognoscimur esse de familia sua, quia nominamus nos ex parte ipsius, vel quia portamus eius litteras, vel quia manemus cum eo, vel quia similes sumus ad vestes eius 327 a, b — Eiusmodi sunt laici fideliter confitentes, clerici veraciter praedicantes, Religiosi assidue comitantes, perfecti eius passionem viriliter imitantes *ibid.*

— animae infundit veritatem fidei in cognitiva 242 b — Debemus credere in Christum humiliter et cum reverentia 181 a — Ipsi credendum est, quia habet veritatem puram, rectam, honestam 442 b — In Scriptura legimus, quaedam scripta esse in Christo ut in exemplo, vita et signo; de Christo ut generato, incarnato, resuscitato; a Christo, scilicet in tabulis lapideis, animabus beatificandis et in pulveribus terreis; pro Christo, scilicet honorando, audiendo et praedicando 53 a, b — imprimit in creaturis vestigium veritatis et virtutis 470 a, b — Eo ablato remanet, deformitas peccantium et error peccatorum 709 a

— est timendus, honorandus diligendus 180 a, b — est terribilis inimicis, honorabilis domesticis, amabilis egenis 188 b. 191 b — est peccatoribus formidabilis, poenitentibus placabilis, pervenientibus suavis, respectu omnium insuperabilis 71 b — blasphemat, quando quis ad eius iniuriam peccata perpetrat 437 a — Si non volumus formidare eius iustitiam, saltem eius curialitati vicem impendamus 196 b

— Eius memoria pertractanda est in mente, sermone, repraesentatione, operatione 394 b — Debemus considerare eius sublimitatem, humilitatem, benignitatem, severitatem, suavitatem et afflictionem 730 b — Inde consequemur gratiam, reveren-

(13)

tiam, poenitentiam, veniam, salutem et laetitiam 731 b — In Christo gloriandum est per quatuor sensus spirituales 142 b — Ad Christum debemus affici maxime per caritatem 248 b — colendus est propter excellentiam, sapientiam, munificentiam, praesentiam 170 a — Non potest honorare Christum ut regem qui non est extra peccatum; non potest audire verba eius ut doctoris qui habet oculos ad mundum; non potest offerre Christo ut pontifici qui adhuc offert diabolo 244 b

— Eius cognitio inchoatur per gratiam et consummatur in gloria 271 b — Per ipsum causaliter habetur felicitas aeterna 698 a — est viatorum adiutor et comprehensorum beatificator 234 a — in quantum Iesus, confert gloriam 173 b — Visio Verbi incarnati est tota merces nostra 83 b — noluit esse solus in convivio iucunditatis, sed vocavit familiares, amicos et servos 478 b — facit convivium caeleste et invitat principes suos 149 a — ad coenam caelestem vocat instanter per documenta et exempla, gratis per beneficia et promissa, generaliter comminando per aeterna supplicia 359 a, b. 360 a

— est panis, qui manducatur in regno Dei 409 a — Hic panis satiat gustum interiorem et exteriorem *ibid.* — Quare sit hic panis magna aviditate appetendus *ibid.* — perfecte satiat animam quoad gustum eius interiorem et exteriorem 358 b — Hic cibus, licet satiet, ob tres rationes non generat fastidium *ibid.* 359 a — iucundum et delectabile est inlueri Christum quoad Deitatem et humanitatem 174 b — Caelum lumine Agni decoratur 601 b — Divinitas est loco solis, humanitas loco lunae *ibid.* — caelum illuminat quantum ad carnem, animam et Deitatem 653 a — inebriat supernam civitatem torrente voluptatis 340 b — in patria beatificat purgando errorem, fugando dolorem, terminando omnem laborem, evacuando timorem 83 a. 84 b — quomodo doceat diversos ordines Angelorum et Beatorum 402 a, b. 422 b. 444 b

— Eius facies est ornativa caelestis curiae, illuminativa militantis Ecclesiae, delectativa devotae animae 221 a, b — Facies Christi desideratur ab omnibus electis Dei 48 b — Christi facies est gloriosa, luminosa, gratiosa, copiosa 49 a — Christi facies est fons et finis omnium honorum, scientiarum, desideriorum et delectationum *ibid.*

13 — Eius tentatio opponitur tentationi protoparentum 208 a — bene ductus est in desertum, eo quod non abhorruit solitudinem, famem et hostem malignum 205 b — Ibi diabolum contrivit constanter et deiecit feliciter *ibid.* — tanto ieiunio in deserto corpus afflixit, ut se sentiret totaliter mortificatum *ibid.* — nullum genus tentationis timebat 208 b — Triplex fuit eius tentatio 624 b — vicit tentationem gulae abstinentia; vanae gloriae, humilitate; avaritiae, paupertate 206 b. 207 a — vicit tentationem gulae per spiritualis cibi degustationem 207 a

CHR (14)

— Diabolus post tentationem deprehendit, in Christo esse sanctimoniam, sapientiam, armaturam 208 b — Diabolus nihil delectabile ei poterat proponere, nullum laqueum tendere, nullum iaculum proicere *ibid.* — Diabolus eum reliquit tanquam insuperabilem et omnia superantem *ibid.* — Post eius tentationem secuta est iucunda tranquillitas *ibid.* — tentatione superata, accesserunt ad eum Angeli 624 b — voluit tentari, ut nos ad resistendum diabolo informaret 205 a. 206 a — per suam tentationem docet nos resistere triplici tentationi diaboli 209 b. 210 b. 211 b

— transfiguratus est ad nutriendum Apostolos in fide 218 b — Christus voluit transfigurari, ut levius crederetur eius resurrectio 216 a — voluit transfigurari, ut gloriam resurrectionis suae praecostenderet *ibid.* — in Petro voluit illuminare praelatos, in Iacobo confirmare activos, in Ioanne inflammare contemplativos 218 a — voluit transfigurari coram tribus testibus, quibus totus mundus crederet 216 a. 218 a — voluit habere testimonium divinum, propheticum et humanum 218 a — quare transfiguratio facta sit in monte 216 a

14 — ingrediens Ierusalem ostendit humilitatem, benignitatem, caritatem 245 a — Eius ingressus in Ierusalem describitur ut universaliter gratiosus et fructuosus 245 b — ingrediens Ierusalem venit ut rex, sponsus, amicus, salvator 246 a

— quaecumque mystica veteris Testamenti adimplevit 204 a — Explicatio *ib.* a, b — potatus fuit amaritudine fellis 637 a — per sex lustra temporum operatus est et septimo positus est in sepulcro et requievit 267 a — potissime fuit in laboribus per dies ante passionem *ibid.* — clamabat pro calice amovendo 256 b — non indigebat confortatione, sed corpus eius mysticum 617 a — non indiguit confortatione Angeli, sed voluit ostendere, quod Angeli assistunt devote orantibus 626 b

— immunis a peccato voluit a peccatoribus iudicari 196 a — In eius passione et condemnatione actum est in omnibus contra Legem 303 b — Explicatio *ibid.*

— Eius passio describitur quoad malignitatem discipuli, contemptibilitatem ultimi opprobrii et acerbiterum supplicii 202 a — Eius passio describitur sub ratione pretii, exempli, vestigii 296 b — Eius passio fuit impiissima quoad crucifigentes, piissima quoad ipsius et Patris voluntatem 259 b — Eius sanguinis effusio fuit piissima, plenissima et poenalissima 725 b. 726 a — in cruce et per crucem summum habuit dolorem naturalem et summum gaudium rationale 705 a — Eius oblatio per proprium sanguinem fuit pretiosa, sumtuosa, opportuna, amorosa 240 a — Tanti pretii est sanguis Agni, quanti valoris est Agnus 726 b — Passio eius erat voluntaria, necessaria, acerba, opportuna, fructuosa 304 a

— Acerbitatem eius supplicii ostendit nobilitas teneri subiecti, malignitas Iudaici populi, atrocitas amari supplicii 203 b —



Eius passio fuit durior quam alienius hominis, quia eius complexio tenerrima fuit 264 a — fuit rubicundus in passione 580 a — in sua passione totaliter erat aspersus sanguine 274 b — dicitur reptans manibus et pedibus, quia intossas manus et pedes habet 325 a — Nomen scriptum super caput eius nemo novit esse verum nisi Christus et cui sibi placuit revelare 244 b — Maioris virtutis erat in tormentis perseverare quam de cruce descendere 132 a

— Christi mors fuit praefigurata in diversis sacrificiis 617 a — clamans mortuus est, ut ostenderet immensitatem sui doloris in carne et mente 726 b — Eius horribilis clamor in morte ipsis insensibilibus videbatur incutere horrorem 203 b — Hanc vocem non audientes duriores sunt ipsis lapidibus *ibid.* — Qui et quanti fuerint dolores Christi in cruce 204 b — Eius tormentum erat tam acerbum, ut prius obiret quam cum eo crucifigi 202 a. 204 b. 726 a — Anima absque maximo dolore de corpore avelli non potuit 204 b — quamdiu sanguis Christi in domicilio vitae abundabat, anima ibi habitare naturaliter appetebat 726 b — fuit princeps Martyrum 513 a

— In eius passione iunctum est infinitum cum supremo 69 a — Divinitate Christi impassibiliter permanente, humanitatis tunica fuit sanguine immersa 726 a — Divinitas nihil mali passa est 266 b — in pugna cum diabolo mortuus fuit secundum carnem 684 b

— poterat sine sanguine daemones fugare, sed decreverat nos salvare per passionem 626 a — Sine eius morte non potuit explari peccatum 617 a — debuit mori propter mitigandum rigorem divinae iustitiae 223 b — voluntarie recepit mortem pro redemptione hominum 27 b. 307 b — Princeps fortissimus ad crucis patibulum se duci permisit 57 b — non ex obligatione, sed ex dignatione cum desiderio mortem suscepit 295 a

— Quoad Christum immolatum notantur ardor caritatis et honor gratificae acceptationis 230 b — Sudor sanguineus non tam ex timore quam ex amore processit 705 a — Sola caritas movit Christum ad patiendum 297 b — passus est pro nobis ex benevolentia et caritate 374 b — non necessitate, sed caritate et potestate passus est 298 a — sic nos dilexit, ut ipsam carnem exponeret pro nobis impiissimis cruciandam 252 a, b — crucifixus est ex caritate 617 a — desiderabat crucem 468 a

— Si stetit homo in eo quod accepit a creatione, Filius Dei pro eo non esset motuus 547 a — pro veritate passus, conculcatus et despectus est 148 a — Deus voluit, Agnum occidi ad solvendum redemptionis pretium, ad prosternendum hominis inimicum, ad probandum virtutis exemplum 239 b — sustinuit mala poenae, ut deleteret mala culpae 432 b — pro nobis attritus fuit 663 a — pro nobis damnatus est et in ara crucis immolatus 230 b — humiliter mortem crucis pro salute nostra

cum desiderio suscepit 202 a — voluit aspergi sanguine proprio, ut nos mundaret 474 a — passus est pro nobis purgandis ab omni iniquitate quantum ad offensam, maculam, sequelam 296 b — Eius sanguis effusus est propter offensas placandas et maculas delendas 260 b — pro peccato crucifixus est 265 a — mortem suscepit propter divinam iustitiam 274 b — ascendit in cruce ad praedam tollendam de potestate daemonum 322 a — ascendit in cruce contra daemones 325 a — Christi arma sunt signa passionis suae *ibid.* — ut omnia ad se traheret per vinculum amoris, voluit exaltari a terra 223 b. 224 a — suscepit mortem temporalem, ut destrueret aeternalem 432 b

— voluit illudi, flagellari et conspu, ut destrueret frontis inverecundiam, delectationis complacentiam et elationis superbiam 203 a — fuit morte damnatus, opprobriis affectus, conviciis lacessitus, vinculis ligatus et flagellatus, vestimentis spoliatus, clavis transfossus, felle et aceto potatus ad expiandam humanam nequitiam, arrogantiam, invidiam, negligentiam, avaritiam, luxuriam, gulositatem 264 a, b. 265 a — Haec passus est, ut nos liberaret a sempiterna damnatione, confusione, maledictione, servitute, pauperie, calamitate, amaritudine 265 b — in aperto portavit coronam ignominiosam, ut omnibus emeret per illam coronam gloriosam 485 b — ascendit in cruce, ut per virtutem passionis perveniremus ad gratiam 324 b — in signum vehementissimi amoris voluit, aperiri pedes, manus et latus, ut nos intra vulnera reciperet et defenderet 295 b

— Eius corpus fuit attritum et proiectum in terra ad modum frumenti 190 a — Sanguis Christi habuit virtutem purgativam, placativam et perfectivam 726 b. 727 a — Cuilibet virtutis triplex est effectus 728 a — per suum sanguinem nobis vitam reddidit, maculam delevit, iram placavit, caelum aperuit 240 a — Passio Christi purgat, illuminat, perficit 296 b — Eius sanguis habet virtutem mundificativam, quia est sanguis Agni immaculati 297 a — Eius sanguis non est sanguis hominis puri, sed hominis et Dei *ibid.* — Eius sanguis purgat carnem et mentem *ibid.*

— suis quinque vulneribus prostravit diabolum 266 a, b — per suam benignitatem in cruce omnem malignitatem tulit 467 b — suo sanguine solvit debitum hominis 274 b — crucifixus confert veniam culpa 173 b — nos a morte aeterna proprio sanguine liberavit 75 a — populum suum liberavit proprio sanguine 243 b — nos salvavit proprio sanguine 428 b — per proprium sanguinem invenit hominem amissum 369 a

— coniunxit nos dissipatos in sua passione 61 b — antiquam discordiam foedere proprii sanguinis concordavit 243 a — per suum sanguinem fecit reparationem concordiae universalis et relaxationem vindictae iudicialis 29 b. 273 a — in patibulo crucis Deo nos confoederavit 673 a

— Sanguis Christi ad proclium nos animavit 729 a

— per vulnera liquorem expressit morborum sanativum et salutis effectivum 130 b — crucifixus est lignum vitae 58 a — crucifixus ad modum cordis influit vitam gratiae in cetera membra corporis mystici *ibid.* — In Christo omnes vivificantur merito suae passionis 239 a. 273 a — in sua passione pro nobis praecipue est exemplum caritatis, humilitatis, longanimitatis 297 b — per sanguinem Christi dedicantur membra nostra, ut sint Spiritus S. templa 728 a — per suam mortem est causa nostrae immortalitatis 159 a — per sanguinem eius reparatur ruina angelica et reconciliatur humana natura 729 a

— Sanguis Christi sanguis uvae dicitur 726 a

— pro omnibus passus est quoad sufficientiam, sed non pro omnibus quoad efficaciam 295 a — Sanguinis Christi virtus sufficiens ad omnes non est efficiens nisi in iis qui debite se disponunt 727 a — Hoc faciunt tria genera hominum *ibid.* — in sanguine suo nos lavat spiritualiter, si adhaereamus ei per fidem, spem, amorem et compassionem 260 b

— intravit in gloriam suam per crucem 469 b — per passionem crucis sublimatus est 221 b — hoc ipso, quod despectus fuit, fuit gloriosus 148 a — per hoc, quod condemnatus fuit et morti adindicatus, obtinuit regnum *ib.* b — Causa principatus Christi fuit despectus in cruce *ib.* b — multo labore et dolore acquisivit principatum caelestem 172 a

— Debemus partem habere in passione Domini *ib.* b — Nullus omnino potest ipsam videre, nisi sit cum eo crucifixus 232 b — Nemo potest cum Domino regnare, nisi passionem eius fuerit imitatus 149 a. 728 a — Magna debet esse in Christum crucifixum fides et devotio 394 b — nos invitat, ut de suis plagis et vulneribus cogitemus ibique immoremur 508 b — Christi passio designatur per torrentem, in quo debemus fodere per iugem meditationem 341 a — Semper cogitandum est de passione et plagis Christi 509 a

— Si quis bene Christi passionem consideraret ipsumque diligeret, in eius similitudinem transformaretur 260 b — Ipsius passione debemus inflammari ad eius amorem 513 b — Passionis Christi recordatio debet cor nostrum igne caritatis sursum erigere 342 a — Quando ardor passionis veri Solis descendit super cor nostrum, debemus toti liquefieri 524 a — Considerans sanguinem Christi pro nobis effusum, debet inflammari ad eius amorem, mundi contemptum et carnis macerationem 239 b — Si attendamus ad passionis causam, ad personam patientem, ad passionis utilitatem, addiscimus peccatum odire, Deum diligere, iudicium formidare 264 b. 265 a, b

— Consideratio Christi pendens in cruce est remedium contra vitia capitalia 261 b — in ligno pendens est curatio contra tentationes honorum, deliciarum, divitiarum



CHR (15)

132 a — Qui Christum passum intuentur sanantur et ex ipso intuitu confortantur 727 b — Passio Christi debet nos excitare ad dolorem, lacrymas et compassionem 307 a, b — Si eius memoria est in cordibus nostris, abstinendum est a carnalitate 305 a — Memoria passionis est armatura ad superandum diabolum 403 b. 404 a — Exemplum 404 a — Nihil est, quod ita nos liberet a servitute diaboli, sicut passio Christi 626 a — Hoc significatur per cor piscis positum super carbones et per sanguinem agni in superliminari *ibid.* — Exemplum *ibid.*

— Meditativi passionis Christi habent argentum 639 b — Memoria passionis disponit hominem ad intelligentiam, conservat in eo memoriam, cum ordinat ad vitam aeternam 304 b — Amans Christum crucifixum transfertur vel transformatur in Crucifixum 589 a, b — Qui condolent Christo per compassionem congaudent cum eo per gloriae participationem 308 a — Qui semper meditatur mortem Christi beatus erit hic beatitudine gratiae, sed beatior in futuro beatitudine gloriae 304 b

— Qui sanguine Christi non emollitur ad compassionem, devotionem et poenitentiam durior est lapide 509 a — Videmus eum totum perforatum et cruciatum et nihil volumus pro eo facere 466 b

— est laudabilis in sua passione 75 a — Mors eius gratis deputatur ad gratiam, ingratis intorquetur ad culpam 80 a — Eius dolor est mitigandus, non amplius innovandus 203 a — nunc caeditur blasphemis et exhonoratur opprobriis peccatorum 427 b — Christi sanguinis offensione universa concitantur 729 a — Christi sanguinis contemptores sunt gravissima poena ferendi 726 b

— Nemo potest armaturam dominicae passionis induere, nisi prius carnis luxuriam per continentiam coarctet 404 a

15 — de morte tertia die suscitatus est 322 a — surrexit per virtutem Divinitatis 504 b — probavit, se resurrexisse per visum, auditum, olfactum, gustum et tactum 276 a — Veritas resurrectionis declaratur quoad certitudinem rei factae et manifestationem propriae personae 280 b — resurgens voluit retinere cicatrices, ut probaret identitatem sui corporis 290 b — non indignit suffragio orationis devotae nec adminiculo ministrations angelicae, quamvis usus sit obsequio caelestis militiae 273 b — Si credimus, aridam virgam Aaron floruisse, debemus etiam credere, veram carnem Domini resurrexisse 282 a — Eius resurrectio inter omnia opera restorationis plus habet admirationis et difficultatis ad credendum 215 b. 216 a

— Privilegia suae resurrectionis sunt primitas insolitae novitatis, virtuositas propriae potestatis, exemplaritas nostrae necessitatis 272 b — Nullius hominis sepulcrum est tam gloriosum 586 b — descendit per humilitatem et reascendit post resurrectionem super Cherubim 556 a — Quatuor dotes Christi resurgentis referun-

(16)

tur a quatuor Evangelistis 284 a, b — resurrexit sine putredine 281 b — surrexit ante incinerationem et putrefactionem 276 a — de tumulo processit sicut virga Aaron 282 a — In eius passione vita fuit induta morte, in eius resurrectione tota vita resurrexit 26 a — coronatus est corona carnea, spinea, gemmea et aurea 245 b — Ipsum coronavit Mater Virgo diademate carneo, mater synagoga diademate spineo, mater divina iustitia diademate splendido 244 a — devicto mortis imperio, coronatus est diademate novae incorruptionis 273 a — semel mortuus semel tantum resurrexit 276 a

— Eius caro erat deformis in moriendo, sed summae pulchritudinis in resurgendo 172 a — Quanto caro eius fuit vilis in terram proiecta, tanto maiori gloria et honore est circumamicta 244 b —

— Eius caro in conceptione floruit, in passione defloruit, in resurrectione reffloruit 281 b — Eius caro glorificata apparuit in natura nostra *ibid.* — Eius caro floruit sicut rosa, liliium, amygdalus, palma, 283 a — Eius resurrectio proponitur sub ratione floris propter speciositatem, puritatem, levitatem, sanitatem *ibid.*

— est terribilis in resurrectione 75 a — Christi resurrectio ex sui celsitudine quodam modo moritur in nostra opinione, ex sui certitudine fallitur in nostra cognitione, ex sui magnitudine despicitur in nostra proportione 272 a — Qui ipsum despiciebant in statu passionis et infirmitatis eum adorabant in statu resurrectionis et gloriae 299 a — Post eius resurrectionem amplior effulsit in mundo splendor aeternae lucis 401 a — in nascendo contulit consortium naturae, in patiando beneficium gratiae, in resurgendo complementum gloriae 272 b — Eius resurrectio est causa nostrae resurrectionis 320 a — est caput et exemplar nostrae resurrectionis 274 a — Resurrectio Christi est exemplar nostrae glorificationis 215 b

— resurgens liberavit hominem ab offensione totalis culpae, obligatione reatus poenae, calamitate corporalis miseriae 274 a — resurgens annuntiat pacem triplicis reconciliationis, optat pacem unionis, hortatur ad pacem conversationis 292 a — resurgens apparet poenitentibus ut condonator, proficientibus ut exauditor, perseverantibus ut consolator, pervenientibus ut praemiator 281 a — resurgens dat veris humilibus gratiae sanctitatem, intelligentiae puritatem, conscientiae incunditatem 292 b — Christo resurgenti debemus conformari perfectione conversionis, sollicitudine operationis, praegustatione contemplationis 276 b — resurgens est nobis exemplum ad Deum requirendum, gratias agendum, divinae gratiae lumen recipiendum, ad ipsum contemplandum 280 b. 281 a

16 — Rationabile erat, quod Christus, quia a summo Patre habuit originem, reverteretur ad suam originem 315 a — Pater paravit sedem Filio sicut regi, magistro, iudici, pontifici 321 a — Amor est, quo Christus ascendit et descendit et nos

CHR (16)

ascendere facit 317 b. 318 a — ascendit de illo loco, in quo est medium caeli respectu terrae 323 b — Quod corpus sursum ferebatur, non erat per violentiam, sed per naturam corporis gloriosi 315 a — ascendit sua virtute et impassibilis et immortalis 323 a — In eius ascensione soli Angeli occurrere potuerunt 694 a — Quomodo possit dici ascendisse ad orientem, et tamen super occasum 323 a — post ascensionem per novem dies fecit quasi festum cum singulis choris Angelorum et die decima cum Apostolis *ib.* 324 a — Eius ascensus fuit signatus in ascensione Iuda 322 a

— fecit mirabilia in ascensione 75 a — Propter virtutes, merita et dignitates ascendit super quindecim orbis mundi et quindecim vitas incorporeas 318 a, b. 319 a. 322 b. 323 a — non tantum ascendisset, si non tantum descendisset 318 a — Sic et nobis est ascendendum 319 a, b — ascendit modo excelso, potestativo, iucundo 322 b — qui parvulus fuit in terris maximus est effectus in caelis 340 b — quia in descendendo fuit ceteris humilior, fuit in ascendendo omnibus sublimior 172 a — quantum descendit carnem accipiens, tantum ascendit in gloria 696 a — Christus per decem creaturarum vitas descendit et per easdem ascendit 659 a — in carne transivit a mortalitate ad immortalitatem 314 b — Illic transitus vocatur via colubri *ibid.*

— Eius ascensio consideratur quoad exaltationem humanae naturae et apertionem caelestis ianuae 326 b — Ascensio Christi describitur quantum ad suam praesentiam in hierarchia caelesti et suam influentiam in subcaelesti 319 b — Christi ascensio describitur quoad originale principium, interveniens medium et finale complementum 315 a — Considerari potest ascendentis meritum, ascensionis terminus et fructus 318 a — Ascensio Christi commendatur quoad ascendentis dignitatem, modi ascendendi singularitatem, ascensionis utilitatem 321 b. 322 a — Notatur ascendentis meritum, ascensionis status et effectus 319 b — Eius ascensio explicatur quantum ad terminum excellentem, permanentem, efficacem 320 b — ascendit ut victor, rector, remunerator 322 a

— Via ad caelum nesciebatur, antequam ipse praecederet nos, et erat mala et ardua 326 b — quando ascendit, nobis aperti sunt caeli 614 b — Eius ascensio est causa et exemplar nostrae ascensionis 320 a — ascendendo humanae infirmitatis renovavit virtutem *ibid.* — Post ipsum ascendere debemus per innocentiam, pudicitiam, confidentiam, benevolentiam perseverantiam *ibid.* — Utilitas ascensionis erat liberatio infernalium, effusio divinum charismatum, reparatio ruinae Angelorum 323 b — ascendendo caeli patefecit ingressum, redintegravit numerum, accumulavit solatium, stabilivit imperium, derivavit influxum 320 a — ascendit ad fastigium imperiale, quo regit, disponit et ordinat omnia

secundum plenitudinem suae sapientiae 322 a, b — postquam ascendit diversimode punit malos et removet vitia et peccata *ib.* b — Solemnitas Ascensionis singularem habet praerogativam, quia in ea Christus laetificat Ecclesiam triumphantem et militantem 319 b

— secum duxit praedam animarum detentorum in limbo inferni 322 a — Patres de limbo liberavit ad implendam divinam promissionem 264 b — descendens in limbum reduxit Patres conferendo eis gloriam 48 a — non solus ascendit, sed alii post eum 326 b — ascendit ante eos ad dirigendum, animandum, adjuvandum, hospitium praeparandum *ibid.* — Haec singula fecit in conversatione, passione, resurrectione, ascensione 327 a — Propter haec debemus esse sapientes in eligendo, audaces in aggrediendo, viriles in prosequendo, avidi in consummando *ibid.* — praecessit sicut ille qui portat cereum de nocte coram magnatibus 326 b

— Qui vult ascendere cum Christo in caelum debet ascendere per gratiam, iustitiam et sapientiam 324 a — Qui vult cum Christo in caelum ascendere debet primo descendere per recognitionem propriae iniquitatis et revisionem fragilitatis 319 b

17 — nos allicit ad imitationem sui et Matris et Apostolorum 35 b — est exemplar, forma et regula vitae nostrae 266 b — se praebuit exemplar universorum et omnium perfectorum 190 a — est forma et exemplar omnium perfectorum 467 a — fuit liber, speculum et exemplar humani generis et totius evangelicae perfectionis 337 a

— natus nunquam apparuit nisi in claritate exemplorum fidelibus 113 b — factus est exemplum septemplexiter 108 b — Quaelibet Christi actio est nostra instructio 47 a, 183 b, 205 a, 276 b, 416 a, 444 a — fuit signum exemplare in omni actione sua 131 b — Secundum eius exemplum est agendum, patiendum et transeundum 107 b — infirmitatem assumpsit, ut in ea doceret exemplum perfectionis, iustitiae et humilitatis 442 b — In Christo est mira humilitas in ostensione exempli 241 b — est credibilis, imitabilis, diligibilis 61 b — Ambulare ad Christum nos docent novem lumina radiantia 167 b, 168 a

— Valde securum est Christum sequi 729 b — Ipsum sequi est facile, utile, honorabile 354 a — Vestigia eius deducunt ad summam perfectionem 374 b — Si sequimur ipsum, liberabit nos de manu servitutis et introducet nos in regnum pacis 148 b — Sunt qui sequuntur Christum, Agnum mansuetissimum, Doctorem prudentissimum, Regem potentissimum, Patrem praedulecissimum 354 a — Sequi eius vestigia potest esse praesumptuosum, curiosum, gloriosum 299 a — Aliqui sequuntur Christum reprehensibiliter, aliqui laudabiliter, aliqui feliciter 353 b

— est exemplum magnae virtutis 61 a — est vera virtus, et ipsum oportet imitari 639 b — Vestigia Christi, quae debemus sequi, sunt eius exinanitio, humi-

liatio et despectio 263 a — Debemus ipsum imitari quoad virtutem, humilitatem, libertatem 440 a — Debemus ipsum sequi in abdicatione terrenorum, mortificatione carnis, abnegatione voluntatis 299 b, 300 a — Hoc fit perfecte per votum paupertatis, continentiae, obedientiae *ibid.* — Pauperes et nudi debemus sequi ipsum pauperem et nudum 475 b — Eius legati debent esse pauperes 373 a

— Debemus sequi eius humilitatem 232 a — reliquit nobis exemplum caritatis et benevolentiae 374 b — Debemus imitari exemplum caritatis Christi patientis animam ponendo pro honore Dei et salute proximi 298 a — est exemplar patientiae 54 a — Ad patientiam nos informat Christi obedientis promptitudo, conversantis mansuetudo, patientis amaritudo, iudicantis rectitudo, regnantis magnitudo *ibid.* — ad opera misericordiae invitatur et se in exemplum misericordiae insinuat 319 b — Non potuit aliquis ipsum imitari in pulcritudine et sapientia 60 b

— In eius vestigiis ponendus est pes affectionis, veritatis et contemplationis 470 b — Illi soli libenter vadunt post Christum qui habent desiderium caelestium 729 b — Qui vult ipsum perfecte sequi debet suam voluntatem subicere voluntati Dei, et qui vult perfectius sequi, etiam voluntati proximi 300 a, b — Ipsum sequi debemus libere et sine coactione 424 b — Debemus ipsum sequi subiectione voluntatis et assumptione poenalitatis per patientiam *ibid.* — Ipsum sequi debemus perseveranter per humilem subiectionem et continuam macerationem 374 b

— Debemus sequi Christum per filialem reverentiam 232 a — Debemus ipsum sequi captivatione libertatis 424 b — Qui vult sequi Christum debet habere paupertatem, pietatem et humilitatem 36 a — Qui intente volunt sequi ipsum debent incedere per viam iustitiae et misericordiae 302 b, 303 a — Qui vult sectari Christum relinquat infantilia desideria 208 a — Non possumus eum sequi per terrenam cupiditatem et vanam gloriam 232 a — Qui sunt imitatores Christi sanati et purgati sunt a sequela peccati 297 b

— induitur per amoris transformationem, veritatis aemulationem, sanctitatis operationem 430 a, b — Christum induimus per contemptum vanitatis, gemitum devotionis, habitum honestatis, amplexum caritatis 43 a — induitur per mundiciam, benevolentiam, patientiam 429 b — Induti sumus omnes eodem panno, sed non omnes tingimur eodem colore cum illo 327 b

— Qui concordat Christo iustus est; qui discordat non est iustus 468 a — Sicut Christus mortuus est carne, vivens autem spiritu, debemus mortui in peccato vivere spiritualiter 304 b — Per obedientiam sumus Christi frater, per sanctimoniam eius soror, per misericordiam eius mater 212 b, 213 a

— Debemus esse conformes Christo voluntate et vita per securitatem animi, stabi-

litem voti, utilitatem facti 384 b — Debemus ei conformari in humilitate et paupertate 527 b — Fideles debent esse conformes Christo anima, lingua, vita, fama et morte 42 b — Aliqui volunt configurari Christo nascenti, non autem patienti et morienti 509 b — dicitur homo novus, quem debemus in nostra conversatione monstrare 139 a

— forma veri discipuli consistit in quatuor 591 a, b — Verus Christi discipulus est, qui nulla tentatione separatur ab eius dilectione, nullis opprobriis et suppliciiis cessat ab eius nominis confessione 290 a — Talis meretur ab ipso illuminari et a divina bonitate praemiari *ibid.* — Veri Christi discipuli debent esse austeritate rigidi, humilitate praediti, caritate fervidi 292 b — Veri eius discipuli vident eum continue ut doctorem, pontificem, regem *ibid.* — Veri Christi discipuli gaudent de puritate conscientiae, longanimitate patientiae, veritate iustitiae, suavitate repromissae gloriae *ibid.* 293 a — Christi discipuli habeant humiliationem obedientiae, confederationem benevolentiae, perpetuationem perseverantiae 289 a — Non potest esse eius discipulus qui non se humiliat 298 b — Discipulus Christi non est qui eum non imitatur per patientiam 139 a — Tanquam boni milites debemus ferre vexillum et arma ipsius Christi 297 b — Quia sumus discipuli Christi, debemus audire quae fecit 208 a

CIBUS — Nullus potest diu subsistere sine cibo 379 a — Mors de proximo imminet, si homo non valet comedere 432 a — bonus eandem bonitatem retinet in scutella de ligno sicut in argentea 519 b — magis placet in scutella argentea *ibid.* — per orationem est sanctificandus 644 b — Non debemus ad cibum accedere, sicut faciunt bruta animalia *ibid.* — Exemplum de quadam moniali, in quam intravit diabolus *ibid.*

— perfectus mentis consistit in Verbo incarnato 671 a, b — caelestis est Verbum incarnatum 136 a — caelestis est necessarius *ibid.*

CICATRICES — sunt signa probitatis 526 b  
CINNAMOMUM — oculo aufert tenebrositatem 646 a — Per illud intelligitur gratia illuminans *ibid.*

CIRCULUS — est figura simplex et perfecta 615 b — potest fieri in corpore, sed non in atomo 326 a

CIRCUMCISIO — dabatur in pactum, remedium et signum 134 a — carnis est signum novitatis mentis 137 a — erat signum amotionis culpae et poenae *ibid.* — purificabat homines ante Christum 634 b

— erat ad tempus servanda 63 a — Erat tempus circumcisionis institutae, impletae et prohibitae 134 a, b, 135 a — Quia iam erat tempus gratiae, circumcisio inhibebatur 135 b — Quia Christus suscepit circumcissionem, ideo debet cessare et iam non valet 133 b, 134 a, b

— Novitas gratiae praeferranda est vetustati circumcisionis 134 a — Qui vult

## CIR

spiritualiter circumcidi debet spiritualiter renovari 137 a — Spiritualiter circumcisi liberati sunt *ibid.* — Quatuor actibus debemus esse ipsa circumcisio 142 a

— Per octo dies ante circumcisionem significantur octo gradus virtuales 139 b. 140 a, b — Octo dies ante circumcisionem significant octo luciformes aedificationes 143 b — Octo dies ante circumcisionem sunt octo gradus contemperationis 139 b. 140 a, b — Octo dies ante circumcisionem sunt diversi affectus in poenitentia 143 b

— Dies Circumcisionis est dies boni nuntii 138 a — In hac solemnitate debemus habere consummatam iustitiam, beatam fragrantiam, deliciosam experientiam 142 a

CIRCUMSPECTIO — Attentio providae considerationis reddit circumspectum 23 b — debet esse quoad praeterita, futura, prospera, adversa 227 b

CISTERNA — dissipata designat scientiam humanam et mundanam 338 b

CITHARODUS — chordas ita protendit, quod nec nimis sunt extensae nec nimis remissae 288 a — non potest plectro chordas ita ordinare, quod nullius auditum offendat 286 a

CIVITAS — designat congregationem fidelium 423 b — dicuntur Religiones 662 b — Securius est habitare in civitatibus quam in locis desertis *ibid.* — designat vitam aeternam 426 a

CLAMOR — est praedicationis, confessionis et orationis 213 a, b — Hi significantur per tres mulieres *ibid.* — Debemus clamare clamoribus laudis magnificentibus Creatorem, extollentibus Redemptorem, glorificantibus Remuneratorem 214 a — debet esse in imploratione remedii 268 b

CLARA — in obitu suo dixit, se vidisse Dominum gloriae 694 a

CLARITAS — A claritate fidei transformamur in claritatem speciei 449 b — corporis glorificati designatur per rosam 283 b

CLAUDUS — est qui incedit duplici via, modo quaerens temporalia, modo aeterna 652 b

CLAVUS — penetrans carnem Christi factus est clavus reserans caeli ianuam 350 a

CLEMENTIA — est nobilissima pars iustitiae 565 a — maxime competit homini *ibid.* — Qui fugit legem clementiae cadit in legem iustitiae 417 b

CLERICUS — est qui habet Deum partem, vel qui est pars Dei 640 a — habet coronam et capillos tonsos in signum desertionis temporalium 541 a — quando datur ei corona, dicit: Dominus pars hereditatis meae 212 a. 516 a. 640 a

— intelligitur per ludam confitentem 674 a — comparantur lunae 37 a — debent lucere 518 a — debent alios illuminare 604 b — deberent esse montes radiosi 689 a — mali dicuntur montes caliginosi *ibid.* — quaerentes folia verborum et non proferentes fructum merentur a Deo maledicti 684 a

— debet sursum levare et speculari 541 a — monentur, ut curent de sancti-

tate 644 a — debent esse assidui in tabernaculo 675 a — maxime debent habere temperantiam 655 b — maxime debent esse modesti 567 b — In clericis iam promotis debet esse modestia quoad ea quae sunt corporis, oris, operis, hominis interioris *ibid.*

— debent intrare per portam munditiae 604 b — sint mundi corde et corpore pudici 568 b — mali reprehenduntur, qui amore carnalium parentum redeunt ad delectationes carnis 362 b

— aliqui facti sunt cupidi 464 a — aliqui plus curant de praebendis impetrandis quam de gratia 157 a — multi curant de divitiis, gloria, honore et scientia 644 a, b — non possunt luxuriari de his quae sunt ad cultum deputata 675 a

— mali comparantur obscurationi luminarium propter tria 37 a — Reprehenditur negligentia eorum, qui nesciunt Angelorum ordines 625 a — Homo non potest esse cito bonus clericus, nisi multa sit expertus 525 a

CLERUS — idem est quod sors 640 a

CLYPEUS — Nobis datus est clypeus aureus animae et aereus carnis 449 a — aerei figurant partes imaginis naturae, aerei gratiae *ib.* b

COENA — est refectio, quae est in fine diei 357 a. 361 a — est perfecta, si adest singularis dignitas, abundans copiositas, invitantis curialitas 357 a — Magna est benignitas domini invitantis alios per servos; maior, invitantis per se ipsum; maxima, invitantis alienos et extraneos 361 a

— huius mundi carent curialitate, generalitate, satietate, delectationis diurnitate 362 a — huius mundi plenae sunt vilitate, inhonestate, iniquitate, inanitate, nec carent poenaltate *ibid.* — In coena huius mundi pauperes non habent sufficientiam necessitatis, divites habent superfluitatem usque ad nauseam *ibid.*

— Sicut post coenam pausat in lecto, sic post vitam erit perfecta quies in Domino 361 a — magna designat gloriam caelestem 357 a — Hanc Christus electis suis in fine mundi exhibebit *ibid.* 361 a — Describitur coenae caelestis praeparatio, convivium vocatio, vocatorum excusatio, aliorum introductio *ibid.*

— caelestis magna est propter hospitalitatem, invitatorum generalitatem, satietatem et fertilitatem atque diurnitatem 361 a, b — caelestis magna est et immensa 358 a — caelestis a nullo potest explicari *ibid.* — caelestis dicitur magna ob quatuor rationes 360 a — caelestis dicitur magna ob sex rationes *ibid.*

— In coena caelesti Christus noluit esse solus, sed de diversis nationibus vocat multos instanter, gratis et generaliter 359 a — Ad ipsam vocamur per specula creaturae, documenta Scripturae, charismata gratiae, exempla iustitiae 360 b — Christus vocando ad coenam vocat laicos ad poenitentiam, clericos ad iustitiam, Religiosos ad gustum divinae sapientiae, doctores et praelatos ad sollicitudinem 362 b

## COE

— A vocatione ad coenam se excusant mali activi impediti curiositate; mali contemplativi, impediti cupiditate; mali praelati, impediti voluptate 363 a, b — Multi ad coenam caelestem vocati non veniunt propter superbiam, avaritiam, lasciviam 359 b — Hi pro regno eligunt villam et dominium villanorum, pro copula divina uxorem concubinam *ibid.*

— caelestis transfertur a superbis, divitibus, luxuriosis in humiles, pauperes, caecos et claudos *ibid.* — Qui sint debiles, pauperes, caeci et claudi, qui introducuntur pro obstinatis peccatoribus, malis activis, contemplativis et praelatis 364 b

— caelestis non est materialis, sed sapientialis 358 b — caelestis non est requirenda in exterioribus et rebus creatis, sed in interioribus et causalibus rationibus *ibid.* — caelestis non est requirenda in interioribus, sed in superioribus 359 a — caelestis non mensurabitur tempore *ibid.*

— In coena caelesti erit iucunditas exultationis, copiositas refectionis, sempiternalitas durationis 358 a, b. 359 a — In his totaliter satiatur anima 358 b — In illa coena purgabitur humana natura ab omni vitio 361 a — In illa coena, omnibus curis mundi dimissis, anima plenarie fruatur Christo *ibid.* — In coena caelesti tot erunt fercula, quot omnium rerum rationes relucent in divina sapientia 358 b

— quam fecit Christus ante mortem discipulis, erat figura coenae caelestis 361 a — Haec coena fuit convivium permagnificum 257 a — Hoc convivium non fuit corporale, sed spirituale *ibid.* — Christus non praeparavit Apostolis refectionem ad luxuriandum, sed spiritualiter reficiendum *ibid.* — Huius coena praeparatio designatur per istam quam fecit Assuerus *ibid.* — Christus in ultima coena fecit convivium purum quantum ad convivendi modum 248 a

— Quoad ultimam coenam considerari potest congruitas in tempore, nobilitas in principe, largitas in munere, dignitas in societate 250 a — Hoc convivium non debuit celebrari ante tempus gratiae *ib.* b — Rex Angelorum in ultima coena discubuit enim principibus orbis terrae *ib.* a — Christus in ultima coena fuit conviva, cibus, hierarcha, famulus 247 b — Christus in ea exposuit Apostolis corpus suum ad convivium 257 a — Dignitas convivantium ostenditur ex puritate innocentiae, magnanimitate constantiae, generositate iustitiae, dignitate praecminentiae 250 a

— Christus ultimam coenam praeparavit, quando corpus suum confecit 257 a — Christus in ultima coena fecit viginti octo miracula 248 a — Beati sunt qui fuerunt in primo convivio praesentialiter, et qui sunt in eodem per fidem 247 b — Verus Agnus in convivio coenae nos cibavit et refecit in medio Ecclesiae et in medio doctrinae evangelicae et legalis *ibid.* — Christus in ultima coena certificavit dubios, roboravit infirmos, excitavit pigros 352 b — Christus in ultima coena presbyteros ordinavit 257 a

— Christus in ultima coena in signum: suae liberalitatis fecit grande convivium; suae potestatis, grande miraculum; suae veritatis, grande colloquium; suae humilitatis, grande obsequium 251 b. 252 a, b. 253 a — Per haec quatuor spiritus delectatur, roboratur, illustratur, excitatur 251 a — Hoc convivium erat grande, quia a grandi persona, ex grandi amicitia, cum grandi comitiva et propter grandia fercula *ib.* b — Hic se exhibuit in cibum et potum, sicut praedixerat *ibid.* — In Coena Domini recolit Ecclesia institutionem Sacramenti 253 b — Quia pigri sumus, mittit Christus praedicatores, ut nos ad coenam suam hortentur 247 a — Ad hanc coenam invitata est universitas Christianorum *ibid.*

COENACULUM — grande designat dilatationem caritatis 258 b

COGITATIO — debet sequi veritatem 472 a — in via veritatis dirigi debent non secundum philosophiam, sed secundum divinam sapientiam 188 b

— nostra non convertitur in sonum, cum loquimur, sed manet integra 103 a — ducit ad affectum 662 a

— Cor non est aperiendum cogitationibus malis, sed angelicis et bonis 508 a — malae fugiendae sunt, ne consentiamus peccato 539 b — Mens restringatur a cogitationibus vanis, foetidis et malignis 725 a — de sensu et imaginatione ascendentes gratia privantur propter malitiam rationis peccato consentientis 226 a — immundae generant in corde quosdam humores corruptos et desideria in carne 76 a

COGNITIO — nostra in via incipit a posteriori 311 a — Cognoscere est intelligentiae 421 a — et affectio est aequalis ambitus 359 a — se extendit ad infinita *ibid.* — prima est fides; secunda, prudentia; tertia, sapientia; quarta, scientia 689 b — perfecta consistit in cognoscendo principium, medium et ultimum 193 a. 202 a. 667 b

— Impossibile est, quod quis perveniat ad comprehensionem lucis alicuius veritatis nisi per lucem infallibilem 564 a — Anima cognoscit se et alia a se in prima luce sicut in speculo 73 a — Qui se bene cognosceret multa alia cognosceret 525 a — Homo devenit in notitiam alterius hominis per tres circumstantias 174 b

— Ex parte Dei debemus cognoscere quatuor 525 a — Non est reputandus otiosus qui insistit cognoscendae veritati 206 b — veritatis pluris meriti est quam exercitatio corporalis 197 b. 206 b

— In via radix omnis cognitionis est Verbum incarnatum, in patria Verbum increatum 52 a

— mystica quid sit et quibus manifestetur 564 b — symbolica quid sit *ibid.*

COLLES — aeterni significant Angelos et sanctos Patres 28 b

COLLIGERE — In legendo noxia sunt relinquenda, utilia eligenda 285 a

COLLYRIUM — est compunctio poenitentiae 66 b

COLORES — perdunt esse formale et pulchrum, discedente luce, et illud recuperant, ea adveniente 419 b — arcus caelestis sunt quatuor 113 b — Nullus pictor potest alios colores distinguere *ibid.* — nobilissimus est sanguis Christi 448 b

COLUBER — est serpens venenosus 539 b — mutat pellem super petram 314 b — Via colubri super petram est sicut via reptilis *ibid.*

COLUMBA — est animal fecundissimum 656 b — est avis piissima 640 a — gemitum habet pro cantu 268 a. 531 a. 640 b — designat poenitentes 531 a — designat illum qui se exercet in gemitu compunctionis 268 a — designat innocentiam vitae propter quatuor 570 a, b. 571 a — significat simplicitatem innocentiae 647 b

COLUMNAE — designant praelatos 518 a — septem designant septem Sacramenta 388 b

COMEDERE — Comedimus ad nostram confusionem, si non obedimus Deo 504 a

COMETA — Quinque sunt genera cometarum 159 b — non generantur a sole nec a stella alia *ibid.*

COMMUNICARE — Stulti sunt qui nolunt accipere et communicare, sed peiores sunt qui accepta fundere recusant 696 b

COMPASSIO — dicitur elemosyna, qua quis debet primo sibi compati et post aliis 343 b — operatur in nobis sollicitudinem de proximorum salvatione 308 b — Membro patienti cetera membra compatiuntur 667 a — Debemus compati unus alii 557 a — Inter passionem et compassionem debet esse proportio 228 a — debet esse magis de incommodo spirituali quam temporalis *ib.* a, b

COMPOSITUM — Pugna in composito est causa dissolutionis 399 b

COMPUNCTIO — debet esse de malis commissis et de bonis omissis 214 b — Eius amaritudo generatur ex consideratione maculae, offensae, sequelae 561 b. 562 a — reddit conscientiam puram et mundam 258 b — Resoluta iniquitate in compunctionem, restituitur aspectus solis iustitiae 226 b — In spiritu compunctionis praecedunt nos Angeli 617 b

CONCEPTIO — animae una est desiderabilis, altera detestabilis 665 a — utraque est septiformis *ib.* a, b — spirituales significantur per septem mulieres *ib.* b

CONCHA — rore plena significat mundum in ortu Salvatoris gratia repletum 127 a

CONCILIIUM — plus est quam iudicium 377 b — non consuevit fieri nisi de gravioribus delictis *ibid.*

CONCORDIA — universalis reparata est per Christum 29 b — Angelorum concordiam studiosè imitari debemus 628 b. 629 a

CONCUBINARIUM — concubinas reiciunt pro pulchrioribus 364 a

CONCUPISCENTIA — Homo non est creatus cum rebellionem in carne 588 b — Ab ea nati sunt putridi 715 b — vocatur mater 216 b — facit umbram in carne 283 b

— carnalis omnino devorat sine satietate 343 a — aufert omne bonum *ibid.* — carnalis per fluvium defluentem designatur 131 b — Motus concupiscentiales hominem reddunt sicut feminam 637 a — oculorum facit cupidos et avaros 238 b

— Concupiscentiae affectus vitetur 725 b — Non licet intueri quod non licet concupisci 571 a — Qui concupiscentiam castigat culpam devitat, ex qua omnia mala oriuntur 76 a — lis solis datur gratia, qui restringunt eam 681 a — expellitur appetitu spirituali 98 a — exstinguitur per evitacionem occasionis 343 b

— transit in baptizato quantum ad reatum poenae, remanet tamen quantum ad exercitium 46 a

— Ex concupiscentia inflammatur animus hominis, acsi esset totus in fornace 578 b — Homo, si accipit gratiam et se humiliat, non sentiet carnis prurimum, vel si sentit, ipso non laeditur *ibid.* — Christus est ros refrigerans animum contra concupiscentiae aestum 127 a

CONCUPISCIBILIS — movetur per promissum 535 b — allicitur beneficio 385 a — rectificatur per caritatem supernam 374 a — allicitur ad dilectionem boni per magnificentiam caeli 407 a — debet refugere suaviam 160 a

CONFESSARIUS — tenet locum Dei 393 a

CONFESSIO — Necessarium est ad eam recurrere 725 a — Ad confessionem tenemur tantum propter obligationem praecepti 437 b — Quamvis Dominus mundet per contritionem, nihilominus legat ad sacerdotale officium 425 a — Sacerdotale officium omnibus est reverendum et necessarium *ibid.*

— debet esse pura et perfecta 380 a — Quosnam defectus debeamus integre, veraciter et pure retexere 725 a — Poenitentes debent occulta peccata per confessionem manifestare 226 b. 227 a — Si unum peccatum reticeatur, alterum non dimittitur, et per illud solum peccator damnatur 380 a, b — Similitudo *ibid.* — Confiteus celans veritatem maiorem in se habet quam prius falsitatem 523 a, b — Confessionis veritas pendet ex puritate orationis 725 b — In confessione circumstantiae peccati explicandae sunt 547 a

— perfecta debet esse humilis, utilis et lacrymabilis 397 a — facienda est cum magna humilitate 393 a — debet esse humilis 437 a — sine humilitate cedit in ruinam 368 a — Confiteus sine humilitate caveat, ne imitetur diabolum *ib.* b — Exemplum *ibid.* — debet procedere ex iudicio districto 538 a

— comites habere debet contritionem et satisfactionem 538 a. 725 a — In confessione clamat anima peccatrix per gemitum, ut consequatur misericordiam 313 b — debet fieri cum moerore et planctu 380 a — non habet efficaciam sine contritione 395 a — nihil valet sine proposito emendandi delictum 397 a — non valet ad vitam aeternam, si homo recidit in peccata 645 b



## CON

— est sicut medicina expulsiva 550 a — ad orationem reducit 725 b — pura conservat humilitatem 597 b

— Quidam semel in anno veniunt ad confessionem et nesciunt dicere peccata sua 362 b — Multi de ea recedunt peiores quam intraverunt *ibid.* — Aliqui confessionem dicunt sicut fabulam 555 b — Vix potest confessor ab aliquibus extorquere peccatum *ibid.* — Peccata in confessione non sunt dimidianda vel allevianda 437 a, b — Aliqui, ne videantur multum peccatores, dicunt aliqua peccata uni sacerdoti, aliqua alteri *ib.* a — Aliqui in confessione se ipsos iustificant, propria peccata alleviant et aliena gravant *ibid.* — Aggravandum est peccatum proprium *ibid.* — pulera est hominita 527 a — pulera ducit ad tenebras inferni *ibid.*

— Dominus non voluit, quod confitemur Angelo puro, sed homini, qui forefecit aliquid 526 b — In confessione non erubescat homo pro modico pudoris, sed timeat pudorem maximum, qui erit in altero saeculo *ibid.*

— Quidam sanctus Papa confitebatur non sedens, sed provolutus ad pedes capellani 368 a

CONFESSOR — In eis est rectitudo iustitiae 613 b — In eis claruit spiritus scientiae 599 a — Ipsos imitari debemus *ib.* b — Eorum caritate Ecclesia pacifice custoditur 603 b — Eorum obedientia et caritas per lapides sculptos designatur 604 a

CONFIDENTIA — nostra Deus est, qui domum animae firmat 152 b — Confidendum est in Filii sapientia, Spiritus S. elementia, Patris potentia 451 a — Confidendum est de Dei misericordia ob tres rationes 452 b — Confidendum est de Dei iustitia per tria *ibid.* 453 a — Non est confidendum de viribus nostris, sed de muneribus divinis 330 a — Qui in homine confidit maledictionem incurrit 686 b

— est causa constantiae 217 b — Confidentes sunt firmi propter soliditatem fortitudinis et patientiae *ibid.* — Confidentes habent tranquillitatem pacis *ibid.* — Confidentes non turbant se ipsum nec scandalizant proximum *ibid.* — Qui in homine confidit maledictionem incurrit 686 b

CONFUSIO — vera accidit homini ex tribus 453 b

CONGREGARE — Debemus nos congregare ad unum principium, ut per istud possimus esse omnia 611 b

CONIUGIUM — Bona est fecunditas coniugalitatis, melior autem castitas virginalis 679 b — Qui ipsum suscipiunt ex amore libidinis Deum a se excludunt 223 a

CONSCIENTIA — vocatur domus 225 b — vocatur lectus 286 b — vocatur civitas, in qua tot sunt palatia, quot recta consilia, sancta desideria, pia exercitia 229 a — vocatur civitas munita, quia ibi habitat multitudo caelestium charismatum et virtutum *ibid.* — Non videntur percepisse divina beneficia qui non libenter quiescunt in civitate ista *ibid.*

— est excolenda et purificanda 199 a — quomodo fit pura 529 b — Debemus eam colere, irrigare, seminare 195 b — est excolenda propter susceptionem divini seminis 194 a — est diligenter excolenda 197 a — Debemus considerare eius semitas et vias 225 b. 226 a

— Domus conscientiae est claudenda, ne diabolus exspoliet animas nostras 572 a — imperfectorum sunt impurae, quia nolunt eas frequentare 228 b — Qui conscientias suas non penetrant, sed alienas suspicando perlustrant, sunt diaboli officiales 226 a — Tales videntur similes latrunculis *ibid.*

— Eius remorsus appellantur aerugo et vermis 428 b — bona non habet vermem corrodentem 506 b

— Conscientiae rectitudo vocatur lex matris et docet bonitatem 680 a — Conscientiae rectitudo est prima dispositio ad gratiam *ibid.* — Scrutinium conscientiae praeparat tranquillitatem 649 b — Puritas conscientiae disponit ad visionem divinae sapientiae 242 a

— Qui vult habere gaudia conscientiae, debet habere animam mundam, vitam religiosam, famam odoriferam 78 a — nostra ex mundi iudiciis non fit indignior 87 b

CONSENSUS — ducit ad opus 662 a — Peccato consentimus, quando volumus ita esse, sicut nequiter cogitamus 539 b

CONSERVATIO — Ad nostram conservationem omnium creaturarum servitia et beneficia occurrunt 420 b — Explicatio *ibid.* — Conservationem meremur a Deo per amorem et timorem *ibid.*

CONSIDERATIO — provida singula disquirat et perquirat 154 a

CONSILIUM — habetur per congregationem sapientium, quae debet esse laudabilis, unanimis, perutilis 293 a — Nemo potest dare unam stillam boni consilii, nisi Dominus illustret mentem 543 a — Aliquando homo simplex dat melius consilium quam aliquis sapientissimus *ibid.*

— Qui ad consilia hodie implenda non est aptus cras minus aptus erit 504 a — Melius est facere consilia quam servare mandata 527 a

— Consilii donum significatur in conceptione Annae 656 a — Consilii donum in Deo debet collocari *ibid.*

CONSOLATIO — mundi non est vera nec perfecta nec temperativa 329 a — terrena comparatae delectationibus caelestibus magis dicendae sunt desolationes 173 b — Qui desiderat consolationem terrenam amittit caelestem 579 b — Quaerentibus consolationem terrenam appropinquat poena aeterna 104 a

— Spiritus S. est vera, perfecta, temperativa 329 a — divina aufert timorem 24 a — Promissio divinae consolationis reddit benevolam 23 b — Aqua divinae consolationis descendit ad humiles 64 a — divina est pretiosa, nec datur admittentibus alienam 254 b — A consolatione caelesti immundi excluduntur 574 a —

## CON

Non datur consolatio cibi caelestis, nisi praecedat afflictio cibi terrestris 206 a — triplex datur perseverantibus 26 a

— Consolari nos debet memoria apud Deum nostrae operationis, forma nobis data sanctae dilectionis, locus devotae orationis, sermo sanctae exhortationis, merces aeternae retributionis 54 b

CONSORTIUM — bonum valet ad vincendum adversarium 516 a — bonorum frequentandum est propter consolationem, eruditionem, intercessionem 227 b

— pravum fugiendum est ob quinque causas 542 a, b — Multi propter mala consortia sunt bonis gratuitis spoliati et in bonis naturalibus vulnerati 227 a — Tales debent cavere a talium societate, nisi, armati zelo caritatis fraternae, sperarent eos ab erroribus revocare *ibid.*

— Quod homo fiat consors divinae naturae est per virtutem et donum Trinitatis 338 a

CONSTANTIA — roborat animam quoad irascibilem 312 b — Eius armatura est divinum adiutorium, quo praemuniti possumus resistere malo et perseverare in bono 313 a — Humana fragilitas non potest perseveranter resistere sine virtute constantiae *ibid.* — Constantiae vigor per portam aquilonarem designatur 604 b — Hanc portam Christus in passione aperuit *ibid.*

CONSTANTINUS — ipsi apparuit signum crucis in signum victoriae 586 b — Tunc Crucifixum recognovit *ibid.* — Placuit Domino finem imponere tribulationibus per signum crucis ipsi ostensum 587 a — transtulit crucem ad Christianos 266 b

CONSUETUDO — est altera natura 551 b — Eam mutare non possumus *ibid.* — Exempla *ibid.* 552 a — Non facile eraditur quod rudes animi praebiberunt 551 b — inficit et corrumpit affectum 644 a — Per longam assuefactionem in malitia obstinati iam quasi non possunt vitia extirpare 592 a

CONTEMPLATIO — quid sit secundum Richardum 408 a

— Vita contemplativa est, in qua homo proficit in contemplatione 470 b — comparatur vino et lacti 38 b — intelligitur per avem volatilem 647 a — Contemplativus significatur per aquilam 727 b — Contemplativi significantur per Danielelem 610 a — Eius figuram gerit Abraham 614 b — Vita contemplativa designatur per mel 473 a — Status contemplativorum per Ioannem designatur 216 b — Christus transfiguratus voluit in Ioanne inflammare contemplativos 219 a

— Eius gradus sunt ignis, unctio, ecstasis, contemplatio, gustus, amplexus, requies, et postremo sequitur gloria 269 a — Horum explicatio *ibid.* — Si homo non velit ad has perfectiones venire, magnum tamen est, quod lex christiana illas habet *ib.* b — Omnes alii a Christianis sunt siccii ab ista gratia *ibid.* — Contemplativus debet Deo ministrare in devotionibus, laudibus, oblationibus 85 b — Perfectio vitae contem-

## CON

plativae consistit in divini nominis invocatione 535 a — Vitae contemplativae perfectionem respicit frequentia divinae laudis 685 a

— Vita contemplativa est finis vitae activae et praesupponit huius exercitium 246 b — Debet sequi exercitium virtutum activarum et praecedere actionem 639 a, b — Mens primo habet ferri in originale principium suum, deinde habet condescendere in proximum suum 645 a — Vita contemplativa perfectior est quam activa 556 a — Hoc designatur per Mariam et Martham *ibid.* — Germinatio contemplativi facit maiorem fructum quam germinatio activi 644 a — Bona est pars activorum, melior contemplativorum, sed optima quae habet utrumque 703 a

— Ad ipsam non ascenditur per scientias 509 b — Ad ipsam non ascenditur sine divini luminis illustratione *ibid.* — Ad contemplationem soli digni sunt qui habent pacem 303 a — Per exercitium virtutum pervenimus ad contemplandum Deum 515 b — Ad statum contemplationis assumimur per augmentum dilectionis 246 b — In contemplativis debet esse pia compassio et praedicatio 217 b — Qui vult venire ad excessum contemplationis debet prius se exercere per poenitentiam 291 b — Contemplativi habeant intentionem rectam, fundatam supra veram fidem 472 a — Ad contemplationem aeternorum pervenimus per veram fidem et Christi passionis memoriam 469 a — Per fidem, spem et amorem sursum levamur ad contemplandum 639 b — Oportet, nos sicut Angelos quadrupliciter sursum agere in tempore 645 a

— Contemplativus debet reverti per scrutinium conscientiae, obsequium reverentiae, intuitum sapientiae et amplexum divinae praesentiae 176 b, 649 b — Per haec praeparatur mentis tranquillitas, honoratur Patris maiestas consideratur Filii veritas, degustatur Spiritus S. suavitas *ibid.* — est serena, secreta, excelsa et iucunda 509 b — Qui sic in Deum vult ascendere, mortificet se ipsum et sit in continua oratione 510 b — docet, quid sit sperandum et expectandum 473 a — In illa videt homo effigiem suam et resplendentiam luminis divini 589 b — Contemplativus aspectum habet directum in Christum 727 b — Quanto altius anima per contemplationem fertur, tanto est virtuosior 510 a, b — Quando homo descendit ad Christi humanitatem, ascendit per contemplationem ad ipsius Divinitatem 556 a — Anima illuminata per sapientiam in contemplatione calefit tripliciter 523 b, 524 a — tantam dulcedinem praebet, ut anima magis ebria quam sobria videatur 291 b — Contemplativus a Christo sanatur et confortatur 727 b — Contemplativos Christus assumit, deducit eis se ostendit 249 a — Anima contemplando Deum tota pulchritate 509 b — nobilitat affectiones et intentiones 640 a — Quomodo contemplativi ramos expandant, frondeant, floreat et fructus

faciant 248 a — lucis aeternae disponit ad honorificentiam maiestatis divinae 242 a — Contemplativi debent esse irradiatores aliorum per verbum et exemplum 247 b — Contemplativorum germinatio est per exhibitionem documentorum 643 b — Contemplativus revelat arcana sicut Archangeli 644 a — Contemplativi transmigrant, cum, relicto mundo, spiritus revertitur ad eum qui misit illum 648 b, 649 a

— Mens, quae foris spargitur, intus a caelestium contemplatione evacuatur 530 b — Simples non debent desperare, quando non habent omnes gradus contemplationis 269 b

CONTEMPTUS — Septem sunt in mundo contemnenda 162 a

CONTINENTIA — est crux quaedam 300 a — triplicem habet gradum 683 b

— Volenti continere necessarium est restringere mentem et carnem 681 b — Ad ipsam conservandam necessariae sunt poenitentia et humilitas 300 a

— Anima continens in vita ducit vitam angelicam 300 a — Qui continentiam et sustentiam habuerit in omnibus tutus erit 529 a — nobis parat dotem subtilitatis 287 a

— perditur propter superbiam et gulam 300 a — Qui exit extra omnem gradum continentiae non meretur benedictionem 683 b — Quando continentiae murus frangitur, anima multis concupiscentiis conculcatur 661 b

CONTRADICERE — est fatuorum 566 b

CONTRARIA — iuxta se posita magis elucescunt 361 a

CONTRARIETAS — est causa pugnae 399 b

CONTRITIO — quanta et qualis debeat esse in peccatore 380 a — Etiam de modicis debet esse dolor 725 a, b — In ipsa debet esse oleum et vinum, id est spes de venia et compunctio 547 a — debet iungi cum memoria passionis dominicae 645 a — habet aquam in ablutionem et sanctificationem *ibid.*

— assimilatur mari 663 a — est medium optimum ad solvendam peccati delectationem 395 a — est sicut medicina digestiva, maturativa et divisiva 550 a — sanat oculos interioris mentis 625 b — est optimum collyrium *ibid.* — Exempla 626 a — Anima contritae infunditur humilitas, caritas, castitas, quibus exstinguitur superbia, invidia, lascivia 396 b — dissolvit nubes iniquitatis 226 a — omnia peccata consumit 645 b — Hoc significatur per aquam crassam, quae combussit sacrificia *ibid.* — solvit vinculum peccati 397 b — Propter contritionem dolorosam dimittuntur peccata 437 a — Peccata dimittuntur in sola contritione *ib.* b

— alligentium cogitationum non sanantur sine Dei timore, peccati dolore, Christi amore 417 a

CONVERSATIO — ad alterum debet esse conformis ad mentis affectum 699 b — Vacandum est conversationi honestae 724 a

## COR

— Haec consistit in directione iustitiae et in discretionem disciplinae *ibid.* — In omni motu nostro nihil fiat, quod cuiusquam aspectum offendant 533 a — Viri sancti conversantur cum Angelis 644 b — Si gerimus opera caelestia, conversatio nostra in caelis est 291 a

— Ex conversatione saecularium trahitur saepe consuetudo loquendi verba levitatis et vanitatis 530 b

CONVENIO — est donum Dei et a Deo postulanda 137 a — Peccator se debet ad eam praeparare et disponere *ibid.* — Conversus de se debet sumere vindictam, multiplicari in bono opere et dolere de hereditate amissa 287 b — Peccator revertitur ad Deum per septem dietas vel considerationes 161 b — Multi revertuntur uno pede, sed alio avertuntur 262 a — Necessesse est aut totaliter converti, aut averti *ibid.* — In conversione ad Deum locupletamur divitiis quadriformibus 425 b, 426 a — Qui sanctitatem appetunt, in errorem lapsi, tardius convertuntur 423 b — Facere de impio pium maioris virtutis et potentiae est quam creare caelum et terram 47 b

CONVICIUM — dissolvit vinculum fraternitatis, suscitatur rixas et incendit lites 376 a — Non possumus reclamare contra omnia convicia 285 b

CONVIVIVM — Consuetudo magnorum est alios in magnis festis vocare ad convivium 478 b — debet esse iuxta exigentiam nuptiarum 136 a — Decens est, quod principalis conviva sit sponsus 247 b — Christus fecit novum convivium nuptiale 135 b — Nullus se debet excusare ab invitatione aeterni convivii 429 b

COR — est in medio hominis 234 a — est fons caloris cunctae vitae 626 a — In eo est fons vitae 204 b, 726 b — Homo sine corde non habet vitam 521 b — Cordis, in quo maior est calor, fortiora sunt opera 589 a — est medium vivifici caloris in sensibus et mediantibus spiritibus influit vitam in cetera membra 57 b, 58 a

— Per cor accipitur intelligentia 421 a — ordinatur in potentiam cognitivam veritatis, excessivam amoris, exercitativam virtutis 159 a

— est quid modicum 521 b — Non debent de eo fieri duae partes, una pro Deo, altera pro diabolo *ibid.* — Necessesse est, quod sit vel prostibulum diaboli, vel sit templum Filii Dei 642 b — est habitaculum Dei in credendo 130 a

— de se durum est 342 — De corde procedunt ira, nequitia, dolus 436 b

— est lubricum et instabile, nisi eius appetitus in aliquo satiatur 388 b — inquietum est, donec requiescat in Domino 573 b — quod in aeternitate fixum non est, omni mutabilitate mutabilis est 263 b, 480 b — humanum solus Christus delectatione complet 31 a — nostrum a Christo stabilitur, dirigitur, perficitur 221 a

— describitur sub metaphora honae terrae 499 a — aperitur Deo per benevolentiam et desiderium fervens 508 b —

## COR

Qui vult cor suum mundum et modestum custodire studeat in Domino gloriari 568 a — erigendum est in caelum 397 b — exerceatur in meditationibus sacris 725 a — Qui cor rectum habet ad caelestia tendit 708 a — debet custodiri, ne gratia effundatur 476 a — Non debemus habere cor leporinum, sed cor viri 512 a

CORNU — designat superbiam 428 a

CORONA — imponitur capiti regis ad honorem et gloriam 487 b — In corona aurea sunt quatuor 489 b — nobilis habet quatuor praerogativas 487 a — Corona dignum maxime facit strenuitas militiae 486 a

— significat integritatem virginalem 37 b

— In hoc mundo aliquo modo est corona pretiosa, speciosa, honorabilis, sed nullo modo incorruptibilis 488 a, b — Dominus nobis coronam praeparavit, comparavit, promisit, custodit 485 a, b. 486 a — Quamvis Christus pro omnibus emerit coronam quoad sufficientiam, emit pro solis imitatoribus quoad efficaciam 485 b

— Sanctorum est pretiosa, speciosa, honorabilis, incorruptibilis 487 b. 488 a — sola caelestis est desideranda 488 b — Quomodo acquiratur quadruplex corona caelestis *ibid.* — conservato bono affectu, conservatur et, eo perduto, perditur 486 a — clericorum vide V. *Clericus.*

CORPUS — est compositum ex quatuor elementis 315 a — constat ex quatuor humoribus 406 a — Quatuor qualitates complectuntur corpus humanum 604 a — habet longitudinem et latitudinem et ideo in ipso potest fieri circulus 326 a

— In corpore humano sunt membra principalia et non principalia 517 b — est vas animae, in quantum est materia 643 b — sine anima mortuum est 309 b — non potest sustentari sine anima quantum ad esse naturae 452 a

— Creatura corporalis est commutabilis, ad tempus tamen conservabilis 316 a — non potest diu subsistere, nisi continuis alimoniis sustentetur 379 a, b — Mali humores in corpore generant quandam scabiem et saepe lepram 76 a — Afiter se habent contraria in compositione corporis secundum statum naturae lapsae et institutae 399 b

— plenum est foraminibus sensuum et poenalaribus passionum 700 b — merito comparatur petrae perforatae et maceariae depulsae *ibid.* — humanum fragilius est quam vitrum 546 a — modis innumeris frangitur *ibid.* — multoties offendit Deum 521 a

— debet custodiri, ne per lasciviam gratia effundatur 476 a — per sanctam disciplinam est excolendum, ne impleatur vitis 194 a — atteratur ieiuniis, vigiliis et laboribus 725 a — debet deprimi et humiliari, ut configuretur corpori Christi 190 a

— in pulverem vilissimam et foetidissimam putredinem redigetur 602 a — Plus diligimus saccum fimo plenum quam animam 644 b

S. Bonav. — Tom. X.

— est receptaculum Spiritus S. per gratiam 643 b — est domus et habitaculum Spiritus S. 29 b — dicitur domus Dei 48 a — mundum et immaculatum est templum Dei 185 a — In ipso anima Deum adorat *ibid.* — Eius portae sunt quinque sensus *ibid.*

— Stola corporis consistit in agilitate, claritate, subtilitate et impassibilitate 333 a — resurgens est spirituale et ab omni contrarietate elevatum per habitum gloriae 273 b — resurgens est dispositum ab anima in perpetuum in vita conservari *ibid.* — Ostenditur quatuor rationibus, quod corpus possit esse indissolubile et perpetuo durabile 273 b. 274 a — glorificatum non est animale, sed spirituale 284 a — A corpore glorificato aufertur omnis corpulentia, remanente tamen corporeitatis veritate et natura 283 b — quando erunt glorificata in caelo, erunt sicut meridies clara 528 a — reformabitur per configurationem claritatis corporis Christi 48 a

— Rarum est, quod corpus elementare convertatur in caeleste 698 b

CORRECTIO — Sine mansuetudine non fit correctio, sed destructio 594 b

CORRUPTIO — Corruptibile de necessitate corrumpitur, si subiacet soli virtuti naturali 400 a — Homo interior corrumpitur tripliciter 441 a — Generatio corruptibilis est ex semine corruptibili 317 a

CREATIO — est de nihilo 353 a — est a potentia infinita *ibid.* — Ipsius principium effectivum est productio potentiae; medium directivum, gubernatio sapientiae; ultimum complementum, consummatio misericordiae et iustitiae 193 a — Deus septem verba dixit in creatione 182 b. 173 a, b — In creatione mundi unum fuit tantum miraculum 248 a — Est creatio in esse naturae et in esse gratiae 583 a

CREATURA — vanitas est, quia de nihilo 338 a — nulla est immensa 353 b — omnis est mutabilis 220 b. 346 b — Creatum omne est vertibile 442 a — est vertibilis et obscurabilis de se et ideo fallibilis 564 a

— omnis facta est propter humanum obsequium 687 a — si nobis subtraherent sua beneficia, non possemus vivere 351 b

— deficit a Creatore 353 b — omnis respectu Dei quasi nihil est 262 a — Inter creaturam et Deum non est comparatio 29 a

— non potest esse perfecta, nisi se convertat ad sapientiam divinam 58 b — Non est sistendum in pulcritudine creaturae, sed tendendum in Creatorem 290 b — Eius cognitio ducit ad cognitionem Creatoris 286 b — Cognitione creaturae elevamur ad cognitionem Dei 290 a — omnis est similitudo et umbra divinae veritatis 29 a — manifestat Dei potentiam, sapientiam, bonitatem 83 a — Magnitudo creaturae clamat magnitudinem Creatoris 104 b — Pulcritudo creaturae est referenda in laudem Creatoris 105 a — omnis est invitanda ad benedicendum Deum 687 a

## CRU

— Bona est pars creaturarum, quae Christum habuerunt Deum 703 a — quomodo convertatur in Creatorem 690 a

— Deus quasdam creaturas superius locavit, quasdam inferius reliquit 688 a

CREDERE — oportet nos in simplicitate et humilitate 590 a — Qui incipit credere in Christum dicitur sedere iuxta viam 400 a — Certitudini veritatis Spiritus S. indubitanter est credendum et non scientiis humanis 331 b — Omnibus credere est insipientium 566 b — Stultus non credit, donec vidit 525 b

CRUX — In qua Christus fuit exaltatus, comparatur arbori vitae, arcae Noe, virgae Moysi, ligno dulcoranti aquas, palo aeneum serpentem gestanti, clavi domus David, sceptro aureo Assueri, vehiculo Salomonis 222 a, b — Christi est clavis David 265 b. 589 a — designatur per baculum David, hastam Saulis, gladium Philisthaei et virgam Moysi 266 a, b — Christi dicitur virga, quam extendit, quando suae passionis cogitationem immittit 342 a

— In cruce principaliter scriptae sunt mansuetudo et humilitas 262 a — Christi dicitur thronus misericordiae 259 a — Christi signum est paupertatis 587 b — Christi signum est castitatis, mortificationis carnis, simplicitatis et puritatis 588 a — Christi est signum summae humilitatis et vilificationis 589 a — Christi est signum sapientiae et revelationis mysteriorum Dei *ib.* b — Christi signum est diffusionis gratiae Dei 590 a — designat poenitentiam et mortificationem 375 a

— est liber noster 264 b — Qui hunc librum tantum respicit abhorret eum, sed qui perscrutatur eum interius delectatur in eo *ibid.* — In libro crucis scripta est tota sapientia Christi *ibid.* — In hoc libro scriptum est, qualiter debeamus peccatum odire, Deum diligere, iudicium formidare *ibid.* — Liber crucis signatus est septem sigillis, quae sunt septem considerationes circa passionem Christi *ib.* a — Qui frequenter legeret hunc librum Sapientiae multum inflammaretur ad amorem Dei 265 b — Multi tenent hunc librum clausum et sunt insipientes *ibid.* — Multi hunc librum non ponunt ante oculos nisi in morte *ibid.*

— Per crucem superatus est diabolus 266 b — Pro his, qui volunt salvari, crucis virtus potens est superare omnia diaboli tentamenta 305 b — nos protegit a diaboli tentationibus 448 b — Per crucem totum vincitur, ut fiat quies in anima 469 b — est armatura ad impugnandum diabolum, mundum et corpus proprium 266 a — ardorem peccati refrigerat et vigorem operandi praestat 305 a — In cruce reserata sunt occulta et purgata sunt peccata 469 a — habet quatuor virtutes contra quatuor inordinatos appetitus 466 a

— quadrupliciter est lignum vivificantis gratiae, iustitiae et sapientiae 464 a-469 b — est lignum dans vitam 464 a — vitam dat, conservat et continuat 465 a — Christi est flagellatrix rebellium, liberatrix fidelium, consolatrix afflictorum 266 b.

## CRU

267 a — In cruce possumus invenire sapientiam, mortificationem, paupertatem, humilitatem, virtutem 304 b — Ex corde duro, si percutitur virga crucis, fluent lacrymae, et sic in ipsum influent gratiae 341 a — Per eam arca testamenti aperitur et religatur 265 b

— In cruce invenimus vitam spiritua-lem 305 a — sola prodest ad vitam aeternam 467 a — est debitus modus veniendi ad vitam 464 a — sola potest nos liberare 265 b — Sine cruce omnes currimus ad infernum 266 b — Indecens est in alio gloriari nisi in cruce 305 a — In ea est dulcissimus fructus 471 b

— Per eius memoriam omnis amaritudo convertitur in dulcorem et sedatur omnis tentatio 266 b. 267 a — Optimum est semper in cruce meditari 265 b — Studium crucis dat visum caecis, sanitatem infirmis, vitam mortuis 304 b — Non evadimus mala, nisi sentiamus aliquid de cruce 265 b

— Nulla salus est in domo, nisi cruce munit homo 305 b — Quaedam mulier evasit submersionem, quia signata fuit signo crucis 266 a

— Christi divisionem fecit inter nos et mundum 266 b — Qui crucem derelinquit et Dominum derelinquit 465 b — Nullus de exercitu Christi est, nisi portet signum eius 586 b

— Sub metaphora iugi ad crucem invitamur tanquam ad obedientiae iugum, sapientiae librum, armaturam protectionis, virgam potentiae 262 b — Dura res est invitatio ad crucem *ibid.* — de se est horribilis, sed tamen multum desiderabilis 463 b. 464 a — Christus non invitat ad nudam crucem, sed praemittit refectionem et subiungit requiem 262 b — Non debet nobis videri arduum portare iugum crucis 263 a — si tollatur spontanea voluntate, est iugum suave, salutiferum et gloriosum *ib.* b

— Christi debet tolli, ut humiliemur, erudiamur, tueamur, sublevemur 262 b.

263 a — Debemus tollere librum crucis, ut intelligamus arcana sapientiae Dei 263 b — Crucem manu et humeris circumferre debemus 341 a — Homo continuo portans crucem reportat fructum 263 b — Ad crucem nudam nudi aspirare debemus 467 a

— Crucem portant in angaria qui aeterna despiciunt, temporalia concupiscunt et carnaliter vivunt 263 b — si tollatur in angaria, est iugum asperum, mortale et ignominiosum *ibid.* — Pauci volunt crucem sustinere, quia eius amaritudinem non portant in corde 471 b — Scimus virtutem crucis, sed ad eam non currimus 465 b — Crucis inimici sumus propter quatuor 468 a

— pro mundanis est stultitia 305 b — Christi primo fuit apud Iudaeos, sed imperator Constantinus transtulit ipsam ad Christianos 266 b

— apparebit in die iudicii in signum severitatis 586 b — apparuit in die passionis in signum misericordiae *ibid.* — apparet in corpore Christi mystico *ibid.* — specialiter apparuit Constantino et Francisco in signum victoriae *ibid.* 587 a

CRYSTALLUS — Radix solis totaliter eam penetrat 616 a

CULPA — In omni culpa est offensa, macula, sequela 296 b — principaliter oritur ex carnalitate et cupiditate 270 a — Ignis culpae non est caelestis, sed terrestris 342 b — Ignis culpae libenter accenditur per diabolum et maxime per homines malitiosos *ibid.* — Per ignem culpae mens peccatoris obnubilatur, consumitur, molestatur *ibid.* 343 a — Ignis culpae est extinguendus 343 a — Ratione culpae nullum opus est bonum in genere gratuiti et dignum remuneratione 451 b

— Bonarum mentium est ibi culpam agnoscere, ubi culpa non est 347 b — defenda est tempore misericordiae, ne deploreter tempore iustitiae acerbitas poenae

## DAV

307 a — Culpam persequi debemus in nobis et in aliis, si volumus habere gratiam 342 a — Primo debemus culpam persequi in nobis quam in aliis, et primo in maioribus culpis quam in minoribus *ibid.*

— Christus salvat nos a culpa per gratiam 42 b — Contraria culpae curantur contrariis gratiae 396 b — extinguitur occasionum evitacione, lacrymarum effusione et extremo examine 343 a, b — purgatur per iustitiam in punitione et detestatione vitiorum per poenitentiam factam in timore Domini 348 a — consumitur per caritatem 98 a

CULTUS — Maxime ei repugnat domum orationis facere domum negotiationis 650 b

CUPIDITAS — est ignis consumens 658 a — magis regnat in senibus quam in iuvenibus 277 a — inclinat cor ad pecuniam et iungit per amorem, ex quo anima fit impura 474 a — generat simulatoriam falsitatem 373 b — Cupidi figurantur per vulpes 389 b — generat fenum 62 b — excaecat oculos cupidorum *ibid.* — per tridentem signatur *ibid.* — praecipitat in profundum 587 b — submergit hominem spiritualiter 467 a

— Cupiditati debemus mori per contemptum mundanae excellentiae, sapientiae, opulentiae 270 b — Eius mortificatio ducit ad vitam perfectae iustitiae *ibid.* 271 a — nunquam expellitur nisi caritate 98 a

CURA — Aliqui plus curant de aliis rebus quam de se ipsis 525 a

CURTOSUS — vult divinae sapientiae vestigia perscrutari 299 b — Curiositas in studio summe damnatur 62 b. 63 a, b

CURSUS — Qui desistit a cursu perditus est 505 b

CUSTODIRE — Grande flagitium peperasse putandi sunt qui valde diligenter custodiuntur 285 b

CYPRESSUS — designat suavitatem gratiae 30 b

CYRUS — designat Christum 477 b

## D

DAEMONES — potione superbiae suae ceciderunt de caelo 325 a — oderunt Deum propter suam iustitiam 180 a — sunt accusatores nostri coram Deo 626 b — vocantur velatores 396 a — Cur Deus aliquando condescendat potentiae diabolicae 24 b — Partem cum eis habent irreverentes et incontinentes, discordes et inmisericordes 629 a — Christus salvat nos ab hostilitatibus daemonum 42 b

DAMNATI — decesserunt extra fidem omnimodam, vel formatam 606 a — iurari non possunt *ibid.* — super fundamentum fidei aedificaverunt aes, ferrum et plumbum 608 b — perdunt repromissionem, quia contempserunt repromissorem 607 a — possident diabolum et possidentur ab eo 630 b

— vitam beatam perdiderunt irreparabiliter 606 b — nunquam ad caelestem patriam sunt venturi 608 b — proprie dicuntur percussi 607 b — per eadem puniuntur, ex quibus constituuntur 383 b — Ipsi erit durum bellum inter carnem et animam et durius inter poenam et naturam 81 a

DAMNATIO — Causa damnationis pro multis sunt divitiae, deliciae, honores 365 a — Consideratio damnationis angelorum inducit poenitentialem purificationem 635 b

DAMNUM — Quilibet cavet sollicite damnum suum 572 a — non emendatur, nisi tantum vel plus restituatur 223 b

DANIEL — designat contemplativos 610 a

DARIUS — interpretatur fertilis 358 b. 361 b — designat Christum *ibid.*

DATIVUS — acquisitivus est 706 b

DAVID — erat servus gratus in recompensando gratuita dilectionis affectum 439 a — erat rex nobilis et vir cordatus 256 a — erat magnus praeco et ampliador divinae laudis 413 a — interpretatur manu fortis 266 a, b. 570 a

— designat Christum 266 a, b. 660 a. 718 b — Eius pueri designant Angelos 660 a — verus est Dominus Salvator 554 b

— reprehenditur, eo quod odio habuit diligentes ipsum 559 a — surgit de potestate diabolica virtute Christi 431 a. 424 a — voluit plorare peccatum suum, et tamen non fecerat nisi unum 256 a — flebat frequenter et abundanter *ibid.* — In eius poenitentia erat verecundia et humiliatio



## DEB

324 b. 325 a — petiit a Domino irriguum devotionis et lacrymationis 199 b  
 — David cadente, nullus praesumat, et David resurgente, nullus desperet 325 a. 560 b  
 DEBITUM — a Deo dimittitur propter tria 437 a  
 DECACHORDUM — Non est idoneus ad decachordum tangendum Deo qui non habet exercitium 434 a  
 DECIMAE — dantur pro ministerio, non e converso 675 a  
 DECOR — designat divinam refulgentiam 420 b  
 DEFECTUS — proprius est corrigendus, et, si ex officio incumbit, etiam alienus 410 a — Iniusti de defectibus propriis non curant et alienos dissimulant *ibid.* — aliorum plus sunt caritative tolerandi quam temere iudicandi 351 b — triplex fuit in homine ante adventum Christi 45 a  
 DEFUNCTI — quomodo differant a viventibus, Beatis et damnatis 606 a — super fundamentum fidei aedificaverunt lignum, foenum, stipulam 608 b — Eis gloria differtur propter imperfectam sanctificationem 605 a — Licet impedimentum extrinsecum ingrediendi caelum in eis sit remotum, remanet tamen intrinsecum *ibid.* — cruciantur in dilatione praemii et in afflictione supplicii 607 a, b.  
 — purgandi vitam beatam expectant certitudinaliter 606 b — Promissio, quam expectant, est certissima 607 a — De eius dilatione graviter cruciantur *ibid.* — Manus Domini quondam curans infirmitates, nunc punit iniquitates 608 a  
 — Eorum statum designant Galilaea et Galaaditis *ibid.* — per Aegyptum designantur *ib.* b — propter spem non se percussos, sed tactos reputant 607 b  
 — Deus ipsos vult salvari 607 b — Deus vult, eos per nos iuvare *ibid.* — Super eorum multitudinem moveri debemus in bonis congratulando, in miseriis condolendo et in necessariis succurrendo 605 b — ipsis debemus compati propter impossibilitatem proprii iuvaminis et idoneitatem alieni suffragii 606 a, b — Ad condolendum eis conducunt eorum necessitas, nostra ad Deum conformitas et nostra utilitas 607 a — Eis est succurrendum, quia status eorum est miserabilis, reparabilis, nobis utilis, beatificabilis 608 a — Defunctis succurrere debemus per orationem et per operationem *ib.* a, b  
 — liberantur per orationem fidelem, simplicem et humilem 608 a, b — Haec designantur per Iudam, Ionatham et Simonem *ibid.*  
 — Ex eorum compassione nobis oritur duplex utilitas 607 b — cum ad gloriam pervenerint, suis benefactoribus ingrati esse non poterunt *ibid.* 608 b  
 DELECTATIO — est coniunctio convenientis cum convenienti 173 b. 198 a. 359 a. 602 a. 630 b — Originale principium delectationis est voluntas 480 a — est carnalis delectationis, temporalis purgationis, materialis revelationis, spiritualis refectionis, aeternalis fruitionis 55 a

— omnis in praesenti aspersa est amaritudine 173 b. 408 a — carnales non sunt nisi circulationes 481 b — Cum sensibilia non immutent sensum nisi per speciem, in eis non est vera delectatio 602 a — terrena quasi omnis coniuncta est cum amaritudine et fastidio 310 b — terrena omnis amaritudo est et egestas 649 b — foedae et terrenae potius amarificant, quam delectent 408 a

— Qui delectantur circa terrena sunt rustici 254 a — Delectari in rebus mundanis nihil aliud est quam lutum amplecti 524 a — Qui vult delectari in sensibilibus assimilatur puero, fatuo vel cani 602 a — In omnibus delectationibus prohibitis est laqueus, venenum, aculeus mortis 465 b — omnis, quae est contra legem Dei, est plena veneno 210 a — Propter unam delectationem perdidit homo regnum caelorum 481 a

— Respicere verum Solem est valde delectabile 524 a — supernae perfecte delectant 408 a

DELICIAE — pro multis sunt causa damnationis 365 a, b — mundiales nos alienant ab inquirendo regnum Dei 194 a — Amans delicias nunquam detestatur luxuriam 162 a — Qui amant delicias carnales in futuro amittent spirituales et aeternas 365 a — spirituales et carnales sibi repugnant sicut ignis et aqua 675 a

DEMONSTRATIO — Illa maxime demonstramus, quae in admiratione habemus 549 b

DENARIUS — Quot denarios habent avari, tot habent idola 241 b

DENS — putridus corrumpit alios 542 a

DESCENSIO — Debemus descendere per recognitionem propriae iniquitatis et revisionem fragilitatis 319 b

DESERTUM — est locus vilis, sterilis, inhabitabilis et nullis aptus solatiis 546 a — significat mortale peccatum 609 a — propter triplicem proprietatem est locus aptus ad resistendum tentationi 205 b — Mansiones deserti significant transitum de bonis ad meliora 42 a — designat poenitentiam 534 b

DESIDERIUM — unit materiam cum forma 467 a — Omne desiderabile comprehenditur in quatuor 487 a, b — omne est ad bonum pretiosum, speciosum, honorabile aut interminabile *ibid.* — Tria faciunt quamlibet rem desiderabilem, scilicet speciositas in aspectu, utilitas in effectu et deliciositas in gustu 28 b — Desideramus quod exspectamus 46 b

— In complemento desiderii est delectatio 468 a — nostra transferenda sunt in aeternitatem 321 b — debet esse per excessum inflammatae dilectionis 29 a — Celsitudo desiderii consistit in luminosis contuitibus et amorosis excessibus 490 b — Anima debet affici septem desideriiis 462 b

— si perficiatur, delectat animam 602 a — Quodcumque in rebus transitoriis desideratur non satiat 139 b — Solus Deus replet desiderium nostrum *ibid.*

## DEU

DESPERATIO — causatur per pusillanimitatem timoris et diffidentiae 232 b — Proclivium peccati facit descendere in profundum desperationis 711 b — Hoc peccatum est inventum a diabolo 429 a — Desperantes non credunt, se posse consequi veniam *ibid.* — Horum fructum operationis et laboris Deus perdit *ibid.* — auferitur per considerationem divinae benignitatis et confidentiam 233 a

DETRACTIO — facit comedere carnes proximorum 677 a — Detrahere est iterare plagas Christi per peccatum 553 b — Non tantum est abominabilis homini fornicatio, quantum Deo detractio 655 b — aliquibus versa est in naturam 436 b

DETRACTOR — omnia iudicat et a nemine vult iudicari 368 b — crucifigit fratrem iudicio falso in corde et perverso in ore *ibid.* — sciunt abscondere laqueos fraudulentiae et doli 436 b — alios capiunt per famae denigrationem, personae laesionem, rerum damnificationem *ibid.* — Eorum lingua dicitur indomabilis 686 a — hodie sunt in amicitia magnatum 436 b

DEUS — est, quo nihil maius cogitari potest 262 a, b — Quae de Deo dicuntur semper sunt magna 467 b — est magnus et excelsus per immensitatem essentiae 223 a — vere solus est 73 a. 531 a — non habet de vanitate annexum 73 a — est summe ens et indeficiens 273 a. 411 b — solus est ens simpliciter sempiternum et quietum 271 b — est actus purus 503 b — non dependet ab aliquo 618 a — est Trinitate personarum perfectus 448 b — vera relatione non refertur ad aliquid extra 618 b

— Stultitia est Iudaeorum dicere, ipsum habere corpus 611 a — non habet membra 470 a — habet vestigia *ibid.* — non habet corpus nisi in persona Verbi incarnati *ibid.* — Quare describatur per figuras membrorum humanorum *ibid.* — Facies eius est pulchritudo sapientiae 616 a — Manus Dei ratione operationis naturalium rerum dicitur Filius, ratione distinctionis articulorum, Spiritus sanctus 590 a

— in hac vita videri non potest 105 b — Immensitas virtutis eius magis est formidabilis et admirabilis quam perscrutabilis et comprehensibilis 653 a — Ipsius non possumus comprehendere sedem, percipere sapientiam nec sustinere ardorem 611 a — Mens non sufficit Deum comprehendere nec admirari 653 a — Nemo potest explicare multitudinem luminositatis et radiationum refulgentium a sapientia divina 611 a — Anima rationalis amiserat cognitionem divinam et ideo debet eam quaerere historice, allegorice, tropologice et anagogice 159 b

— In divina incomprehensibilitate oculus tantum per momentum figi potest 286 b — De Deo loquimur aliquando secundum transumptionem, aliquando secundum superpositionem, aliquando secundum causalitatem 618 b — videtur in creatura, natura assumpta, conscientia et in sua essentia 104 b. 105 a, b — a quibus videatur

*ibid.* — videtur in creatura, quae manifestat eius potentiam, sapientiam, bonitatem 83 a — in natura assumpta visus est a Patriarchis et Apostolis et videtur a nobis speculariter, a Beatis perspicaciter *ibid.* — videtur in conscientia per industriam rationis et fidei assensum, per cordis munditiam et intellectus donum, per fervens desiderium et sapientiae gustum *ib.* a, b — videtur in sua essentia praeclare et manifeste, iucunde et gloriose, perpetuo et sine fine *ib.* b

— dono Spiritus S. ex omni genere hominum ad suam cognitionem vocat 452 a — Debemus cognoscere eius iudicia, ut eum timeamus; beneficia, ut eum diligamus; praecepta, ut ea faciamus; exempla, ut eum imitemur 525 a, b

— Ut possimus figere intellectum in gloriam divinae Maiestatis, requiritur gratia, diligentia, amor et devotio 216 a. 217 a — Dei secreta non cognoscimus, nisi intimis desideriis vigeamus 199 b — Ut Deum videamus, requiritur purgatio a peccato et abstractio ab amore mundano 105 b — Purgandus est animus, ut divinam lucem perspicere valeat 656 a — Qui vult ipsum contemplari debet habere purum intellectum 350 b

— videtur a simplicibus, mitibus et humilibus 303 a — Ad videndum Deum in conscientia necessaria est mentalis devotio, sequestratio a tumultu temporalium, cordis quietatio 219 a — Si essemus prompti ad divina beneplacita facienda, revelaret nobis voluntatem suam 580 b — Aliqui devoti idiotae profundius Dominum cognoscent quam litterati indevoti 557 b — Dei consideratio ducit ad humilitatem 596 a

— de omni proprietate, potentia, sapientia, bonitate habet in summa excellentia 503 b — est incomprehensibilis, interminabilis, incomparabilis 687 b — Est potens, investigabilis, caritativus et aeternus *ibid.* 688 a — In Deo est summa veritas, aeternitas, suavitas et fidelitas 730 a — est maiestas, potestas, bonitas, veritas 236 b — Domini magnificentia apparet ratione potentiae, sapientiae, misericordiae 431 a

— Est error dicere, Deum ab aeterno gignendo moveri 107 a — aeternus est de non principiante principians sine sui variatione 67 a — Essentia Dei non mutatur 72 b

— inhabitat immensitatem aeternae Maiestatis per essentiam, mundanam vastitatem per influentiam et Ecclesiam per complacentiam 687 b — est intimus cuilibet rei in essendo, potentissimus in agendo, praesentissimus in cognoscendo 74 b — est in anima et in qualibet potentia animae 73 a

— est per essentiam sanctus 598 a — In nomine *sanctus* dicitur quidquid perfectionis de Deo dici potest *ibid.* — quare dicatur ter sanctus 449 b — tantae puritatis est, quod nihil impurum acceptare et nihil purum detestari potest 633 a — Divinum exemplum est irreprehensibile ideoque dignum imitatione 536 a

— Ipsius sapientiam nihil latet 377 a — Omne, quod factum est, in mente Dei exemplatum est 316 b — Omnium rationes refulgent in arte aeterna, secundum quod se manifestat ad ea 616 a — est inspector cordium 458 b — Apud eius memoriam fixa sunt omnia nostra opera sive caelestia, sive terrestria 291 a — Eius sapientia cognoscit praeterita, praesentia et futura 431 b — Divinum consilium est infallibile 535 b

— Eius sapientia non potest latere 525 b — Sapientia divina non est scrutanda, sed admiranda 431 b — Eius sapientia admiranda est in rebus corporalibus, intellectualibus et aeternalibus 326 a — Eius sapientia est investigabilis 472 a — Viae divinae sapientiae sunt investigabiles 299 b

— Divina intelligentia est virtuosa et stabilis, pretiosa et nobilis, speciosa et delectabilis 430 a, b — Sapientia Dei quantum ad creaturarum illuminationem, cognitionem et gubernationem transcendit omnia 692 b — Eius sapientia omnia originat, gubernat, reparat et consummat 616 a — Secundum dictamen divinae sapientiae homo formatur, regitur et gubernatur 431 b — Sapientia divina est omnium ordinatrix 108 a, b — Sapientia aeterna est principium rationalis creaturae et non cessat loqui ad illam inspiratione occulta 58 b — Sapientia divina est omnium reparatrix 290 a — Divina sapientia seminavit in conscientia caelestes influentias 195 a — Eius scientiae dictamine dirigitur omnis homo 408 b — Sapientia divina diabolum multiformi arte fefellit 413 a

— Ipsius iudicia intelligi possunt in septem Angelis habentibus plagas irae Dei 653 a — Ipsius iudiciorum septem enumerantur proprietates 610 b

— Eius voluntati omnis virtus famulatur 431 b — Ipsius voluntati nihil potest resistere 180 a — Eius potentia non potest flecti nec superari 525 b — Potentia divina est omnium creatrix 290 a — Divina potentia seminavit in mundo spirituales et corporales substantias 194 b — solus potest dimittere et delere peccata 417 a, b

— In Deo est imperturbabilis pietatis fontalitas 70 b — est pax essentialiter intransitive *ibid.* — In Deo est inexterminabilis suavitatis felicitas *ibid.* — aeternus dicitur pax, quia est pacis inspirator, dator et auctor; immisor, fautor et amator; conservator, reformator et promotor; commendator, remunerator et praemiator *ibid.*

— Deus ardor est 611 a

— Sunt quatuor viae a Deo, secundum Deum, ad Deum 445 a, b — est omnium principium, exemplar, finis *ibid.* — est fons gratiae, forma iustitiae, consummatio vitae *ibid.* — est creator, sanctificator et beatificator 580 b — est fons et origo totius pulchritudinis 691 b — A Deo Patre originantur industriae, gratiae et quaecumque habemus 696 a — Opera Divinitatis sunt indivisa 514 a — non indiget requie 448 b — operatur sine labore *ibid.*

— Eius opera sunt creationis et re-creationis 563 b — Prima sunt profunda, secunda abscondita *ibid.* — quo omnia fecit, eo refecit 109 b — omnia praecordinat in Verbo aeterno 315 b — Pater per Christum suas influentias communicat 696 a — fecit omnia Verbo increato, refecit omnia Verbo incarnato 107 b — fuit potenter operativum in rerum conditione et in rerum reparatione *ibid.* — Magna sunt opera creationis, maiora re-creationis, maxima glorificationis 229 b

— Creator per figulum significatur 714 b — dicendo facit omnia 107 b — Solus Deus potest producere ex nihilo 477 b — Ipsi proprium est de nihilo aliquid operari 694 b — si materia indigeret in agendo, esset imperfectissimus 563 b — omnia produxit sine adiutorio virtutis alienae 651 a — creavit mundum sine sui variatione 67 a — nos creavit per potentiam, et ideo est admirandus 443 b — fecit hominem ad imaginem suam et se fecit imitabilem 60 b — dicitur faber quoad corpus, architectus quoad animam rationalem 448 b — omnia fecit, ut servirent homini 385 a, b — Explicatio *ibid.*

— Creator idem est ac inhabitator, 671 b

— dicitur Dominus noster absolute per excellentiam 705 a — Dominus exercituum est, ut est maiestas praesidens virtutibus angelicis 643 a

— Omne, quod factum est, habet conservari a Deo 316 b — Cuncta in nihilum redirent, nisi divina potentia ea tene-ret 431 b. 447 b — stabilitatem ferream dat omnibus rebus 447 b — format omnes adjuvando naturam, sed Christum formavit operando supra naturam 499 b

— Voluntas Dei condescensiva complacet sibi ad gubernationem animarum 580 b — per alios vult regi populum suum 525 b — ingreditur in creaturam ut principium, obiectum, donum, actus, virtus supernaturaliter fecundans, ut hypostasis 99 a

— est formidabilis, placabilis, suavis, insuperabilis 71 b — Manus Dei est ulsciscens, tribuens, protegens, praemians 370 a, b — habet duas manus quasi duas vias 526 a — vias, quae sunt a dextris, novit; de sinistris non curat, nisi peccatores prius poenitentiam egerint *ibid.* — Dominus est terribilis inimicis, honorabilis amicis, desiderabilis miseris 431 a

— est optimus, benignissimus et beneficentissimus 668 a — In comparatione Dei nemo invenitur bonus 678 b. 708 b. 714 b — est summum bonum, immo omne bonum 516 a — Omnis copia, quae Deus non est, egestas est 602 b

— solus replet desiderium nostrum 139 b — In ipso est tota dulcedo 439 a — Degustatio Dei lit ore spirituali 630 b — Si quis in eius pulchritudinem ferretur, vilesceret ei mundus 616 a — si nos derelinquit, quasi terra nostra desolatur 580 b — aliquando se abscondit, ut post magis gratanter se offerat 92 b — quamvis

## DEU

severe nos tractet, veniet tempus, quando amicis suis totus blandus apparebit 694 a — facit homini magnam gratiam, quando purgat eum per aliqua flagella 350 b — Sicut diligimus manum Dei dantis, ita debemus diligere manum Dei corripientis 558 a

— non vult nisi bonum 580 b — non detestatur nisi malum 342 a — detestatur superbiam, avaritiam, luxuriam 428 a

— Voluntas Dei quoad nos est triplex, scil. obedientiae, sanctimoniae et misericordiae 212 b. 213 a — Divina bonitas in caelo seminavit sempiternas refulgentias 194 b — benignus et misericors noluit esse solus in gloria, sed multos invitavit 357 b — multos vocat et intrare ad suam coenam cogit 361 a — omnes, quantum est de se, cupit salvare 439 a — avidius optat nostram salutem quam aliquod sacrificium 347 a — Deus dicitur praecipitare, quia in poena peccatum ordinet et permittat 661 b

— vocat aversos ad poenitentiam, conversos ad iustitiam, perfectos ad perfectionem 496 a, b — vocat verbo praedicationis, beneficio administrationis, flagello correptionis 385 a — Eius misericordia apparet in vocationis instantia, expectationis patientia, susceptionis clementia 347 a

— Ab eo emanat omnis benedictio 686 b — est auctor omnium bonorum 596 a — A Deo est omne bonum 332 a — In eum refundendum est quidquid boni habemus 694 b — dat, sed non recipit 480 b — Eius beneficia praecurrunt eius iudicia 80 b — Divina bonitas tantae est liberalitatis, ut ad sua dona accipienda invitet; sed exigit praeparationem 311 b. 312 a — Divina bonitas tantae liberalitatis et diffusionis est, ut in nobis sit desiderium accipiendi 312 a

— Divina bonitas ostenditur per multa signa 233 b — nos creavit, redemit, iustificavit 439 a — Pro his debemus nos totos suo servitio impendere *ibid.* — Filium suum misit in mundum, immo dedit Prophetas, Patriarchas et Legem, ut nos moveret ad dilectionem 317 b — Eius bonitas reluctet ex hoc, quod nobis praeparavit satietatem et ad eam invitavit 360 a

— est fons lucis, virtutis, puritatis, iustitiae, immortalitatis, opulentiae, felicitatis 50 a, b — est fontale principium et origo totius gratiae 479 b. 480 a — est liberalis communicando aliis quod habet gratiae 480 b — est lux illuminans, vita vivificans et virtus iustificans 73 a — solus est fons vitae 271 b — est vita animae 397 a — animam purgat, illuminat perficit 353 b — assumit nos per collationem gratuita iustificationis 216 b — Pater adoptat quemlibet per gratiam in filium et postea tradit eum Christo in discipulum 238 b

— praevenit per internam inspirationem 415 b — nos adiuvat per gratiam 233 b — adiuvat per boni operis prosecutionem 415 b

— nos vestivit fide, spe et caritate 447 b — nos facit viriles in operatione

potentiae, iucundos in duratione gratiae et rationabiles in intentione gloriae 27 a — venit ad nos per septiformem gratiam 238 b — facit apud nos mansionem per boni operis multiplicationem et consummationem *ibid.* — Quanto abundantius Deus habitat in aliquo, tanto abundantiora tribuit dona 339 b — venit ad humiles 416 b — fugit superbos *ibid.*

— Divinum patrocinium est insuperabile 535 b — est turris fortissima 675 b — Dominus est castrum fortissimum, securissimum et munitissimum 543 a — Quando homo bene est cum Deo, non debet timere tentationes mundi nec infestationes diaboli 542 b — Ad ipsum fugiendum est propter consolationem, securitatem, instructionem *ibid.* 543 a — non recedit a nobis, sed nos recedimus ab ipso 580 b

— est singularis in pietate et benignitate 360 a — consolabitur omnem creaturam humanam 111 a — Dei benignitas ante incarnationem quasi latuit, sed postea claruit 668 a

— Deus dedit nobis Christum per Mariam propter sanitatem 103 a — tradidit Filium suum crucifigendum propter peccatum destruendum 265 a — Mirabilis pietas est, quod Filium tradidit, ut servum redimeret 298 a — in suo Filio dedit omnia quod fuit, habuit, potuit 89 a, b — licet a peccatoribus turpiter contemnatur, tamen non dedignatur mittere Filium 347 a

— Eius benignitas magna fuit, quando invitavit homines per suos servos; maior, quando venit ipse; maxima, quando recipit inimicos et peccatores 361 a, b — Deus benignus est super malos suscipiendo poenitentes et tolerando peccantes 668 b — Benignitas divina parit faciliter 233 a — Dei benignitas convertitur in iram his qui non convertuntur ad poenitentiam 668 b

— Decretum divinae misericordiae promissae est immutabile 223 b — Misericordia Dei erga peccatores poenitentes est magna et admirabilis 189 a — est summe placabilis 71 b. 72 a — est misericors in dimissione debiti 193 b — nos consolatur per condonationem iniquitatis 233 b — miseretur, quando ex anima peccatoris extirpat spinas vitiorum et seminat germen gratiae et gloriae 194 b. 195 a — Larga Dei pietas veniam non dimidiabit 278 a — sanat per se ipsum vulnera delictorum 72 b

— parit faciliter, obliviscitur totaliter, suscipit clementer 243 b — est miserator in parcendo faciliter, misericors in obliviscendo totaliter, longanimis in exspectando patienter et multum misericors in suscipiendo clementer 431 b — Ideo non est timenda eius iustitia, sapientia, iudicii severitas et Maiestas *ibid.*

— Misericordia divina descendit solum ad penuriam patientes, poenitentes et perseverantes 378 a — inclinatur aures misericordiae ad preces humiles 413 a — Modus flectendi Dei misericordiam est se ad

## DEU

terram proicere 555 b — Petentis sinceritas aurem misericordiae divinae ad audiendum inclinatur 27 a

— pronior est ad miserendum quam ad damnandum 233 b — Misericordia divina maior est quam nostra miseria 429 a — Misericordia divina tanta est, ut etiam de malis faciat bonos 439 b — Misericordia divina cor maxime dilatat 680 b — Eius misericordia non est tanta, ut non sit infernus 585 b

— Misericordia Dei imploranda est, ut nos salvet a debilitate impotentiae, caecitate ignorantiae et poenaltate miseriae 189 b — Misericordia divina tanto plus est commendanda et laude digna, quanto plur nobis necessaria 349 b

— Dominus modo utitur sua misericordia 525 b — Aliter erat in antiqua Lege et aliter erit in futuro *ibid.* — Notatus Dei ad hominem clementia, exhortatio, exhortationis utilitas 418 a, b

— Divinum promissum est inaestimabile et debet omnes attrahere 536 b — est fidelis in promittendo gloriam 486 a — ideo non promittit nisi fidei *ibid.* — Clementia divina est omnium remuneratrix 290 a

— Divina aequitas commendatur a iustitiae concitatione, culpae detestatione, poenae inflictione 427 a — Eius iustitiae non potest obstari 525 b — Aequitas divinae iustitiae ordinem universi conservari iubet, perturbari vetat 275 b — in statera iuxta labores ponderat refectiones 256 b — est iustissimus retributor 596 b — neminem laudat nisi dignum 601 b — iustitia divina coronavit Christum splendido diademate in resurrectione 244 b — a Sanctis laudatur, et ipsos laudat 601 b

— Divina iustitia concitatur per arrogantiam, malevolentiam, demulcentiam 427 a — Ad divinam iustitiam pertinet malefactores punire 383 b — quod exhibuit per misericordiam repetet per iustitiam 438 a — non semper percutit, sed quandoque reservat ad damnationem 640 b — si statim peccatorem puniret, postea cui parceret non haberet 347 b — est iustus in damnatione servi nequam 493 b

— Quod non pertinet ad Dei cultum habeamus quasi mortuum 82 a — Boni ad eum currunt, mali eum contemnunt 696 a — Debemus esse cultores Dei reverentes 576 b — Qui omnia contemnit propter Deum servit soli Deo 207 a — Debemus ipsi servire diligenter et finaliter 443 b — Debemus Deo spiritu servire in puritate, veritate, venustate, tranquillitate 142 a

— prae omnibus aliis in partem eligendus est 516 a — Qui Deum requirunt advertunt omnia discernenda 377 b

— quaerendus est devota precum instantia 413 a — quomodo sit quaerendus 407 b — a quibus inveniatur et a quibus non inveniatur 408 a — quibus appareat *ibid.* — quaerendus est cum sinceritate benevolentiae, serenitate conscientiae, longanimitate perseverantiae 276 a — Hoc fit



## DEV

per sublimitatem contemplationis, suavitatem devotionis, aviditatem repressionis *ibid.* — quaerendus est cum filiali reverentia 75 a

— Tres sunt viae cundi ad Deum: recessus a malo, accessus ad bonum et accessus ad optimum 625 b — Ad Deum est revertendum cum timore et amore 186 b. 405 b — Si volumus venire ad Deum, debemus nos humiliare 556 a — Qui approximant Deo puritatem aemulari debent 503 b — Debemus tendere in Deum per fidem, confidentiam et caritatem 407 a

— Obligamur Dominum timere humiliter, ei obedire fideliter et ipsum diligere ferventer 420 a — est timendus propter suam potentiam, sapientiam, iustitiam 525 b — timendus est timore filialis reverentiae 75 b — Quae reverentia sit ipsi exhibenda 555 b — non habet qui ipsum venerentur nisi Angelos et poenitentes *ibid.* — Debemus saltem pietatem vocantis erubescere, si eius iustitiam nolumus formidare 347 a, b

— Deo gratiae agenda sunt propter creationem, gubernationem, vocationem, redemptionem 425 b — Ipsi agenda sunt gratiae pro tribus beneficiis 434 b — est benedicendus propter missionem Spiritus S. 413 a — Debemus Deo offerre munus temporalis beneficii, corporalis obsequii et spiritualis desiderii 164 b

— adorandus est cum puritate et rectitudine intentionis 185 a — Nullus potest perfecte Deum adorare, nisi habeat maximam reverentiam 184 b — Quomodo ad Deum debeamus levare omnia membra interiora 40 a — magnificandus est corde, ore, opere 413 a — est laudandus in Angelis propter tria 619 a — Quidquid humanis dici potest verbis, minus est a laude Dei 595 b

— est diligendus fideliter, sinceriter, indesinenter 421 a — diligendus est propter creationem, conservationem, glorificationem 420 a, b — Deum non possumus diligere, nisi ei uniamur *ib.* b — Hoc fit intelligentia, voluntate, memoria *ibid.*

— Ut Dei amorem acquiramus, excludamus demulcentiam consanguinitatis, avaritiam proprietatis, illecebram delectabilitatis 424 b — Eius amici efficimur per sanctimoniam, obedientiam, poenitentiam, patientiam 417 b. 418 a — Dei amici efficimur per contemptum mundanorum, desiderium aeternorum, sustentiam adversorum 418 b — Ipsi placemus, si est in nobis obedientiae promptitudo, rectitudinis aemulatio et devotionis suavitas 580 b

— Quanto plus aliquis se conformat divinae voluntati, tanto magis divinus est 339 b — Quanto aliquis efficitur magis divinus, tanto Deus abundantius habitat in eo *ibid.*

— Creatura nunquam desiderare ausa est, ut ipsa esset Deus 101 b

— Dei sunt res mundanae et honores 541 b

DEVOTIO — est affectio amoris suavis proveniens ex memoria beneficiorum Chri-

sti 561 a — comparatur aquis pluvialibus 37 b — comparatur favo et melli 38 b — significatur per oleum 153 a — vocatur virgula fumi 325 b — excitatur ex beneficio redemptionis, promissionis Patris et donorum Spiritus S. 326 a — Haec designantur per myrrham, thus et pulverem pigmentarii *ibid.*

— quandoque remittitur, quandoque exstinguitur 458 a — debet abscondi 153 a — Malum est devotionem subiectivam, quae debetur Deo, exhibere hominibus 557 b — debet esse subiectiva, gratifica, amorosa *ibid.* — In signum huius osculamur pedes, manus et os *ibid.*

— amorosa facit munus cum Deo 558 a — recolligit animam 508 b — per desiderium elevat a terrenis 571 a — Per suavitatem devotionis in Deum levatur tota anima 40 a — Devotus a Christo affectualiter suavificatur 38 a — Super devotis requiescit radius divinus 30 b

— Devoti quaerunt locum orationis 691 a

DEXTER — Quae in dextra sunt promptiora habentur 528 b

— Dexterum designat bona aeterna 323 a

DIABOLUS — super omnes voluit exaltari 298 b — voluit Verbum imitari in pulcritudine, ideoque cecidit 60 b — non peccavit ratione desiderati, sed ratione desiderii 529 b — superbientes consilio Dei deiecti sunt 412 b — Proclium cum dracone non erat in caelo Sanctorum 354 a — pro uno desiderio est aeternaliter damnatus 529 b — In fronte diaboli apparuerunt signa superbiae 184 a — est grossus et inflatus per superbiam 223 a

— Daemones oderunt Deum propter rigorem iustitiae 233 b — per superbiam amiserat innocentiam 399 b — propterea invidit Adamo ea vestito *ibid.* — voluit, ut primi parentes caderent per superbiam sicut et ipse 466 a — vicit Adamum trahendo ipsum ad lasciviam et ad malitiam 261 a — ipsum decepit per mulierem *ibid.* — pro sua superbia genus humanum impugnavit et de ipso triumphavit 266 a

— vocatur pater 216 b — superbus fuit in caelo et mendax in terra 210 b. 211 b — est magister falsitatis 240 b — omnes fallit 553 b — Eius suggestionem mittimur ad peccandum 427 b — vult, ut servi sui aeternorum intentionem perdant 574 b — in inferno contraria docet et ad contraria deprimit quam Christus in caelo 422 b. — latentes in hoc mundo ad terrenas affectiones pertrahunt et ab amore poenitentiae retrahunt 194 a

— bene scit, quomodo singuli sint tentandi 210 a, b — ex illa parte se offert, ex qua videt hominem magis superabilem 209 b — omnes invadit, sed aliter molles, aliter stabiles 208 b — aut nititur hominem levare in superbiam, aut incurvare ad concupiscentiam terrenorum 209 a — intrat per portas sensuum *ibid.* — Hoc modo primos parentes decepit *ibid.* — nititur homines captivare *ibid.* — immiscet se saporibus, accommodat se sonis *ibid.* —

## DIA

abutitur creaturis Dei 131 a. 424 a — nititur hominem elevare in superbiam, vel in desperationem praecipitare 211 a

— omnibus modis et mediis homines tentat 210 a, b — si non potest hominem tentare in iuventute de carnalitate, nec in virilitate de vana gloria, tunc in senectute tentat de cupiditate temporalium 211 a, b — tendunt laqueos a posteriori, ab anteriori, a dexteris et a sinistris 451 b — per hoc volunt revocare, impedire, inficere, capere *ibid.* — in lascivis exstinguit spiritum vitae, in avaris pervertit motum iustitiae, in superbis subtrahit sensum loquelae 230 a — apponit avaris delectamenta mundanae pulcritudinis 208 a — occultis utitur insidiis 511 a — Si quis ad modum ovis se habeat, statim ab eo devorabitur *ibid.* — superplantat falsum semen, id est vitia et peccata 193 a. 194 b — immittunt suggestiones 451 b

— obnubilat intellectum, corrumpit affectum, depravat effectum, inducit defectum 240 b — opprimit irascibilem 131 a. 242 a — excaecat rationalem, deformat concupisibilem, deordinat irascibilem 222 b — eum in quo habitat, facit caecum per errorem credulitatis et mutum per pudorem confessionis Crucifixi *ibid.* — hominem in morte maxime tentat, ut eum finaliter possit subvertere 239 a

— multum praesumit de sua potestate, carnis fragilitate et mundi vanitate 76 a — Actor perversitatis terminos divinae Maiestatis invadere non formidat 528 a — Deum in membris suis aliquando impugnat *ibid.* — in praesenti Ecclesia multa concitat proelia 354 a — nos impugnat per audaciam, fallaciam et violentiam 329 a — Contra haec venit Spiritus S. *ibid.* — exit de homine, si hic repellit foeditates carnis; sed tunc studet ipsum trahere ad aliud genus peccati 210 b — Septem spiritus nequiores, quos diabolus assumit, sunt spiritus simulationis et hypocrisis *ibid.*

— est draco habens septem capita 481 a — Haec sunt septem peccata capitalia *ibid.* 511 a — septem vitiis capitalibus nos intendit devorare et sibi incorporare 511 a — habet duplicem manum, scilicet attractionem et detentionem in peccato; prima est per Christum debilitata, secunda amputata 261 b — habet latrunculos in comitis viarum insidiantes nobis 572 a — Hi sunt occasiones peccandi *ibid.*

— Debilis est hostis, qui non vincit nisi volentem 209 a. 448 a — non potest nos ad peccatum cogere, sed suadere 448 a — licet petulantiam carnis non habeat, mundus non est, quia habet impatientiam 509 b — Exemplum, quod intravit in quadam moniali 644 b — libenter ruinosus inhabitat 676 a — et Deus non se invicem compatiuntur in uno habitaculo 222 b

— est faber, qui sufflat ad accendendum ignem peccati 341 b — est vilis canis 209 a — dicitur crudelis bestia 511 b

— est tyrannus pessimus 553 b — sunt satellites, qui ligant hominis manus et pedes 540 a, b — multum nituntur



## DIA

sagittare timidos et imbecilles per diffidentiam et desperationem 232 b — peccatores vexat tripliciter 230 a — vexat nos per se ipsum, per antichristum et per exercitum daemonum *ibid.*

— quaerit omnes secum trahere ad infernum 553 b. 630 b — nititur, ut abscindat caput nostrum et auferat arma a nobis 572 b — induit suos milites triplici tunica *ib.* a — omnia mala statim ponit in scripto 526 a — animam ad imaginem Dei factam infecit et interfecit, totaliter a Deo avertit et pervertit 222 b

— in caelo voluit esse aequalis Deo, sed in terra voluit a Christo adorari 211 b — Eius aggressus in tentatione Christi fuit praesumptuosus, processus malitiosus, recessus opprobriosus 207 a — tentavit Christum de gula, vana gloria et avaritia, de quibus etiam tentavit primum parentem 206 a, b — quare primo Christum tentaverit de gula 209 b — quare promiserit divitias et petierit adorari 211 b — voluit sumere experimentum, utrum in Christo lateret fortitudo 208 b — Quare contra Christum Scripturam allegaverit 210 b — in hoc processit sicut tentator, sophista et fraudulentus 211 a

— cautus erat, sed cautiorem invenit Christum 209 b — tentans Christum non habebat facere cum Adamo stulto et insipiente, sed cum Christo astuto et sapiente 206 b — superatur a Christo famelico et debili, despecto et contemptibili, mendico et inopi 207 a — a Christo recessit convictus 208 b — nihil potuit certitudinis investigare, gloriationis reportare, excusationis de sua confusione allegare 207 a

— Liberatio de servitute Pharaonis designat liberationem de servitute diaboli 242 b — Huius servitutis explicatio *ibid.* — Liberatio de eius servitute non est adscribenda humanae infirmitati, sed divinae virtuositati *ibid.* 243 a — Eorum deiectione figurata est in deiectione Aegyptiorum 412 b — Eius exterminatio fuit iusta propter suam dolositatem, malignitatem, divinae iustitiae rectitudinem 275 a — Daemones confunduntur per tentationis superationem 451 b

— quia iniuste iniecit manum in Christum, iuste privatus est dominio proprii servi 224 a. 261 b. 275 b — qui iniuste hominem invaserat, per Christi sanguinem spoliatus est 254 b — sua malitia et peccato turbaverat totum universum 275 b — ne de hoc portaret commodum, dignum fuit, eum percuti, privari et puniri *ibid.* — quia iniuste detinebat hominem, ideo iusta fuit eius potestatis exterminatio 272 b

— devictus est in passione Christi 630 b — prostratus est vulneribus Christi 266 a — non poterit stare videns gladium, in quo devictus fuit, scilicet passionem Christi 295 b — A tribus diaboli nocentis sanatur per Christum 230 a — Quomodo Christus eiiciat daemonium erroris, luxuriae, superbiae 223 a

— Oportet pugnare cum diabolo, vel esse eius servum 481 b — Nullus est, quin habeat pugnare cum diabolo 209 a — Qui non habet industriam pugnandi in magno

periculo est *ibid.* — Debemus prius discere pugnas diaboli, si volumus ei resistere *ibid.* — Debemus confringere diabolica machinamenta 76 a — Satanam debemus spernere et calcare 212 a

— Qui vult de diabolo triumphare debet a Spiritu S. dirigi, in loco munito morari, impugnationem constanter sustinere 205 a — Eius insidias non possumus evitare, nisi Deus tentamenta nostris viribus modifiet 239 a. 415 b. 416 a. 425 a — Ut vincamus diabolum, debemus facere septem circuitus 481 b — Contra eius septem capita debemus habere faciem et virtutem leoninam 511 a, b. 512 a — Secundum exemplum Christi est resistendum triplici eius tentationi 209 a-212 a — Desertum est locus aptus ad resistendum diabolo 205 b — Fugienda est eius suggestio, quae accendit ignem culpae 343 b. 344 a

— supplantatur per humilitatem 232 a — fugit, dum Christi athletam iucundum intuetur 548 a — Per tria vota clauditur daemonibus aditus 162 a — superatur castitate, bona operatione et meditatione passionis Christi 403 b. 404 a — Exemplum 404 a — Arma fortissima ad resistendum diabolo sunt consideratio amissionis gloriae et damnationis aeternae 209 a, b — superatur per considerationem divinae benignitatis et confidentiam 232 b. 233 a — confunduntur propter constantiam severitatis humanae 233 b — pavescit a divina aequitate 275 b

— Christus est armatura, per quam superatur 502 a — Per fidem in Christum curamur a duplici nocentio diaboli 222 b. 223 a, b — si nos tentat, debemus recurrere ad crucem 266 a — Humani generis inimicus abominatur signaculum crucis 729 a — Virtute passionis Christi non laedimur a diabolo 132 a — si invocamus Trinitatem, non timet, sed si invocatur Christus crucifixus, statim expavescit 266 a — facto signo crucis, statim fugit confusus 305 b — nunquam potest melius vinci quam in memoria passionis Christi 295 b — Nihil est, quod ita nos liberat a servitute diaboli sicut passio Christi 626 a — Exemplum *ibid.*

— per auxilium Mariae effugatur 721 a — Ipsi dat locum, qui spiritum superbiae in corde ponit 210 b — Ipsi assimilamur per septem vitia capitalia 511 b — Secutores diaboli cum suo principe traduntur inferno 553 b — Qui vult vivere cum daemonibus eat cum daemone 523 a — Vide etiam V. *Daemon et Tentatio.*

DIACONUS — Ipsorum est legere et exponere verba sancti Evangelii 566 a — boni debent esse probati in munditia, pudicitia et parsimonia victuum 568 a, b — praecipue debent esse modesti 567 b

DIADEMA — Christus coronatus est triplici diademate 244 a — Quare humanitas Christi vocetur diadema 121 a, b

DIANA — est stella splendida et solis advenientis indicativa 543 b

DIES — Quomodo debeant quatuor tempora diei expendi 441 a — Domini est

## DIL

dies gratiae 690 a — novissimus potest intelligi pro die glorificationis 514 b — novissimus verius intelligitur pro die extremi examinis *ibid.*

— Per tres dies intelligitur vita quantum ad initium, progressum et occasum 717 b — Per tres dies intelligitur triplex votum *ibid.* — sex designant totum tempus vitae 571 a — sex designant sex illuminationes animae 246 a — septimus est sopor 247 a — sex designant sex opera virtutum 267 b — Septenario dierum numero omne tempus comprehenditur 562 a — Septem diebus significatur totum tempus praesentis vitae 61 a — septem designant septem virtutes dona et vitia 278 b

DIFFICILIS — Sumus difficiles ad observantiam praeceptorum et consiliorum 620 b

DIGITUS — Sub tribus digitis intelligitur Dei sapientia, potentia et bonitas 94 a — tres explicantur tribus modis 353 b

DIGNITAS — etiam ecclesiastica non est magni reputanda 623 b

DILECTIO — distinguitur naturalis, acquisita et gratuita 704 b — In ea est consummatio totius legis et iustitiae 724 a — Actus dilectionis Dei est virtutis caritatis ratione incomparabilis praecellentiae, utilitatis et excellentiae 419 a, b — Praeceptum actus dilectionis est maximum respectu praeceptorum, virtutum, operum *ib.* b — Dei et proximi est primum et radicale fundamentum, ad quod praecepta introducunt *ibid.* — Mandatum de dilectione dicitur novum quoad obligationis firmitatem 289 b — Haec est addita, ne mandatum crederetur dispensabile propter antiquitatem *ibid.* — In hoc mandato cum nullo dispensatur *ibid.*

— Tantum debemus diligere, quantum diligimus vitam 571 b — Innaturale est, quod homo non diligat diligentem ipsum 559 a — Modus diligendi Deum sit sine modo *ib.* b — divina debet esse ad modum mortis et inferni 421 b — Nihil est amandum supra vel praeter Deum *ib.* a — Quid sit Deum diligere ex toto corde 420 a. 421 a, b. 442 a

— aliorum debet esse propter Deum aut in Deo 419 a — Propterea mandatum dilectionis Dei et proximi simile reputatur *ibid.* — aliorum, si non sit propter Deum, est actus naturalis *ibid.* — Invitamur ad pietatem fraternam sub metaphora similitudinis congruentis et examinis deterrentis 440 b — Ut homo recte diligat, diligat fideliter, singulariter, ferventer et finaliter 559 b — non sit seductoria *ibid.*

— Actus dilectionis elicitur a concupiscibili potentia 419 a — divina est fructus bonae operationis 238 b — Ad dilectionem movemur propter quatuor 558 b — Qui habet hierarchicas ascensiones non potest audire nec videre nec gustare nisi dilectum 505 a — Tanto sumus dilectione pleniores, quanto sumus a tumore superbiae saniores 345 a

— Quatuor sunt signa dilectionis 559 b. 571 b — Probatio dilectionis exhibitio

## DIL.

est operis 234 a — Manifestum signum dilectionis Dei est devotionis caelestis usus 500 b — Qui vult experiri, utrum diligat Deum, ingrediatur secreta conscientiae 424 b — Diligentes offerunt myrrham mortificationis 166 a — Si diligimus aliquid, anima ei assimilatur 542 b

— est via directa ad vitam 54 b — divina est illuminativa, aspernativa, continuativa 421 a — dat praeceptis efficaciam, virtutibus formam, operibus retributionis mensuram 419 b — totum cor applicat ad capiendam doctrinam 592 a — facit addiscere sine fictione et communicare sine aemulatione *ibid.* — Qui habet calorem dilectionis in corde potest magis virtuosa opera exercere 589 a

— Quando anima ferventer diligit, egreditur extra se 559 b — Dilectio gratiae dicitur lampas ignis et flammae 341 b — inflammat interius et exterius *ibid.* — facit animam languescere prae amore 182 a — vincit mortem 571 b — Quanto maior est dilectio et unio, tanto maior est delectatio 258 a

— Plus placet Deo dilectio et aedificatio proximi quam maceratio corporis proprii 567 a — Si nos diligamus Deum, ipse nos diligit, et desponsabit animas nostras cum Filio suo in paradiso 521 a

— Deus maxime diligit exercentes se in studio caritatis et amoris ipsius 500 b — Lucrum dilectionis est regnum aeternum 558 b — Secundum quantitatem dilectionis erit quantitas remunerationis 630 a — Vide etiam V. *Amor et Caritas.*

DILUVIUM — venit, quia omnes sequebantur delectationes carnales 466 b — Aquae diluvii in paradysum non pervenisse dicuntur 114 b

DIONYSIUS — Edacitas ipsi abstulit lumen oculorum 287 b

— doctus fuit a Paulo 610 a

DIRIGERE — Ille bene dirigitur, qui a se excludit omnem errorem in credendo, diligendo, operando 443 b

DISCERE — Si quis bene addiscit, statim vult honorari 556 b

DISCIPLINA — Rigor disciplinae consistit in crucifixione interioris hominis et configuratione ad Christum 446 a — habet duodecim qualitates *ib.* a, b — exterior attenditur in regimine sensuum, interior in regimine affectionum et cogitationum 724 b — Disciplinae rigor restringit gustum, claudit visum, obturat auditum, ut restringat factum 697 a

— Homo disciplinatus debet demisso capite incedere 555 b — Disciplinae restrictio mentem nostram componit ad regulam secundum exteriorem et interiorem hominem 725 b — decorat hominem spiritualiter 215 b — Animam reddunt disciplinatum verecundia et humilitas 555 a — Se congregant in domum disciplinae qui exterius non evagantur, sed ad interiora recurrunt 152 b

DISCIPULUS — Ad ipsum spectat veritatem audire et ei assentire, vanitatem contemnere et fugere, bonitatem amare et

propalare, divinam legem zelare et defendere et pro ea pugnare 293 a, b — verus defectus corrigit libenter, se subiecit humiliter, praeceptum exsequitur ferventer 292 b — Discipulis est securum audire veros magistros 188 a — Doctrina veri discipuli per patientiam dignoscitur 592 b

DISCRETIO — pertinet ad rationabilem 714 b — necessaria est ad vitae gubernationem 246 b — Ad virtutem discretionis non sufficit homo nisi gratiae divinae auxilio 532 a

DISPENSATIO — Ratio eius est evidens necessitas vel communis utilitas 289 b — si necessitas urget, est excusabilis; sed si communis utilitas non provocat, est inexcusabilis *ibid.*

DISPENSATOR — mysteriorum Dei quomodo esse debeat 85 a — mysteriorum Dei debent dispensare temporalia fideliter, Sacramenta liberaliter, verba Dei veraciter 87 a — gratiae bonus est qui considerat Dei voluntatem, non suam utilitatem 680 b

DIVES — Esse nobiles vel divites non prodest nobis, si excludamur a regno 618 a — Non est magnum esse divitem, quia perversissimus fuit magnus et dives 623 b — isti dicuntur beati, qui pecunias non amaverunt 474 a, b — debet sequi exemplum beati Nicolai 475 a — in pecunia et pauperes in gratia agant poenitentiam 460 a

— totam spem ponunt in suis pecuniis 305 a — quaerunt primos acerbis in coenis 102 a — se vestiunt pretiosis, ut cibum tinea praeparant 460 a — pauperem nudum dimittunt *ib.* b — Eorum aurum et argentum propter diuturnam incarcerationem perit et defecit *ibid.* — Aurum erit eis in testimonium nequitiae *ibid.*

— Ostenditur eorum temporalis prosperitas et aeterna calamitas 364 b. 365 a — In futuro eis adveniet miseriae, quia hic gaudent in vanis 460 a — Filii eorum in tabernis et in prostibulis celebrant memoriam pro patribus suis 365 b — statim post mortem dantur oblivioni *ibid.*

— solus comedit et neminem vocavit 361 a — Lazarum pauperem a prandio suo expulit *ibid.* — erat reprehensibilis ex cupiditate et avaritia, elatione et superbia, comessatione et crapula 365 a — quia noluit misereri Lazaro, nec ei voluit Dominus misereri 366 b — quia nihil voluit possidere in caelo, praecipitatus est in infernum 630 b — Ipsi praebuerunt daemones obsequium, quando portaverunt eius animam in infernum 366 a — guttam aquae petebat nec impetrare poterat, quia micam panis pauperi negaverat *ib.* b — tripliciter in inferno cruciatur *ibid.*

DIVITIAE — quae sint verae 487 b — Divitias habere et amare infructuosum est 535 b — Eas amare et non habere est periculosum *ibid.* — Eas habere et non amare est laboriosum *ibid.* — Nec habere nec amare divitias est utile *ibid.* — In morte leprosus tantum habebit de divitiis quantum rex 148 a — congregatae nihil faciunt 540 b

## DOL.

— sparsae fructum faciunt magnum *ibid.* — abrenuntiatae utilitatem magnam afferunt *ibid.*

— Amans divitias nunquam detestatur avaritiam 162 a — inflant animos, superbiam pariunt, invidiam trahunt, mentem alienant 313 a — Opes terrenae non illuminant, sed mentem denigrant et obcaecant *ibid.* — Vermis divitiarum est superbia 646 b — Oportet elongari ab iis *ibid.* — Etiam divitiae Ecclesiae maculare possunt *ibid.*

— Amantibus divitias difficile est intrare in regnum caelorum 587 b — In ipsis non possumus habere pacem cordis 573 b — Sollicitudo et fallacia earum non sinunt, Deum quiescere in corde 676 b — pro multis sunt causa damnationis 365 a, b

— Christus divitias contempsit, ut contemnendas monstraret 158 b — Christus pannis involutus est contra vanitatem divitiarum 102 a — Contra divitias facienda est misericordia cum proximo 365 b

DOCTORES — comparantur lunae propter tria 37 a — ignorantes et esurientes reficere debent cibo caelesti 379 a — Quae sit corona doctorum 488 b

— mali comparantur obscurati luminarii propter tria 37 a — superbi sunt qui nihil de Deo sentiunt et alios docere volunt 696 b — Non possidens sapientiam non bene cibatur nec potat animam 695 b — Nullus potest esse doctor legis perfectus, nisi prius fuerit factor 650 b — aliqui ad Angelos magnificentes et illustrantes non respiciunt 612 b

DOCTRINA — quaedam data est quoad vitam hominis, quaedam quoad vitam aeternam 463 a — bona docet nos quaerere gratiam in corde, opere et sermone 680 b — Quod est contrarium doctrinae Christi est interfectivum animae 63 b — Modo vacamus doctrinae divinae legis per rationem *ib.* a — Omnis debet tacere a doctrina, nisi didicerit, excepto solo Christo 525 a — Nullus potest docere, res esse scribiles alteri, nisi adsit immutabilitas et certitudo 441 b — Haec adsunt tantum in Christo *ibid.* 442 a — Christus est origo omnis fructuosae locutionis ad doctrinam 31 a

— Docere solo verbo est vanum, solo exemplo parum, sed utroque modo est perfectum 294 b. 313 a — ab aliquo non potest accipi, nisi intelligatur eius lingua 463 a — Nihil valet bonus doctor, si non reputatur eius doctrina 60 b

— Christi vide V. *Christus.*

DOLOR — communis est irae et invidiae 666 a — Ubi maior amor in coniunctione, ibi maior dolor in separatione 203 b

— Debemus de peccatis dolere 617 a — Dolere debemus propter amissionem gratiae, vulnerationem naturae, amissionem vitae praeteritae 246 b — debet esse in aestimatione damni, quia homo tempus et gratiam perdidit et Deum offendit 268 b — de peccatis conterit affectiones mundanas 345 b. 346 a — de peccatis deiecit inflationem spiritus 597 a —

## DOM

totam mentis intentionem ad Deum convertit *ibid.* — facit animam securam a periculis 153 a — De oculo eruto dolemus et de peccato non dolemus 137 b

DOMINARI — Qui magis dominatur magis subditus est 611 b

DOMINATIONES — Earum est imperare 613 a — significantur per columnas caeli 611 b — universitati curas regitivas administrant *ibid.* — nos protegunt contra concupiscentiam 619 b — docent subiici divinis imperiis 623 b. 624 a — faciunt pacem cum superiori 623 b

DOMINIUM — est potestas sibi subordinandi, sibi coercendi subditos 323 a

DOMINICA — secundum ordinationem Spiritus S. celebratur pro die sabbati 270 a — quatuor Adventus designant quatuor adventus Christi 32 a — Evangelium primae et ultimae Dominicae anni ecclesiastici comprehendit summam omnium divinarum verborum 41 b

DOMINICUS — In ipso erat duplex lux fidei 563 b — apparuit sub similitudine stellae et faculae *ibid.* — fuit similis pueris abstinentibus in libro Danielis laudatis 564 a — laudatur a speculatione lucis aeternae et exercitatione virtutis perfectae 563 a — habuit clementiam, constantiam, obedientiam et prudentiam 565 a — eruditus erat in philosophia et in sacra Scriptura 564 a — fuit similis Moysi 565 a

DOMINUS — est nomen potestatis 323 a — Vocabulum Dominus importat virtutem et magnificentiam 431 a — miseretur servo corripiendo et reatum relaxando 350 b

DOMUS — In domo luctus purgamus mentem, in domo convivii implemus ventrem 607 b. 608 a — hominis est conscientia 551 a — David designat sanctam Religionem 334 a — Domini est triplex 687 b — quadruplex est, in qua invenitur Christus 151 b — Dei iacob est aeterna vita et ierusalem superna 31 b — Domum ire est ad paradysum redire 423 a

DONUM — gratium accendit ad amorem; magis gratuitum debet magis accendere; maxime gratuitum debet maxime accendere 338 b — De re modica non debemus facere duas partes ad dandum homini magno 521 a — Nullum donum acceptatur a Deo sine caritate 164 a. 485 a — Caritas in dante facit voluntatem hilarem, concordem, liberalem *ibid.* — Qui dat totum desiderium suum et voluntatem dat omne, quod habet 165 a

— Ad dona divina se disponit, qui dilectione divinis consiliis acquiescit 339 b — Pro habendis donis divinis accedendum est ad Christum per triplicem actum fidei 340 b. 341 a — divina suscipiuntur tantum in corde humili 338 b. 339 a — Ut simus divinis donis suscipiendis idonei, liberum arbitrium est subiiciendum divinis remediis, doctrinis, beneplacitis 339 a — divina dantur eis qui Scripturam addiscunt, ut faciant *ibid.* — divina dantur electis Dei *ib.* b — Si agimus gratias hominibus pro bonis temporalibus, eo magis debemus gratias agere pro donis divinis 338 b — divina nec dantur negligentibus nec arrogantibus 715 b

## ECC

DORMITIO — designat pacem cordis 573 a, b — Dormire est requiescere in sinu Christi per contemplationem 640 a

DOTES — corporis glorificati sunt claritas, subtilitas, agilitas, impassibilitas 29 b. 283 a, b. 284 a — Illae significantur per rosam, lilium, amygdalum, palmam 283 a, b. 284 a — Ut obtineamus quatuor dotes corporis glorificati, debemus florere per sapientiam, temperantiam, iustitiam, patientiam 284 b. 286 a — gloriae sunt aperta visio, quieta fruitio, firma tentio 358 b

DRACHMAE — novem sunt novem chori angelici 369 a — decima est humanum genus *ibid.* — decem significant decem illuminationes animae 159 b — decima designat hominem 434 a

DRACO — est animal valde sitibundum 553 b — vix valet aqua satiari *ibid.* — os vento aperit, ut sic internum incendium extinguere possit *ib.* a, b — saepe, cum ventum circa navis velum adverterit, tanto impetu illuc vadit, ut navem subvertat *ib.* b

DUBIUM — Quaesimus quod dubitamus 46 b

DULCEDO — animi consistit in conciliatione inclinationis intrinsecae et expugnatione impugnationis extrinsecae 491 a — divina non scitur, nisi gustatur 287 a — divina vocatur gustus et ebrietas 291 b — divina non datur nisi praevia poenitentia 306 a — Ad recipiendam divinam dulcedinem requiritur austeritas, humilitas, caritas et devotio 64 a — Anima inconstans non recipit divinam dulcedinem *ibid.*

## E

EBIONITAE — dicebant, legalia cum Evangelio esse servanda 63 a

EBRIETAS — tollit discretionem 568 b — gignit quinque mala 459 b — Ubi regnat ebrietas, nihil potest esse celatum 568 b — Ibi necessario sequuntur contumeliae et rixae innumerae *ibid.* — Qui sunt gravati in ebrietate vigilare non possunt *ibid.* — Qui vitat ebrietatem vini se disponit ad plenitudinem Spiritus S. 433 b

ECCE — est nota admirationis 549 b

ECCLESIA — distinguitur triumphans et militans 136 a — dicitur civitas Dei 698 a — est civitas parva per humilitatem 604 b — vocatur hortus Christi 237 a — vocatur sponsa Christi 272 a — vocatur caelum 36 a. 719 b — dicitur mater 137 a — dicitur fasciculus, quia congregatur ex multis fidelibus, quorum quidam effluunt de ipsa et quidam permanent 324 a — dicitur firmamentum 719 b — vocatur paradysus irrigatus 335 a, b

— Quare vocetur mons 31 a — Ad hunc montem ascendendum est quatuor modis *ib.* b — significatur per tabernaculum 674 a. 675 a — comparatur horto irriguo, cuius aquae non deficient 340 a — sub triplici respectu comparatur navi

quoad evangelicam perfectionem et diabolicam impugnationem 190 a, b — Partes navis et alia ad eam spectantia ad Ecclesiam applicantur *ib.* b

— militans vocatur triclinium feminarum 694 b — militans paradysus vocatur 58 a — militans intelligitur per tabernaculum testimonii 673 b

— sumpta fuit de latere Christi dormientis in cruce 247 b — Christus redemit Ecclesiam de latere suo 504 a — Christus eam passione sua consecravit 731 b — non potuit mundari nisi sanguine virgineo Christi 503 b — Christus Ecclesiam sibi desponsavit non amore carnali, sed caelesti 125 b — quasi nova sponsa in principio temporis gratiae caelesti Sponso coniuncta est 250 b — Christus unitur Ecclesiae ut sponsae 436 a — Unitas Christi ad Ecclesiam est sicut corporis ad caput *ibid.* — Christus eripuit Ecclesiam de potestate diabolica 216 b — Ecclesia ex conceptione Christi in omnibus tribulationibus consolatur 664 b — per Filium Dei fecundatur et purificatur 634 b — militans lactificatur ex Christi ascensione 320 a — Gaudium eius se habet ad gaudium Ecclesiae triumphantis sicut fasciculus ad hortum *ibid.*

— est domus Domini firmiter aedificata 731 b — Agnus est primum fundamentum Ecclesiae 602 b — Fundamenta eius dicuntur Maria, Patriarchae, Prophetae et Apostoli 688 b — Ecclesiae fundamentum est veritas; paries, virtus; tectum, caritas; ornamentum, sapientia *ib.* a — Christus est eius fundamentum, membra aedificium, Sacramenta fulcimentum et evangelica doctrina ostium 154 a — fundatur in fide Apostolorum, aedificatur in confidentia Martyrum, pacificatur in caritate Confessorum, ornatur in sanctitate Virginum 603 b — a Verbo incarnato quadriformiter aedificatur per gratiam 602 b — aedificatur Scripturis sacris 688 a — Christus Ecclesiae fundamentum non posuit in mutabilitate terrenorum, sed in perpetuitate aeternorum 238 a — tota stabilitur per spiritum detestandi malum, diligendi bonum et discernendi verum 230 b

— dicitur ierusalem descendens de caelo, quia per Spiritum S. fundata est 135 b — dicitur nova respectu synagogae *ibid.* — in comparatione ad synagogam sursum esse dicitur contemplatione serena, conversatione praeclara, devotione continua, ordinatione similitudinaria 236 a, b



— Romana est mater omnium fidelium 215 b

— In principio Ecclesiae regnavit infidelitas, in progressu haeresis, in consummatione iniquitas 593 b — Ideo Dominus dedit primo miracula potentiae, postmodum argumenta sapientiae et postremo in S. Francisco signa pietatis et misericordiae *ibid.*

— Ad eam recurritur pro quaestionibus dissolvendis 674 b — In ea Dominus ad praelatum in mente loquitur et mediante illo ad subditos *ibid.* — clamat clamoribus declarantibus, suadentibus, increpantibus 213 b — Eius os est veritas conformis fidei 324 b — Huius oris dentes sunt viri iusti *ibid.*

— multos parit et virgo permanet 603 b — Filii matris Ecclesiae per gratiam Spiritus S. generantur 627 b — per solam fidem Deo generat prolem 688 a — ad instar Virginis virgo parit 627 a, b — Ad eam mittitur Gabriel *ibid.* — peperit Christum spiritualiter 98 b

— Qui non est eius membrum non recipit influentiam Christi 379 a — In ea electi sunt celati 719 b

— ubi habuit impugnatores, ibi maxime crevit 357 a — assimilatur equitati Pharaonis propter consimile bellum, robur, praesidium, triumphum 301 b

— per Christum descendente in carnem et Spiritum S. descendente in mentem descendit sanctitas in Ecclesiam 599 a — In nuptiis cum Domino Ecclesia fit divina et caelestis 136 a — Influentia Spiritus S. in ea nunquam arescit 340 a — Decuit, ut in ea esset septiformis spiritus 599 a — a Maria trahit originem, celsitudinem et stabilitatem 688 a, b. 689 a — Beneficia, quae percipit ab Angelis, significantur per duodecim stellas 631 a, b — quod filiis suis deest supplet de thesauro meritorum Apostolorum 332 b

— militans opera sua a daemonibus defendere debet 721 a — operibus salvatur 613 b

— In Ecclesiae tabernaculo Dominus requiescit sacramentaliter 671 b — Civitas Sancti dicitur, quia in ea Dominus specialiter habitat, pascitur et delectatur 603 b — In ea requiescit Dominus ad populum sanctificandum, erudiendum et reficiendum 654 a, b. 675 a — est locus scaturitionum permanentium, arborum pomiferarum, habitationis virorum deiformium 335 a, b — dicitur locus pascuae, ubi facta est affluentia omnium incunditatum et refectionum 257 b — Eius tutamentum est praesidium contra peccati sequelam 662 b

— In Ecclesia habetur gradus activorum, praelatorum et contemplativorum 85 a. 216 a. 219 a — In Ecclesia est modus vivendi praesidentium, laborantium, contemplantium 354 b — In ea est status laicalis, clericalis, monasticus *ibid.* — In Ecclesia habetur ducatus patriarchalis, prophetalis, apostolicus 354 a, b — Triplex gradus in Ecclesia correspondet triplici hierarchiae caelesti 85 a, b — Tres gradus in Ecclesia figurantur per Petrum, la-

cobum et Ioannem 216 a. 219 a — In membris Ecclesiae est iustitia eminens, crescens et sufficiens 36 b — In Ecclesia sunt membra principalia et non principalia 517 b — Utraque sunt instituta ad quatuor *ibid.* 518 a — In Ecclesia Dei bene ordinata inferiores obediunt superioribus 588 b — Quomodo Christus diversa genera fidelium in Ecclesia doceat 402 b. 403 a, b

— In Ecclesia debemus conversari cum subiectione, dilectione, aemulatione, oratione 154 b

— ob multas causas potest etiam habere bona temporalia 374 a — Reditus Ecclesiae non debent abscondi 62 b

— vocatur domus orationis 674 b. 675 a — est locus propitiationis, eruditionis, refectionis 388 a — In domo Dei frequenter consolatio recipitur 54 b — In ipsa Deus mundat et sanctificat 674 a

— Ad ecclesiam debemus venire ad audiendum verbum salutis, non ad audiendos rumores vel fabulas 525 b — Tanta est excellentia domus Dei, ut in ea non acceptet Deus actum alterius generis quam orationis 390 a, b — Non debemus venire ad ecclesiam propter pecuniam 644 b — fit spelunca latronum, quando in ea est contentio superbiorum, infectio lubricorum, deceptio et negotiatio cupidorum 389 b — Quinam eam faciant domum prostitutionis, negotiationis vel comessationis 674 b. 675 a

— Vide etiam V. *Apostolos, Christus, Hierarchia.*

ECLIPSES — solis significat exinanitionem Deitatis 703 a

ECSTASIS — est alienatio a sensibus et ab omni eo quod est extra, et conversio ad Deum, qui est intra 269 — videtur esse quasi nubes lucida simul obumbrans et illuminans 229 b — Meditantis admirationem et admirantis delectationem sequitur mentis alienatio *ibid.* — Ad mentis alienationem homo disponitur per magnitudinem devotionis, admirationis et spiritualis exultationis *ibid.*

EDMUNDUS — Diabolus ipsi dixit, se melius devinci non posse quam per devotam memoriam passionis Christi 626 a

EDOM — interpretatur longinqua 582 b — interpretatur sanguinolentus 274 b

EFFECTUS — omnis suae causae similitudinem gerit 601 a — quanto est immediatior, tanto similitudo est expressior *ibid.* — Cognitio effectus ducit ad cognitionem causae 179 a. 311 a

EGERI — quaerunt locum ubertatis 690 b

EGRESSUS — dicitur excessus mentis 286 b — est praeparatio digna 96 a. 121 a — est triplex *ibid.*

ELATIO — Miranda actio cum elatione non elevat, sed gravat 483 a

ELECTIO — designat eminentiam, per quam quis superponitur alii 579 a — In electione praelatorum observari debet triplex gradus 514 b — In electione praelatorum considerari potest quadruplex gradus, iustitia, officium et meritum *ibid.* 517 b

— Bene facerent omnes, si electionem suam Domino commendarent 628 b. 629 a

— Alii sunt contenti electione boni; alii, electione melioris; alii, non nisi electione optimi 562 b — Semper eligenda sunt magis bona 566 b — Qui bene discernit et male eligit ipse se condemnat *ibid.* — Cum sit dubium in eligendo, debet recurri ad consilium prudentiorum *ibid.* — Si hi dissentiant, adhibendum est iudicium discretionis et oratio *ibid.*

— Deus eligit praecipue pauperes et humiles, ut excludat gloriationem humanam 515 a

— Qui sint filii promissionis, scimus quoad iam electos, sed non quoad beatificandos 515 b — Scimus, quod filii promissionis comparatione multitudinis pauci sunt *ibid.* — In Ecclesia pauci sunt viri, quia licet multi vocati, pauci tamen electi 604 b — Non possumus assignare causam divinae electionis nisi ipsius voluntatem 575 a — Possumus reperire huiusmodi electionis signa, quae sunt septem *ib.* a, b

— Peccata electorum erunt ipsis et Deo in honorem 526 b — Post resurrectionem eorum numerus erit completus 363 b — Electi recipient remunerationis abundantiam 451 a

ELECTRUM — fit ex auro et argento 109 a

ELEEMOSYNA — Eam facere debemus donando, supportando et condonando 636 a — Cum terrenam possessionem non possumus ferre nobiscum, tradamus eam in manibus pauperum 158 b — de propriis melior est quam de fortuitis 288 b — pauperum si aliis datur quam pauperibus, non est iustitia, sed iniquitas 567 b — Largiendo eleemosynas thesaurizamus nobis thesauros in caelo 475 a — non mundat, nisi ipsa sit munda 655 b — Dare eleemosynam non cessando a peccato est quasi cum eleemosyna dare alapam 636 b — ut sit purgatoria, oportet, nos habere fidem et non offendere Deum *ibid.*

— Deus dedit maximam eleemosynam 636 a — Filius Dei est eleemosyna, quae purgat peccata *ibid.*

ELEMENTA — sunt quatuor 604 a — Qualitates elementares in fine mundi transibunt quoad virtutem et effigiem 41 b — Post resurrectionem cessabit eorum mutua actio 383 b — agent tamen adhuc in corpora damnatorum *ibid.* — Status quatuor elementorum post ultimum iudicium 35 a

ELEPHAS — est animal fastidians sanguinem 513 b — animatur ad bellum, quando videt sanguinem *ibid.*

ELEVARI — est in admiratione gloriae Dei suspendi 346 b

ELIAS — fuit eximius Propheta 128 a — desiderabat per mortem evadere tentationes et periculum 271 b — credens, se solum esse Domini servum, reprehensus est 597 a — ut perveniret ad secretum colloquium Dei, ieiunavit quadraginta diebus 635 b — In hoc ieiunio designatur purificatio prophetalis *ibid.* — habuit



## ELI

zelum divinae iustitiae 636 a — virtute Angelorum ascendit ad paradysum terrestrem 323 a — adhuc vivus deget in paradiso terrestri 115 a — praedicabit ante ultimum iudicium et ab antichristo interficietur 34 b — designat Christum 548 a, b — designat christianum 294 b

ELIEZER — est figura Gabrielis Angeli 660 a

ELISABETH — Eius conceptio non erat nova, sed mira 664 a

ELISEUS — fecit adduci psaltem, ut resumeret spiritum prophetiae 329 b — figurat Paulum 548 b

ELIUD — verbo dicebat, sed improbat facto 567 a

EMENDATIO — Ipsius ortus, modus et fructus explicatur quadrupliciter 187 a, b

ENGADDI — Vineae Engaddi, nascente Christo, floruisse, fronduisse et liquorem portasse dicuntur 423 a

ENS — et bonum convertuntur 531 a

EPHRAIM — interpretatur stabilitas et augmentum 431 a — interpretatur frugifer 165 b. 196 a — significat credentes 165 b — designat abundantiam caritatis 196 a — designat avarum 553 a

EPIPIANIA — Christus apparuit hac die ut veritas, maiestas et benignitas 165 b — Hac die Iesus apparuit gentibus et occultatus est Iudaeis 157 a — Hac die, licet diversis temporibus, fecit Christus triplex signum, scilicet signum spectabile stellae, manifestans suam sapientiam; signum admirabile elementi originem mutantis, manifestans potentiam; signum amabile undae regenerantis, manifestans benignitatem 179 b. 180 a, b — Christus se manifestavit per testimonium baptizantis, Spiritus S. descendentis, Patris de caelo loquentis 180 b — Christus se manifestavit perfecte *ibid.* — In baptismo Christi apparuit tota Trinitas 356 a

— Apparitio Domini describitur quantum ad opportunitatem loci, benignitatem Pueri, dignitatem consortii 151 a, b — Manifestatio Christi describitur ut solemniter celebrata et luciformiter demonstrata 169 b — Notatur Infantis elegantia, Magorum in fide perspicacia, fidelium laetitia *ib.* a — Manifestatio Domini explicatur ut praemonstrata, aemulata, exhibita, suscepta, solemnizata 156 b. 160 b. 166 b — Ad manifestationem Verbi concurrerunt lumina divinae maiestatis, assumptae humanitatis, angelicae claritatis, matris Virginis, sideris dirigentis 169 b

*NOMEN* — Quo homo magis occupatur, eius nomen ei imponitur 447 a — Exemplum *ibid.* — Nihil prodest habere nomen sine re 229 b — novum est nomen Christi 504 b — novum est habere notitiam divinam et humanam 513 a

*NOVALE* — innovatur, quando requiescit, ut fructificet iucundius et fecundius 138 b

*NOVERCA* — dicitur phantastica ratio 59 a

*NOVUS* — Debemus habere nova desideria, eloquia, signa, exempla, praeconia, certamina, charismata 380 b. 381 a

— Omnium novorum novissimum est, quod est Deus homo et mater virgo 701 a — Quod femina circumdabit virum est novum quid 708 a — Hoc est supra solem, quia per virtutem supernam *ibid.* — Post



## NOX

adventum Christi falsum est dicere: nihil sub sole novum 134 b

Nox — significat ignorantiam 29 a — designat statum praesentis miseriae 341 b

NUBECULA — ex terra oritur, sed supra terram elevatur 300 a — designat animam continentem *ibid.*

NUBES — generatur ex vaporibus ignitis, subaliatis et elevatis 530 b — habet in se vapores reconditos, ex quibus procedunt pluviae et tonitrua 322 b — Vapores salsi et amari in ea convertuntur in dulcem pluviam 658 b — Distingui possunt nubes materiales et spirituales 226 b — Quae per ipsas efficiuntur *ibid.* — Debemus esse nubes gratiosae, non procellosae 658 b

— designat puritatem Virginis concipientis 32 b — Octo figurae nubis significant adventum Christi in utero Virginis et ad iudicium 40 a — designant poenitentes incipientes 529 b — designat pietatem 302 b — designat doctrinam 531 a — designat plenitudinem gratiae 33 a

OBEDIENTIA — Dici potest, eam solam esse virtutem omni creaturae rationali agenti sub potestate 459 a — Deus fecit mundum uno verbo et refecit cum magna fatione, ut daret exemplum obedientiae 504 a — originem habet ex memoria passionis Christi *ibid.* — Quia Filius Dei eiusque Mater servaverunt obedientiam, et nos eam servare debemus 522 b — Christus obediens usque ad mortem docet nos obedientiam 54 a

— Mentis sollicitudo nos ponit in via obedientiae 128 a — in anima se habet ad modum lucis 182 b — significatur in bove 648 a

— Non est creatura ita hebes, quin in plena obedientia obediat Deo, excepta creatura rationali 504 a — Sine obedientia homo nunquam a Deo honoratur, immo pro nihilo reputatur 386 a — arcta est in principio, sed ampla in medio 300 b — aliorum est tarda et imbecillis 440 a

— debetur non tantum praeceptis divinis, sed etiam consiliis Dei et beneplacitis 325 b — perfecta consistit in mandatorum impletione et consiliorum erogatione 440 a — perfecta facit promptum obedire etiam consiliis 681 b — Hanc promptitudinem non habet nisi qui paratus est subesse etiam inferioribus *ibid.* — Deo est potissime obediendum, quando nos revocat a pompositate, cupiditate, carnalitate 507 a — Ad haec tria requiruntur *ibid.*

— Non solum in his quae possumus, sed etiam in his quae non possumus, obedire debemus 522 b. — Exemplum *ibid.* — non est dimittenda propter difficultatem rei faciendae nec propter laborem 507 a — pura non quaerit lucrum, solatium, honorem 439 b — Econtra faciunt

NUDUS — Omnis homo haberet magnam confusionem, si esset nudus coram populo 572 a

NUMERUS — Numero unaquaeque res ab alia distinguitur 353 b

— senarius est primo perfectus 646 a — senarius figurat perfectionem in effectu 716 a — Per numerum septenarium universitas figuratur 562 a — denarius designat perfectionem naturae 619 b — denarius significat perfectam exercitationem in praeceptis 646 a — vigesimus octavus est secundo perfectus *ibid.* — trigesimus designat meritum conjugatorum; sexagesimus, continentium; centesimus, virginum 200 a, b — quadragenarius est numerus transgressionis et numerus poenitentiae 635 a — quinquagenarius est numerus Spiritus S. 646 a — Quid significant sexaginta fortes, qui ambiunt lectum Salomonis 482 b — centenarius designat perfectionem gratiae 619 b — millenarius designat perfectionem gloriae *ibid.*

## O

infideles *ibid.* — prompta nihil habet falsitatis, imbecillitatis, tarditatis *ibid.* — Obediendum est sine contradictione, sine murmure, sine mora 247 a, b

— Per obtemperantiam humilitatis omnia reordinantur in homine 588 b — requiritur, ut homo transeat a segnitie 648 a — Nihil valet puritas et munditia sine obedientia 522 b — Data voluntate ad obediendum alteri propter Deum, munus perficitur 165 a — res, quae in se non valent, facit valere et meritorias esse 522 b. 523 a — Exempla 522 b — Obedientiae Evangelii promptitudo operatur quatuor bona 435 a, b — est nummus, quo paradisi caelestis emitur 165 a

— Si quis universaliter, celeriter, virtuose, simpliciter et strenue obedit et nihil omittit de circumstantiis, habet formositatem et speciositatem 504 a — nos facit Christo conformes conformitate praecipua 212 b — nos facit fratres Christi *ibid.* — humiles tantum extollit, ut potius Dei amici quam famuli denominentur 386 a — exaltat in praesenti quoad dona gratiae, in futuro quoad dona gloriae *ibid.*

OBLATIO — Oblationum legalium finis est Christus 641 a

OBSEQUIUM — illud est rationabile, quod est discretum, honestum, devotum, pacificum 178 a, b — divinum consistit in cultu beatae Trinitatis cum septem virtutibus 619 a

OBSTINATUS — trahendus est ad infernum 550 b

OCCASIO — peccandi, etsi videatur cara, relinquenda est 725 b — Per occasionis evitacionem extinguitur culpa 343 a — sunt quasi ligna *ibid.*

OCCASUS — est sinistrum caeli 323 a

OCCIDENS — designat futura 227 b

## OLE

NUNTIUS — Parum valet dies boni nuntii, nisi ea quae nuntiantur, serventur 438 a

NUPTIAE — designant incarnationem 385 a — spirituales sunt de Domino et Ecclesia 136 a — In istis nuptiis Ecclesia fit divina et caelestis *ibid.* — aeternae implent omne desiderium 429 b — Non debemus nos illis indignos reddere *ibid.* — aeternae sunt gloriosae, speciosae, deliciosae *ibid.* 430 a

NUXIUS — infringit vocem et linguam, ut concordet voci pueri 281 a

NUX — In nuce cortex est amarior, testa dulcior, nucleus sapidior 285 b — interius habet dulcedinem exterius corticem amaram 64 a — Manus viridibus nucibus tinctae multis lotionibus non mundantur 551 b — signat illos qui devotionem habent intus in corde et exterius austeritatem in carne 64 a — Hortus nucem sumus, si nobis est mundus amarus, corpus aridum, mens devota 285 b

OCTAVIANUS — Narratur dictum egregium alicuius militis Octaviani 554 b

OCULUS — Insanus esset, qui habens oculos lippientes, mallet eos effodere quam curare 288 a — quanto amplius clauduntur ad exteriora, tanto magis aperuntur ad spiritualia 364 b — Caput dirigitur per oculum 452 b — exerceantur in lectionibus sacris 725 a — accipitur pro intentione voluntatis 436 b — dexter designat intentionem respicientem aeterna; sinister, respicientem terrena 574 b

— dicuntur beati, quia sunt purificati, revelati, recreati, honestati 401 b — dicuntur beati, qui vident divinam maiestatem, claritatem, suavitatem, sanctitatem *ibid.*

ODIUM — est via ad mortem 54 b — nulli est utile, sed nocivum et mortale peccatum 289 b — Qui odit proximum homicida est 396 a

ODOR — pomi proiecti inter cadavera animalium absorbetur per eorum foetorem 542 b — Homines solent novos fructus odorare 209 a

— Christus respergebat mundum octo fragrantibus odoribus 230 b. 231 a

ODORATUS — refrenandus est per fugam eorum quae carnem accendunt 724 b

OFFENSA — tanta est, quantum est ille qui offenditur 188 b. 383 b. 405 b — Non offendit qui duo custodit 471 a — Quilibet laboret, ut proximum non offendant *ib.* b — Si haec offensa fit ex ignorantia, est excusabilis *ibid.* — peccati expiari non potest, nisi interveniat divina misericordia 662 a

OLEUM — est lucidum, suave et pingue 457 b — ut nutrimentum luminis illustrat, impinguat, supernatat 547 b — lenit, sanat, pascit et illuminat 532 b — valet ad

## OLI

illuminandum, curandum, reticiendum 457 b — Oleo utimur ad medicamentum vulneris, nutrimentum luminis, condimentum refectionis 547 a

— designat charisma Spiritus S. 401 a — significat gratiam 634 b — designat gratiam exhilarantem 645 b — Notatur septemplex oleum gratiae, cui adversarius opponit septemplex oleum peccati 532 b. 533 a, b — Per oleum figuratur gratia sanans, sapientia illustrans, spiritualis laetitia delectans 547 a

— Per oleum designatur sapientia illustrans, impingnans, elevans 547 b — designat Scripturae sensum tropologicum 473 a — designat vitam activam *ibid.* — In eo exultatio datur intelligi 714 b — designat spem de venia 547 a — designat humilitatem in conversatione 533 b — significat devotionem 153 a

OLIVA — Arborea olivarum designant Scripturas 547 b — pullulans designat bonitatem et speciositatem vitae et morum Christi 30 b — misericordiam designat 652 a

OMNE — est signum perfectionis 448 b

OMNIS — designat Christum 338 b

ONES — et iugum designant difficultatem ad bonum et pronitatem ad malum 547 a — Oneratus vix per terram vadit et multo minus potest ascendere ad caelum 550 b

OPPOSITA — iuxta se posita magis elucescunt 306 a. 382 b

OPPRESSI — quaerunt locum defensionis 690 b

OPUS — Operatio facit velle 639 b — nullum sine aliquo gaudio fieri diu potest 547 b — omnia sunt Dei, sola peccata nostra sunt 138 b — Deus opera nostra praevenerit debet et adjuvare 196 b — quantum est apud Deum, tantum est et non amplius 137 b

— Qui operari non vult non debet recti 256 a

— Non cessemus bene operari 515 b — Adimpleamus omnia opera nostra, antequam veniat festivitas post mortem 571 a — bona semper sunt facienda, quia sine ipsis nec gratia Dei nec caritas est 342 a, b — Debemus esse fecundi in bonis operationibus 570 b — Non possunt haberi virtutes activae nisi ex frequentia bene operandi 639 b — bona semper sunt multiplicanda 571 a — Ad hoc requiritur vitatio malorum *ibid.* — Similitudines *ibid.* — Nullus per sanguinem Christi innocens efficitur, nisi qui recte credit et operatur 728 b

— debent esse iusta, discreta, temperata, fortia 440 b — Nulla operatio est recta, nisi dirigatur secundum divinam exemplaritatem 347 a — omnia nostra sunt Deo sacrificanda et attribuenda 138 b — Secus nihil prosunt *ibid.* — In omni operatione sapiens tria considerare debet 27 a — sic sit in publico, quatenus intentio maneat in occulto 476 b — Cum sublimitate operis debet esse humilitas cordis 483 a — Cum claritate operis debet esse simplicitas oculi *ib.* b — In opere Dei cavenda sunt fraus et negligentia 534 a

— nullum bonum ex corde producitur, si gratia non infunditur 519 a — facta extra caritatem nunquam reviviscunt 419 b — Non proficit facere bonum, nisi correctum fuerit malum 457 a — Multi multa opera bona fecerunt, qui tamen postea sunt damnati 482 b

— bonum est devotionis, compassionis, conversationis 444 a — omne meritum aut proficit, aut languescit, aut deficit 458 a — bona quare possint ostendi inter perfectos, non autem inter imperfectos 476 b. 477 a — quando procedunt, secundum quod debent, dant verum testimonium 483 a

— Si in bono opere fructuosi fuerimus, a Domino custodimur, anima pulchrior redditur, carior Domino habetur, commendabilis efficitur 518 b — In bono opere est spes fructus, species et odor 457 b — Per bona opera nutritur ignis amoris inter nos et Deum 342 b — Per operationem sanctam homo totus a Deo acceptatur 434 b — Quanto plura opera facimus, tanto magis appropinquamus ad Deum 571 a

— Aliud dicit de operibus virtutum sapientia christiana et aliud philosophia 482 b

— perfectum disponit ad perfectum praemium 656 b — Prius est bona operatio, deinde gloriae expectatio 670 a — pietatis merentur complementum gloriae et augmentum gratiae 656 b — Quare operationes bonae dicantur viae 444 a

ORA — vestimenti circa terram consistit 561 a — vestimenti designat membra Christi in terra *ibid.* — vestimenti designat minores praelatos 548 b

ORATIO — Omnis pars orationis signat mentis conceptum 59 b

— est pius affectus mentis in Deum 652 b — Gemitus orationis est dulcis cantus, qui placet Deo 571 a — In oratione clamat anima per suspirium ad caelestem suavitatem 213 b — fit per mentis elevationem 207 a — non fit sono vocis et linguae motu neque syllabarum distinctione, sed affectibus desideriorum 389 a — quid sit sec. S. Hieronymum 391 b

— In petitione tria occurrunt 27 a — Sequitur lectionem, collationem et memoriam 657 b — Aetus orationis sunt purgatio, illuminatio et perfectio 390 b — fidelis, simplex et humilis significatur per Iudam, Ionatham et Simonem 608 a, b — significatur per aromata 626 b

— Orantibus assistunt Angeli, qui ipsos iuvant et confortant 626 b

— offerenda est Deo vocaliter et mentaliter 723 a — vocalis offerenda est distincte, attente et devote *ibid.* — vocalis offerenda est septies in die ad promerendam septiformem gratiam *ib.* b — mentalis quomodo et quandonam offerenda sit *ibid.* — Orationem mentalem praecedere debet meditatio et sequi gratiarum actio 724 a — mentalis est maxime Deo placita *ibid.*

— In qualibet petitione orationis dominicae petitur perseverantia 505 b —

## ORB

Quare Ecclesia terminet omnes orationes cum verbis: Per D. N. I. C. 404 b

— Quales volumus in oratione inveniri, tales debemus nos antea praeparare 389 a — Ante orationem debet praeparari secretum cordis et claudi sensus corporis *ibid.* — Quod ante orationem per sensus hausimus, totum in tempore orationis occurrit *ibid.*

— ut sit placita et accepta, requirit triplicem praeparationem et attentionem et duplicem exultationem 390 b. 391 a, b. 392 a — quomodo fiat Deo accepta et gratuita 207 b — Tria eam perfectam reddunt 678 a — requirit humilitatem, puritatem et sedulitatem 389 a — potissime offertur per spiritum contribulatum et humiliatum 652 b — Eius puritas pendet ex puritate confessionis 725 b — non tantum verbosa esse debet quantum affectuosa 724 a — debet procedere ex desiderio devoto 538 a — debet fieri cum fiducia 350 b — Orationi coniuncta esse debet misericordia 155 a

— illorum exauditur, qui non impediuntur superflua occupatione 389 b — quae de corde humiliato procedit, magis resonat in auribus Dei 595 b — ut sit efficax, debet habere comitatum trium virtutum 686 b — Ex conversatione saecularium orationi tepidius insistitur et oratio tardius exauditur 530 b — quae egreditur de corde immundo mediante ore superficialiter devoto non placet Christo 185 a — superbientis et carnalis non est exaudibilis, sed magis execrabilis 390 b. 391 a

— Quare semper sit orandum 391 b — Quis dicatur semper orare 389 b — Orare debemus, quousque obtineamus quod desideramus *ibid.* — Debemus vigilare in oratione ob quatuor causas 391 b — Per eam eibus debet sanctificari 644 b — in omnibus praemittitur 645 a — Quid sit orare pro invicem 391 b — Pauci intrant cubiculum ad orandum *ib.* a — Hoc est divinae gratiae et nostrae diligentiae *ibid.*

— Qui a Christo vult illuminari, si sentit se gravari et orationem impediri, ardentius clamet 405 b — Qui orat instanter et finaliter in domo Dei manet, ut decet, et est idoneus ad salutem 390 b — Qui non orat domum Dei non fideliter inhabitat nec finaliter perseverat *ibid.*

— est medicina turpium cogitationum 187 a — est sacrificium, quo placatur Deus 652 b — ad lumen contemplationis reducit 725 b — Fletus devotionis et intentio orationis sunt brachia, quibus cum Domino luctamur 721 a — Orantes habent argentum 639 b — Per continuationem orationis habitamus in atriis Domini 216 b — tantae est excellentiae, ut ei praecipue praeparata sit divina habitatio 390 b — facit invenire Christum 657 b — Per eam acquirimus Spiritum S. et devotionem 686 b — Hoc significatur in Axa *ibid.* — Spiritus S. descendit super orantes 639 b

ORBIS — Motus orbium est circularis 612 b — Motus orbium non cessat *ibid.* — Philosophi prius octo, postea novem

## ORD

orbes distinxerunt et Sapientia aeterna addidit duos *ibid.* — moventur ut serviant Creatori suo *ibid.* — in Creatore quietantur *ibid.* — Eorum concentus significat Angelos, prout invicem sunt ordinati *ibid.*

ORDO — est parium dispariumque rerum sua cuique loca tribuens dispositio 623 b

— religiosi sunt munitiones in Ecclesia ad defensionem 662 b — religiosi salvant infirmos *ibid.* — religiosi per civitates intelliguntur *ibid.* — Francisci et Dominici figurantur in duabus vaccis fetis, portantibus arcam Domini 565 b — Vide etiam V. *Religio.*

ORIENS — est dextrum caeli 323 a — designat praeterita 227 b

Os — est expressivum sermonis in confitendo 130 a

OSCULUM — est medium inter osculans et osculatum 109 a, b — Qui recognoscit munus ab alio osculatur manus eius 557 b — Qui munus a se recognoscit osculatur manum propriam *ibid.*

— oris designat devotionem amorosam *ibid.* — manus designat devotionem gratificam *ibid.* — pedum designat devotionem subiectivam *ibid.* — Aliqui osculantur manum Dei in prosperitate, non in adversitate 558 a — Osculans dicitur Verbum; osculatum, caro; osculum, Christus 109 b

OSTIA — Assueri designant beatitudines 705 b — Per ostium intramus Ecclesiam, si observamus doctrinam evangelicam 154 a, b — designat conscientiam sanam et rectam 506 b

Ovis — habet simplicitatem, tractabilitatem, fecunditatem 296 a — cum ducitur

## PAS

ad macellum, non recalcitrat pede, non mordet dente, non impetit cornu *ibid.* — carens pabulo infirmatur 302 b — In quadam insula dicebantur esse oves, qui, ore aperto, haustu venti sitim mitigabant 553 b

— Christi ab ovibus antichristi discernuntur 302 a, b. 303 a

— In ea designatur tractabilitas patientiae 648 a — designant simplices et pauperes 553 b — designat animam innocentem 296 a — designant humiles 262 b

Ovum — mergitur in aqua dulci et non in aqua maris 192 b

OZIAS — In eius fronte orta est lepra in signum superbiae 184 a — propter superbiam datus est in mortem aeternam *ibid.*

— interpretatur fortitudo Domini 257 a. 361 b — summus pontifex, designat Christum *ibid.*

## P

PACIFICUS — fuit socius beati Francisci 588 b — primus Ordinem beati Francisci portavit in Franciam 577 b — fuit vir magnae sanctitatis *ibid.* — Narratur aliqua visio, quam habuit de S. Francisco *ibid.* 581 a. 588 b

PAGANI — In paganis non est lux Scripturae, quia intendunt doctrinis daemoniorum 150 b

PALEA — igne accensa ad ictum oculi est tota combusta nec etiam viles cineres derelinquit 545 b — Per paleam intelligitur inconstantia et timiditas 25 a — designant peccatores 344 b

PALMA — grossior est circa ramos quam circa radicem 510 a — Eius truncus in inferiori parte est strictus; in superiori, amplus 535 b — excellit duratione 283 a — urgentibus opprimentibusque non cedit 284 a — est signum victoriae *ibid.* — designat longanimitatem patientiae 30 b — designat dotem impassibilitatis 283 a. 284 a

— In Dominica Palmarum synagoga Christum gloria et honore coronavit 241 b — Hunc honorem Ecclesia hodie repraesentat processionally ob tres causas *ibid.* 242 a — Hodie synagoga Christum honoravit ut regem, prophetam, pontificem 244 b — Haec omnia Ecclesia processionally repraesentat *ibid.* — Quare Ecclesia in Dominica Palmarum post processionem legi instituerit passionem *ib.* a

— Cur Christus in die Palmarum ascenderit asinam 28 b — Christus venit hodie pauper et humilis, ut disperderet fastuositatem, pompositatem, diabolicam fraudem, et homines ab amore mundi revocaret ad amorem et laudem Dei 243 b. 244 a — Hodie Christus ostendit humilitatem, exhibuit benignitatem, monstravit veritatem 243 a

— Hodie monemur ad desertionem deformitatis, contemplationem speciositatis et exhibitionem laudis 244 b — Quomodo hodie anima debeat egredi obviam Christo 243 b

PALMES — ferens fructum designat facientem opera pietatis 656 a — sunt bonae operationes 457 b

PALMUS — est manus extensa 353 b — figurat humiliationem 716 a

PANIS — qui hominem nutrit, accipitrem interficit 281 a, b — designat Verbum Dei *ib.* a — significat bonam operationem 199 a

— Septem explicationes quinque panum 234 b. 235 a — Ad habendum omnes istos panes necessariae sunt quinque conditiones 235 a, b — septem quid significant 381 a, b

-- de caelo est verorum filiorum Israel 64 a — de caelo est verbum vitae vivificans omnia 630 a, b — caelestis semper desiderandus est, maxime a Religiosis et sacerdotibus 90 a — Pauci istum esuriunt *ibid.* — vitae non potest esse simul cum pane mortis 210 a — vitae est perpetuus et incorruptibilis, panis delectationis momentaneus est et corruptibilis *ibid.* — qui manducatur in regno Dei, est Christus 409 a — Triplicem panem nobis ministrant Angeli 612 a

PARACLETUS — interpretatur consolator 328 b

PARADISUS — Descriptio paradisi secundum Sanctos 399 a — est locus maximae sublimitatis, puritatis, claritatis, temperiei, amoenitatis, suavitatis, sanctitatis, benedictionis, incorruptibilitatis, tranquillitatis, angelicae administrationis et deiformium virorum conversationis 114 b. 115 a, b — lunarem circulum tetigisse dicitur 114 b — Aquae diluvii illuc non pervenisse dicuntur *ibid.* — Ibi adhuc semper Deus laudatur ab Angelis, ab Henoch et Elia, et suo modo ab omnibus creaturis 115 a

— est propria habitatio hominis 423 a — Quare homo fuerit creatus extra paradysum et deinde in ipso positus 399 a

— Ad paradysum non possumus redire nisi per conflictum 208 b — Via rever-

tendi in paradysum est moeror 61 a — Exclusio a paradiso terrestri figurat exclusionem vel dilationem a caelesti 605 a — Quatuor flumina paradisi possunt aptari quatuor gratiis 465 a — designat Ecclesiam 117 b — designat animam *ibid.*

— Christus vocatur paradysus voluptatis 114 b — Christus natus est mundo sicut paradysus maiestatis, claritatis, suavitatis, sanctitatis 118 b — Christus vocatur paradysus caelestis propter quatuordecim eiusdem conditiones 119 a — Eiusdem duodecim proprietates applicantur ad Christum 114 b. 115 a, b

PARALYSIS — facit hominem inhabilem ad standum, impotentem ad operandum, impossibilem ad ambulandum 423 a — spiritualis est peccatum *ibid.*

PARANYMPHUS — est qui tractat et procurat nuntium ante adventum sponsi 65 a

PARASCEVE — Hodie coniuncti sunt thronus gratiae et thronus misericordiae 259 a — Hodie invitat Christus ad crucem 262 b

PARDUS — dum ad uxorem leonis accedit, saepe cum ipsa adultera simul perit 553 a

PARENENS — In peccato primorum parentum erat quadruplex inordinatus appetitus 466 a — primi seducti sunt per fallaciam 329 a

— carnales obliviscendi sunt, maxime quando sunt viae Dei contrarii 450 b

PARISIUS — Bonaventura orat pro studio Parisiensi, quod tunc cessabat 524 a — Per eius destructionem fecit diabolus magnum damnum Ecclesiae, quia erat fons, a quo rivuli exibant per totum mundum *ibid.*

PARSIMONIA — victuum respicit sobrietatem oris 568 b

PARVULUS — est mitis et humilis 594 a — Nullus potest intrare caelum, nisi efficiatur parvulus 146 b

PASCHA — In die paschali solent homines nova vestimenta induere et vetera exuere et nova cibaria comedere 304 b

## PAS

— In paschali tempore debemus vetera peccata abicere et novas virtutes induere *ibid.* — Multi Christum die Paschae cum gaudio suscipiunt, et post Pascha ad peccatum redeunt 303 b — Vide etiam V. *Resurrectio.*

PASSER — offerebatur in purificatione leprosi 647 b

PASSIO — In passione consummata est confidentia, patientia, perseverantia 356 b — Maioris virtutis est de infirmitate corporis triumphare quam ab ea superari 132 a — Inter passionem et compassionem debet esse proportio 228 a

— Si multum patimur pro corpore, debemus eo magis multum pati pro anima 531 b — Improbantur Christiani, qui non volunt pati pro Christo quae multi passi sunt pro mundo 554 b — Exemplum *ibid.* — Qui tribulationem patiuntur pro Christo lavantur in sanguine eius 727 b

PASTOR — Ad bonum pastorem pertinet erga gregem habere sollicitudinem vigilantiae, affectum benevolentiae, discretionem prudentiae 294 a — bonus non potest habere maiorem dilectionem erga gregem, quam ut pro eo corpus morti exponat *ibid.* — mittitur ad gregem dissipatum 61 a — pius agnos invalidos portat in sinum et validos sinit abire 351 b

— Non est idoneus eligi in pastorem, nisi sit tantae iustitiae, ut iniquitati praeeligat mortem 516 b — debet esse purus, pius et Deo conciliatus et reconcilians 301 b — quilibet debet habere iustitiam et misericordiam 303 a — ille diligenter suum officium exerceat, qui sua animalia erudit, pascit, custodit 294 a

— non debent subditorum pecuniam extorquere, sed animas liberare 300 a — Propter eorum culpam oves saepe veniunt ad periculum mortis aeternae 302 b — Oves perditae requiruntur de manu pastorum *ibid.* — bonus vide V. *Christus* n. 6.

— Describitur pastorum in Christi nativitate simplicitas, iucunditas, sollicitudo et devotio 123 a — commendantur a sollicitudine inquisitionis, certitudine inventionis, gratitudine devotionis 124 a — Describitur pastorum fervens devotio consistens in proposito emendi et in desiderio Christum natum videndi 102 a, b

— sine mora inveniunt Christum, quia non ficta fide currunt videre quod audierunt 102 b — habuerunt fidem caelicam, vividam, devotam, sobriam, perspicacem, religiosam, plenam gratia, fiducia, laetitia 124 a — Ostenditur eorum pia confessio quoad Salvatoris incarnationem, incarnationis auctorem et incarnati nativitatem 102 b. 103 a, b

PATER — reficit filium cibo corporali 379 b — Paterfamilias non permittit, familiam suam mori fame 478 b — Qui patrem suum inhonorat assequitur maledictionem 685 b

— in limbo existentes quare dicantur caeci et claudi 48 a — desideraverunt adventum Christi ex consideratione miseriae iniquitatis, infirmitatis, caecitatis, captivita-

tis 56 a — erant in limbo positi quasi in carcere teterrimo, non habentes, unde se redimerent 273 b — ideo valde anhelabant Christi resurrectionem *ibid.* — desiderabant adventum Christi propter septem defectus ex culpa originali contractos 50 b

— ex triplici ratione avide et cum sinceritate desiderabant, Filium Dei incarnari 28 b — desiderabant videre Christi humanitatem 48 b — preces multiplicabant pro adventu Christi acceleratione 27 a — affligebantur ex divinae promissionis dilatione *ibid.*

— Christo adveniente in limbum, aperte lucem Divinitatis viderunt 48 a — in limbo liberati sunt per sanguinem Christi *ibid.*

— aeternus vide V. *Trinitas.*

PATIBULUM — Nullus accedit libenter ad patibulum 540 a

PATIENTIA — est purgatorium, quod animam purificat 534 b — Per ipsam mala tolerantur illata 415 b — Victoria per patientiam est gloriosissima 139 a — Minor est virtus, quam patientia non format 569 a — impeditur per avaritiam 288 a

— Patiens verus non debet murmurare in corde, non obloqui in ore, nec repugnare in opere 296 a — Non possumus esse patientes nisi patiando 639 a — non potest esse sine humilitate 285 b — Homo debet esse in patientia plantatus et non stare in patientiae initiis *ibid.* — In prosperitate multi videntur patientes, qui pro modico efficiuntur impatientes 299 a — Saepe homines sunt patientes in verbis et non in factis 139 a

— semper habenda est 472 a — est necessaria, maxime in tempore necessitatis et adversitatis 299 a — maxime necessaria est in afflictione et confusione 569 a — In igne patientiae boni probantur et mali consumuntur *ibid.* — Patiens in tribulatione probatur sicut bonum aurum in igne 486 b — in tribulatione viget 285 b — Patientiam debemus habere, quando ab aliis humiliamur 54 a — habenda est in poenitentia, ut non deficiamus *ib.* b — requiritur ut transeamus ad mansuetudinem 648 a — significatur in ove *ibid.*

— Debemus instrui exemplo patientiae Christi 206 a — Christus est exemplar patientiae ex quinque causis 54 a — Modus vincendi in novo Testamento est per patientiam 139 b

— inter fluctus vivere facit 183 b — omnibus passionibus superfertur *ibid.* — Per patientiam respectu hostis maledicentis acquiritur benedictio 686 a — Haec est perfecta, sed valde paucorum *ibid.* — Patienter sustinentibus appropinquat redemptio 24 a — Patientes vitam aeternam consequuntur 600 a — nobis parat dotem impassibilitatis 284 b. 286 a

PATRIA — In patria erimus in sanctis sanctorum 285 b

PATRIARCHAE — dicuntur montes aromatici 688 b — In Patriarchis erat praeclaritas meritorum et visionis intellectualis 150 a — In eis claruit spiritus sapientiae 599 a, b — Ipsos imitari debemus *ibid.*

## PAU

PAULUS — interpretatur electus mirabilis 218 b — potest figurare Christum *ibid.*

— persequatur discipulos Christi non ex certa scientia aut malitia, sed ex ignorantia 423 b — Ignorantia et zelo deceptus retum credebat quidquid faciebat *ibid.* — zelo iustitiae ignoranter persequatur veros Apostolos 436 b — qui sapientem se tenebat, iure sicut caecus trahebatur 423 b — qui ducem aliorum se faciebat, iuste Ananiae in discipulum tradebatur *ibid.* — Maxima fuit violentia in convertendo Paulum *ibid.*

— vocatur pius pater et sollicitus magister 456 b — est maximus zelator humanae salutis 55 b — est maximus animarum zelator 69 b — habuit insuperabilem zelum fidei christianae 579 b — post multa mala, quae Christianis intulit, multa tormenta portavit 550 b — habuit affectuum varietatem 528 b — fuit humillimus 588 b — fuit magnus et tamen contentus vili veste 211 b — non quaerebat datum, sed fructum 300 a

— bene habuit cor inflammatum 265 b — secutus est Christum in paupertate 300 a — quare in sola cruce gloriatus sit 467 a — semper habuit compassionem passionis Christi 307 b

— vidit arcana Dei in angelicis spiritibus in tanta plenitudine, quod nullus ultra aliquid addere potuit 610 a — vidit quod erat in caelo, quia habebat in se illum, in quo refulgent omnia 629 b

— plura scivit per unctionem quam per lectionem, plura per donum quam per studium 338 b — per gratiam disponebatur ad veritatem intelligendam et intellectam evangelizandam *ibid.* — certus erat, quod doctrina, quam didicerat, salutaris erat 592 b — fuit filius olei sapientiae illustrantis, ut esset doctor eximius ad illuminandam Ecclesiam 548 b — Ecclesia ad doctrinam Pauli corda gentilium gratia Spiritus S. replevit *ibid.* — Vide etiam V. *Petrus et Paulus.*

PAUPERTAS — In paupertate intelligitur indigentia necessariorum 48 a — non est virtus, sed amor paupertatis 549 b — Pauper non omnis est dicendus, qui non habet, sed ille qui non habet et hoc ipso gaudet *ibid.* — consistit in contemptu terrenorum et appetitu supernorum 301 a — est caminus alios consumens et alios probans 579 a — durabit usque ad generalem resurrectionem 48 a

— quatuor damnabiles in mundo relevantur per quatuor divitias excellentes, quae sunt in Christo 425 b. 426 a

— est primum fundamentum omnium boni 374 a. 443 b — est fundamentum evangelicae doctrinae et complementum christianae vitae 443 b — est primum fundamentum omnium virtutum 289 b — est primum fundamentum evangelicae perfectionis 372 a — est sigillum approbativum legationis Christi 373 a

— Quid sit paupertas temporalis et spiritualis 527 b — Qui sint pauperes spiritu 443 b — Quidam sunt pauperes voluntate



## PAU

simul et opere; quidam opere, sed non voluntate; quidam voluntate, sed non opere; quidam nec voluntate nec opere 549 b

— perfecta debet esse alta, profunda, lata et longa 536 b — perfecta nihil sibi appropriare requirit, nihil retinere, nihil dare vel recipere sine licentia praelati 247 b — perfecta concludit in se totius evangelicae perfectionis summam 537 b — est triplex: alta, altior et altissima 467 a. 536 b. 537 a — bona est, quae est in patientia; melior, quae est in desiderio; optima, quae est in gloria 587 a, b — quae est cum cruce, habet coniunctam vitam evangelicam 579 a — superba Deo et hominibus est odiosa 537 a — Pauper superbus est hypocrita et apostata et quasi quaedam pestilentia *ibid.*

— contemnit totum mundum 303 a — Pauperes dicuntur sicut vento mitigare 553 b — Pauperes nihil habent in terra, sed expectant consolationem in caelo 351 a — Qui gloriantur in paupertate multo magis in abundantia sunt 537 b — etsi secundum apparentiam sit infirma, secundum virtutem est altissima 587 a

— Pauperibus debetur misericordia 685 b. 686 a — Vendita danda sunt pauperibus propter divinam complacentiam 425 a — Qui miseretur pauperis honorat Deum in paupere, sed qui non miseretur, ipsi vituperium facit 349 a — In pauperibus nutrimus et fovemus Christum ad modum matris foventis filium 213 a — Pauper stultus esset, si non acciperet bona 612 a

— Nulla comparatio est pauperis ad divitem 630 b. 631 a — Pauper a divitibus contemnitur 536 a — Avari deridentes pauperes provocant Deum 676 b — Magnum periculum est offendere pauperem, qui protectorem habet Deum 536 a — modo oblivioni data est 148 a — a saecularibus fugitur, sed a perfectis suscipitur et debet suscipi 443 b — Miserimi sunt qui ingrediuntur caminum paupertatis et resiliunt foras 579 a — Paupertati non est detrahendum, quia Rex caeli fuit pauperrimus 305 a — Signo paupertatis debet signari qui vult sequi Christum 36 a

— addiscenda est a Christo 148 a — Christus voluit esse pauper, ut nos ad paupertatem invitaret 536 a — Christus pannis involutus docet nos paupertatem 402 b — Pauperes sunt de schola Christi 351 a — vocatur obstetrix, quae Dominum involvit pannis 402 b — Christus insignivit nomen pauperum titulo regiae dignitatis 147 b — Primum verbum, quod Christus docuit, erat beatificatio paupertatis *ibid.*

— Qui vult accedere ad culmen paupertatis debet considerare causam motivam et formam perfectivam 535 a — Ad perfectionem paupertatis debemus moveri propter divinum consilium, exemplum, patrocinium, promissum *ib.* a, b — Mentis solitudo nos ponit in via paupertatis 128 a — Paupertatem Christi fere omnes sitiebant in Ecclesia primitiva, sed post erat paene

oblivioni tradita 536 a — Dominus invitavit ad paupertatem loquens ad animam *ibid.* — Quia ad hanc vocem aures hominum obsurduerant, Dominus renovavit exemplum paupertatis per Franciscum *ibid.*

— Anima per quadrigam paupertatis erigitur ad superna 536 b — Huius quadrigae auriga est Christus *ibid.* — facit hominem caelestem 587 b — caelestia sectatur 695 a — ubi est abundantia tribulationum, in bona anima parit abundantiam consolationum 537 b — voluntaria introducit per portam prudentiae 604 a — erat causa, quod quidam servatus est a morte 527 b

— Pauperes tanto sublimiores sunt regibus terrae, quanto caelum sublimius est terra 147 b — Christus pauper factus est, ut humiles pauperes sublevaret et inopes pauperes locupletaret *ibid.* — Pauperibus venit Christus ut splendor veritatis 128 b — Pauperes sunt nuntii Domini 158 b — Pauperes Deus praecipue eligit et vocat, ut excludat gloriam humanam 515 a — Dominus iudicium causae et sententiam pauperibus tribuit 536 b

— Probat in camino paupertatis Deus dat gratiam 579 b — Isti sunt aurum electum *ibid.* — Agilitas paupertatis pervenire facit ad portum salutis 467 a — in praesenti perficit, in futuro magnificat 443 b — facit heredes regni caelorum *ibid.* — Pauperes habent nomina sua scripta in caelo 618 a — Angeli pauperibus praebent obsequium, portantes eorum animas in paradysum 366 a

— Brevis est pauperum adversitas, sed aeterna eorum felix iucunditas 364 b. 365 a — Pauperes pro sua paupertate accipient regnum supremum, aeternum, opulentum et iucundum 536 b — Pauperes hic habent triplicem adversitatem, pro qua in futuro accipient triplicem iucunditatem 365 b — Pauperes vitam beatam consequuntur 600 b — Qui voluntarie terram dimiserunt, iis adiudicabitur caelum 595 a — Pauperes elevabuntur, quando iudicabuntur divites 366 a

Pax — est quantum ad id quod est supra nos, infra nos et intra nos 293 b — est internae conscientiae, supernae benevolentiae, aeternae congandentiae *ibid.* — conversationis consistit in custodiendo se a noxiis vitiis, in conformando se ceteris, in neminem laedendo verbis aut factis 292 a — Christi quid sit 70 b. 71 a

— Deus dicitur pax 69 b — Deus vocatur pax ex quadruplici ratione 70 b — vocatur thronus Salomonis 303 a

— est custodia cordis 69 b — est Dei paradysus, requies et salus mentis *ibid.* — est origo omnium gratiarum, radix omnium meritorum, plenitudo omnium iucunditatum, possessio omnium virtutum 70 b

— Nihil est homini ita bonum sicut pax 542 b — Nihil est pretiosius, delectabilius et felicius pace unionis 292 a — Divinitatis est ab omnibus veneranda et desideranda et omnibus necessaria 69 b — petenda est ab his, qui nos persequun-

## PEC

tur, licet culpa non sit ex parte nostra 347 b

— Ad pacem habendam requiruntur quatuor 69 b — in convictu acquiritur ex hoc, quod cuilibet quod suum est redditur, et quisque suo est contentus 533 b — Pacem non habebit qui non vult obedire Deo 268 a — Pacem tantum habent imites et humiles 303 a — Pro ipsa habenda debent homines se exspoliare a divitiis mundanis 373 b — Ubi maior est amor, ibi maior est pax 653 b — Vinculum pacis custoditur per quatuor 422 a

PECCATOR — idem est, quod spiritualiter infirmus 367 a — ex diabolo est non per creationem, sed per imitationem *ibid.* — omnes reducuntur ad voluptuosos, avaros, superbos 277 b — Homo efficitur peccator per superbiam, carnalitatem, odium 367 a — erubescit ad aperta 246 a

— dicuntur paleae 344 b — vocantur spinae 697 b — Anima peccatrix vocatur filia maris 104 a — designatur per villicum 384 b — designatur per Petrum positum in vinculis 131 a. 424 a

— omnibus rebus abutitur 246 a — quantum est de se, deturpat universum 709 b — offendit aspectum humanum, divinum et angelicum *ibid.* — quodam modo curiam caelestem turbant 521 a — est dissipator bonorum Dei 384 b — errat a via communi, veritate, aequitate, caritate 302 a

— iniuriatur Creatori suo 347 b — propter nimium amorem mundi contemnunt Deum 194 a — impugnant Deum gula, ventre, lingua, capite 72 a — gloriam crucis in gloriam vanitatis convertunt 662 b — iterum Christum crucifigunt 303 b. 347 b — Eorum nequitia comparatur obscurationi luminarium 36 b

— aridi sunt gratia et privati opere bono 344 b — In peccatoribus non est bona operatio nec affectio circa bonum 540 b — velut mortui sunt sine sensu et sine motu 584 b — perdit lucem spiritualem et subiectus est daemone 617 a — Vita peccatoris est infructuosa per concupiscentiam oculorum; amara, per concupiscentiam carnis; venenata, per superbiam vitae 52 b — Circa filios concubinae notatur subtractio divinae protectionis, captivatio mentis, amissio hereditatis caelestis 236 b — plantant labruscas 287 b — post peccatum apparet turpis et sine vestitu exteriori 662 b

— licet obtineat Christiani vocem, tamen perdit rem 447 a — gravatur duplici iniquitate 436 b — sunt impatientes, et ita faciles ad iracundiam 343 a — Quod est eis occasio virtutis, salutis et gratiae convertunt in augmentum culpae 189 b — Opprobrium iniquorum habet tria annexa 453 b — Nihil est infelicius felicitate peccantium 151 a — licet habeant penuriam et sterilitatem, tamen statum culpae reputant optimum 400 b — afflicti miseriis non volunt clamare ad Dominum, sed impatienter subito deficiunt 189 b

— varie a Deo vocantur 363 a — quidam Deum non audiunt, quidam audiunt,

sed non veniunt *ibid.* — Christus loquitur ad peccatores per internam inspirationem 58 a — Deus peccatores instantanter vocat, patienter expectat, elementer suscipit 347 a — Christus peccatorem illustrat, revocat a consueta conversatione, provocat ad sequenda sua praecepta 397 b

— invitantur ad poenitentiam audientes, in Angelis per hoc generari laetitiam 370 b — inducitur ad poenitentiam per misericordiam 28 a — memoria mortis maxime movetur ad emendationem 397 b — dissipantur non ut pereant, sed ut vitam gratiae recuperent 332 b — variis modis compellitur ad implorandam divinam misericordiam 226 b

— In ipso considerari potest sceleris circumvolutio, cordis contritio, confessio 395 a — Ipsi necessariae sunt expulsio culpae, infusio gratiae, exercitatio iustitiae 453 a

— non obedit Deo, nisi poeniteat 503 b. 504 a — non poenitet, nisi ut sit iustus 504 a — quomodo debeant facere poenitentiam 196 b — Condicio peccatoris describitur quantum ad statum transgressionis, actum subiectionis, affectum orationis 183 b — Anima peccatrix clamat clamore amaro, veridico, satisfactorio 213 b — quare debeat cum magna humilitate conlteri prostratus ad pedes presbyteri 393 a

— A peccato surgendum est per contritionem, confessionem et satisfactionem 385 a — debet surgere per mali detestationem 239 b — debet exurgere per desertionem peccati *ibid.* — debet exurgere a mortuis, id est ab operibus mortuis extra caritatem factis *ibid.* — manifesti nec resurgunt nec resurgere se ostendunt cum Christo 276 b — sunt in triplici fovea, quae opponitur resurrectioni *ibid.* — Peccans cogitatione, continuo surgit; opere, vivificatus sedet; consuetudine, vivificatus ligatus est 412 b

— si revertitur ad Deum, ipse commovetur misericordia 350 b — redeuntes ad Dominum ipsum invenient summe placabilem 71 b. 72 a — si converti voluerit, clementer suscipitur a Christo 189 a — quantumcumque magnus non desperet propter timorem iustitiae, sed confidat propter benignitatem divinae misericordiae 243 b — a Deo recipiuntur sicut filius prodigus a patre suo 350 a

— designatur per filium prodigum 257 b — revertitur ad patrem, quando poenitet *ibid.* — Tunc praeparatur ei corpus Christi et consolatio spiritualis *ibid.* — propter foeditates praeteritas a Deo devitatur, sed sicut filius prodigus clementer suscipitur 347 b — Explicatio *ibid.* — Tardius Deo videtur peccatori veniam dare quam ipsi peccatori accipere 233 b

— recurrentes ad Mariam fiunt arbores salutiferae 697 b

— conversi non reficiuntur in conscientia, si sine doctrinae pabulo dimittantur 379 a — reconciliatus et iterum Deum offendens virtutem evacuat passionis 727 a

— statim dignus est totali consumptione, nisi esset divina misericordia 347 b — Quod Deus non statim de peccatoribus se vindicat, misericordia est, sed quod vindicabit se, iustitia 350 b — Diabolus non statim verberat peccatores, donec crudelius verberabit in inferno 440 a

— ratione culpae meretur poenam sempiternam 392 b — sicut in Dei iustitiam peccavit, sic per eum qui aeternus est, in aeternum puniatur in igne infernali 344 b — quamdiu vixerunt praesentia ardentes amaverunt ideoque iuste puniuntur poena aeterna 383 b — prae timiditate et inconstantia non valent fugere culpam, ideo iuste puniuntur poena inferni 400 b — sunt sidera errantia, quibus procella tenebrarum reservatur 659 a

— Terribilis est animae peccatrici occursum iudicis 694 a — formidabunt Dominum in die ultionis 71 b — in die ultionis videbunt superius iustum iudicem, inferius ignem aeternum, interius conscientiam remordentem et exterius hostem constantissime accusantem *ibid.*

PECCATUM — Duo sunt genera peccatorum, scilicet originale et actuale 634 a — originale significatur tripliciter per morbum leprae 47 a, b — per rubiginem designatur 634 a. 714 a — comparatur surditati ex duplici ratione 47 b

— Ratione foeditatis originalis culpae nascimur omnes filii irae et carnales 224 a — Merito ipsius eramus tanquam pupilli et absque patre et privati hereditate 485 b — nos privavit hereditate regni caelestis 224 a

— foedat ut macula, laedit ut infirmitas et ligat ut reatus 634 b — Per illud inflicta est ignorantia in intellectu, malitia in affectu, impotentia in effectu, concupiscentia in his omnibus 720 a — in homine fecit obscuritatem, tepiditatem, timiditatem, quae eum deordinabant a Trinitate 400 a — In homine erant ante adventum Christi defectus potentiae, experientiae et intelligentiae 45 a — Per culpam originalem anima infirmata est amissione potentiae, excaecata amissione sapientiae, captivata amissione iustitiae 90 a

— Per peccatum originale homo incurrit tenebrositatem, malignitatem, debilitatem 331 a — Homo per peccatum originale devenit ad hebetudinem, curvitatem, feritatem, segnitiem, voracitatem et atrocitatem 647 b — Media ad sanandum *ibid.* — Propter illud inflicta est concupiscentia et ignorantia 588 b — Merito peccati originalis pugna est inter carnem et spiritum 398 b

— Per peccatum homines dispersi erant propter septemplicem discordiam 61 b — Per peccatum originale homo passus est septem defectus 50 b — Per peccatum originale homo passus est incommodum in effectu, profectu et affectu, quia recessit a summa maiestate, bonitate et pietate 183 a — Per ipsum incurrit homo difficultatem ad bonum et pronitatem ad malum 46 a. 437 a — Per peccatum originale fuit homo despoliatus, vulneratus et debilitatus 400 b

— Anima peccato originali facta est nuda et deformis, sauciata et languens, caduca et debilis 401 a — Post peccatum originale oculus carnis in sua luce remansit, oculus rationis est obnubilatus, oculus divinae contemplationis excaecatus 459 b

— nobis causavit multiplices poenaltates 411 b — Per illud fractum est genus humanum 714 b — Per ipsum homo similis factus est brutis in necessitate moriendi et in brutalitate vitiorum 647 b — Merito peccati originalis omnis homo est mortis debitor 400 a — Ideo Deus nunc permittit, innocentem occidi ab impio *ibid.* — Praevaricatio voluntaria fuit initium et origo humanae mortis 208 a

— Deus solus nos liberare poterat a malis per Adae peccatum contractis 38 b — Luctus et tristitia erant in vultu hominis ratione primae praeviationis, sed haec in gaudium conversa sunt in Christi nativitate 411 a — tantum per Christum mundari potuit 187 a — Culpa originalis deleta est per Christum 29 a — Anima peccato originali infecta a Christo fuit vestita, sanata, roborata 401 a — Liberatio ab originali culpa significatur per leprosum mundationem et surditatis sanationem 47 a, b

— in Maria fuit deletum quantum ad maculam, sequelam et causam 634 a, b — in aliorum sanctificatione relinquitur quantum ad pronitatem ad peccandum *ib.* a — mundatum est sufficienter, licet non quantum ad omnes efficienter 187 a — Rebello in carne contra spiritum reordinatur per obtemperantiam humilitatis 588 b — Vide etiam V. *Adam.*

— actuale consistit in aversione ab incommutabili bono et conversione ad commutabile bonum 50 b. 137 a — includit maculam, sequelam et offensam 625 b — Quid haec introducant *ibid.* — tam magna sunt, quantus est ille qui offenditur 246 a — dicitur tenebra, quia fit in tenebris 527 a — dicuntur nebulae 659 a — vocatur paralysis spiritualis 423 a — Per stellas nigras intelliguntur obstinati in peccatis 720 a — mortale vere est desertum 609 a

— Peccare idem est quod deficere 398 b. 400 a — Qui per peccatum elongatur a Deo deficit ab ente 531 a — nihil est, et qui peccat nihil fit *ibid.* — non habent verum esse, sed vanum et defectibile 322 b — corrumpit et deducit ab esse 531 a

— fit per quatuor passus, qui sunt peccati cognitio, delectatio, deliberatio, electio 225 b — In electione pervenitur ad mortem animae *ibid.* — inchoatur in affectu, proficit in consensu et consummatur in actu 270 a — In eo est suggestio, delectatio, consensus et operatio 635 a — describitur quoad originem, consummationem et finalem ordinationem 381 a

— Anima cadit per ignorantiam, concupiscentiam, violentiam 423 a — omnia veniunt ex septemplici falso amore 264 b — omnia pullulant ex luxuria, avaritia et superbia 306 a — omne aut est in Deum, aut in proximum, aut in subiectum proprium 367 a

## PEC

— Nullus est sine peccato actuali vel originali nisi solus Christus 28 b — In Christo solo nulla fuit peccati deformitas 684 b — Excepta Virgine Maria, omnes peccarunt 702 a

— Vix est aliquis, qui non habeat satis plorare de peccatis suis 268 a — in hac vita potest subiugari, sed non exterminari 307 a — Quotidie inique agimus contra Deum 349 b — Occasiones peccandi ubique nos infestant 572 a

— Non est peccatum, quod fecit homo, quod non possit facere et alter homo 557 a — Debemus flere, si conspiciamus, alios labi in peccatum, quia fortasse in consimilia lapsi sumus aut labi possumus *ibid.* — In culpa concipimur, in peccatis nascimur, in peccatis nutrimur et in peccatis, ut saepius, morimur 545 b

— Utrum pueri infra septem annos possint peccare mortaliter 527 a — Aliqui sunt ita simplices, quod non peccent mortaliter, etiam postquam sunt viginti annorum *ibid.*

— omnia vitanda sunt 374 b — relinquenda sunt in opere et in corde 405 b — Debemus summo horrore vitare peccatum 265 a — Magis mori eligere debemus quam peccatis inquinari 516 b — Bonus homo prius vellet habere amputatum brachium quam separari a Christo 212 b — tam vile est, ut si possit homo habere paradysum cum peccato, tamen eo carere deberet nec facere peccatum pro eo habendo 261 a

— Homo debet erubescere peccatum suum 268 b — Homo, cum peccavit, non intellexit dignitatem suam 647 b — Non dolemus de peccato, quia non consideramus peccatum 137 b — Eorum consideratio operatur in nobis vindictam punitio- nis 308 b

— facilius evitantur, si cogitamus, quomodo diabolus pro uno desiderio est aeternaliter damnatus 529 b — Homo non iret ad peccatum, si cogitaret mortem 539 b — deseritur per egressionem a tenebris erroris rationalem obcaecantis, ab illecebris carnalis lasciviae concupiscibilem deformantis, a praesidentis crudelitatis diabolicae irascibilem opprimentis 242 a — Homo non fugit peccatum nisi per timorem 420 b. 643 a

— Quia non cito profertur sententia, ideo peccata absque timore perpetrantur 505 b — Qui sine timore peccat in dorso peccata portat 720 a

— fuit causa passionis Christi 264 b — Peccans causa est plagarum Christi 261 a — polluit sanguinem Christi et Spiritus S. templum 297 b — Magis voluit Christus pati quam peccatum dimittere impunitum 261 a — Christus paratus esset iterum crucifigi pro peccatoribus, si necesse esset, quia summe ei peccatum displicet 260 b. 261 a. 629 a — Exemplum *ibid.* — Si bene cogitaret homo, quod Filius Dei pro peccatis sanguinem sparsit, multum doleret 645 b — Qui peccant Christum iterum crucifigunt 216 b. 260 b. 261 a. 265 a. 297 b

S. Bonav. — Tom. X.

— Multae sunt poenalties et infirmitates, quae sequuntur ex peccato 562 a — graviora relinquunt maiores sequelas 412 b — Felle amaritudinis repleti sumus pro peccatis nostris 716 b

— Ex peccato contrahimus pronitatem ad malum, difficultatem ad bonum, longinquitatem a Deo 620 b — In sequela peccati est difficultas ad bonum et pronitas ad malum 547 a — Delectatio peccati facit pronum ad omnia peccata 415 b — inducit vulnus per offensam, sordes per maculam, servitutem per sequelam 547 a

— nos faciunt debitores eorum quae non possumus solvere 417 b — occurrunt nobis ad occidendum et devorandum 511 a — mordet conscientiam 539 b — mortale est vulnus letale *ib.* a — facit sicut latrones *ib.* b. 540 a — facit sicut malus tabernarius 540 a

— Per peccatum fit anima civis infernalis 324 b — Quanto anima est creatura pulerior, tanto foetidior per peccatum efficitur 246 a — Nihil ita deturpat, sicut facit peccatum 709 b — inficit cor humanum 550 a

— est fugiendum, quia animam intoxicat, spoliatur, occidit, ad damnationem ducit 539 b. 540 a — nos facit pauperes, miserabiles, caecos, nudos 425 b. 426 a — Non est ita vile cadere in lutum, sicut diu stare in peccato 527 a — facit tria mala in anima sicut lepra in corpore 184 a, b — in anima nihil aliud est quam venenum in mensa 539 b — Similitudo *ibid.*

— Modica delectatio peccati destruit in anima omne bonum gratiae 324 b — in conscientia est sicut incendium et consumit bona spiritualia 226 b — obnubilat animam peccatricem et impedit orationem *ib.* a, b — obtenebrat hominem 415 b — Per peccatum Deus privatur animae dominio, obfuscatur imago, perditur similitudo 446 b — aufert animae rectitudinem, fortitudinem, promptitudinem 423 a — Haec Christus restituit *ibid.* — claudit ostium cordis 58 a

— aufert animae caput suum 540 a — expellit de anima hospitem divinum 361 b — Peccatis homo moritur Deo 278 b — est offensa Dei et perditio animae 264 a — Quanto quis in pravo opere magis delinquit, tanto a Dei similitudine recedit longinquius 423 b — Peccato blasphematur et exprobratur Deus 427 b

— Per peccatum homo vendit animam suam diabolo 348 a — Per peccatum homo introducit diabolum in animam 361 b — Qui non curant purgare peccatorum tenebras videntur de corde suo facere dormitorium diaboli 226 b — Anima peccatrix est latrina diaboli 330 a

— Opera cremabilia fidei fundamentum non destruunt 606 b

— punitur praesenti miseria, morte, gehenna 411 a — ponit sub reatu poenae et excludit a visione Dei 46 a — Peccans de misericordia Dei excidit, sed non evadit eius iustitiam 446 b — est materia et pabulum ignis aeterni 287 b — Cum homo peccat, macula peccati in conscientia scri-

## PEC

bitur ad indicandum eum dignum morte aeterna 377 a — Qui in eo moriuntur nunquam ad gaudia perducuntur 609 a — Anima peccatis compressa gemit, quod cum aliis non potest transire ad patriam 104 b

— Eorum remissio est quaedam a morte resurrectio 584 b — remissum non requiretur ultra ad puniendum 53 a — si ex parte tantum fuerit remissum, necesse est, peccatorem transire per acerbam adustionem 656 a — si nullo modo fuerit purgatum, debemus transire per ignem inexstinguibilem *ibid.*

— Deus solus potest effective dimittere peccata 437 b — non delentur nisi per divinam misericordiam 655 b — auferri non possunt nisi in sanguine Agni 726 b — non mundatur nisi per aspersionem sanguinis Christi 471 a — Valde crudelis est qui peccare non dimittit hoc attendens *ibid.* — dum remittuntur virtute sanguinis Christi, ad innocentiam renovamur 728 b

— veniale ab igne caritatis in viris perfectis statim consumitur sicut gutta aquae in camino 645 b — abluuntur timore et amore 310 a — purgantur per dilectionem 417 b — Ille plus obligatur, cui plus dimittitur *ibid.* — Septem sunt corruptiones peccati, contra quas habetur septiformis incorruptio per caritatem 138 b — A peccato surgimus per veritatem, castitatem, virtutem 423 a

— non expiatur nisi per verum sacrificium 136 a — Nemo liberatur a propria iniquitate, nisi prius liberetur a culpa originali 239 a — Homo potest de se dimittere actum peccandi, sed non potest super culpam 437 b — non potest esse cum poenitentia vera 539 a — quando dicantur tegi 437 b

— a gratia sanatur per contritionem, confessionem, satisfactionem 547 a — dimittitur, si adest dolorosa contritio, pura confessio, condigna satisfactio 437 a — sunt relinquenda per contritionem, confessionem et satisfactionem 550 a — Similitudo *ibid.* — Nullum est peccatum, quod istis tribus non mundetur *ibid.* — in anima est sicut latroneulus in domo propria diripiens bona gratiarum et virtutum 226 b. 227 a — Hunc debet peccator deprehendere manifestando culpam, ut perdita recuperet recipiendo gratiam *ibid.* — nunquam remittuntur, nisi restituantur ablata 368 b. 437 a — remittuntur sola contritione 437 b

— a solo Deo potest dimitti, licet peccator mediante sacerdote absolvatur 417 a, b — non potest curari, nisi sacerdoti fuerit confessum 550 a — est indelebile, donec fuerit revelatum in confessione 53 b — debent per confessionem manifestari 226 b

— Per peccati confessionem et desperationem aperimus Christo cor nostrum 58 a — electorum erunt ad ipsorum et Dei honorem, quia ista vicerunt per confessionem 526 b — erunt ad confusionem damnatorum, qui non volebant ea confiteri *ibid.*

— Nulli datur venia peccatorum, nisi prius dimittat retrahens peccatum 405 b



## PEC

— tantum dimittuntur, si quis proponat postmodum non amplius peccare 388 a — sunt emendanda et postmodum non committenda 75 a — Dominus dimittit peccata per misericordiam, ea repetit per iustitiam 447 b — Nihil prodest in peccatis ieiunare et iterum eadem facere 458 a — Nihil tantum displicet Deo, sicut quod homo redit ad peccatum 260 b

— Dei misericordia est praesidium contra offensam; gratia, contra maculam; tutamentum Ecclesiae, contra sequelam 662 a, b — Contra triplicem defectum, quem contrahimus ex peccato, praestant nobis remedia Raphael, Gabriel et Michael 620 b

— capitalia vide V. *Vitium*.

PECUNIA — Aerugo pecuniae vertitur in testimonium nequitiae et augmentum poenae 460 b — retrahit a sacrificio Dei 62 b

PEDICULI — multum infestant dormire volentes 573 b — designant remorsus conscientiae *ibid.*

PENNAE — designant affectiones 322 a — deargentatae sunt virtutes perfectae 640 a

PENTECOSTES — Haec solemnitas tanto venerabilis et ardentius est colenda, quanto profundioribus mysteriis exstat insignita 333 b — Hoc festum describitur quoad principium effectivum, subiectum receptivum et actum intermedium 331 a — Hodiernum beneficium essentialiter et radicaliter consistit in triplici dono *ibid.* — Hodiernum beneficium describitur ex parte divinae munificentiae largientis, Ecclesiae suscipientis et finis consummantis 341 b

— Haec dies est incitativa, invitativa, sursum activa, inflammativa 336 a — Hodie terreni et peccatores moti sunt ad poenitentiam 332 a — Spiritus S. volens recondere in Apostolis manna et aroma nominis Christi eos hodie adornavit caelestibus refulgentiis 330 b — Hodie Apostoli ita perfecte et excellenter illustrati sunt, ut ad notitiam et speculationem Dei elevarentur 331 a, b

— Vide etiam V. *Apostolus et Spiritus S.*

PEREGRINI — fortiores praecedunt alios ultra fossatum et extendunt eis manus ad adiuvandum 327 a

PERFECTIO — Christianae perfectionis altitudo consistit in comprehensione veritatis et exercitatione virtutis 562 a — Perfectus est homo, si refulgeat per gratiam et resplendeat per exemplum 543 b — evangelica consistit in humilitate 595 b, 596 a — Declaratio perfectionis designatur per lampades, quae sunt lampades simplicitatis, adversitatis, abdicationis, perfectionis operis 529 b, 530 a — Perfecti significantur per Arbee 608 b — Perfecti dicuntur filii lucis 228 b

— Si volumus venire ad statum perfectorum, debemus mundi vanitates considerare, consideratas despiciere et nos convertere ad speculanda aeterna 220 b — Qui vult sequi Christum in apice perfectionis evangelicae debet tria relinquere

197 a — Perfectus debet relinquere societatem perversam et mundanam 594 a — Nemo subito perfectus fit 457 a — Quantum quis habet in quo proficere possit, nondum ad summam perfectionem pervenit *ibid.* — Nihil prodest perfectionem vitae vivere et non reddere 229 b

— Perfecti debent esse imitatores passionis Christi 327 b — Perfecti debent divina opera admirari, si volunt admiratione sublevari, sublevatione illuminari, illuminatione delectari et mirabiliter delectando ac delectabiliter admirando contemplari 229 b — Perfecti debent irrigari compunctione et devotione, secus sunt similes montibus Gelboe *ibid.*

— Perfecti super fundamentum fidei aedificant aurum contemplationis, argentum dilectionis et pretiosos lapides sanctae operationis 605 b, 608 b — Perfecti debent facere sex exercitia 228 b — Dirigimus viam Domini per octo exercitia perfectionis 68 a

PERICULUM — Omnis sapiens fugit loca periculosa 540 a — sunt praevidenda et praevidenda 454 b

PERIRE — Est periculum pereundi propter septem defectus 191 b, 192 a

PERSECUTIO — In persecutione necessaria est cautela et Dei assistentia 293 a

PERSEVERANTIA — non deficit usque in in finem 569 b — quid sit secundum S. Bernardum 486 b, 487 a — Oportet in labore perseverare 256 b — Sine ipsa nec qui pugnat victoriam, nec victor palmam consequitur 487 a

— dat triplicem consolationem 26 a — in bono est porta paradisi 505 a — in malo est porta inferni *ibid.* — Finaliter perseverantibus appropinquat redemptio 24 a — Deum ad subveniendum impetrat 378 a

— Boni operis fructus ad perseverantiam finalem non pervenit, si eum devotionis lacryma non perfundit 519 b — Qui habet oculus dextrum ad praemia et sinistrum ad supplicia, stabilis erit 613 b — petitur in qualibet petitione orationis dominicae 505 b — ut sit in nobis, accedendum est ad Mariam 125 b

PERSONA — Sunt trium differentiarum personae: divinae, angelicae et humanae 622 b

PERSUASIO — Melius persuadetur vita quam lingua, exemplo quam dicto 197 b, 205 a, 374 a — Efficacius persuadet pauper, qui mundum contemnit et carnem mortificat, quam dives, qui carnem nutrit et fovet in deliciis 374 a

PES — est pars corporis inferius tangens terram 561 a — sustentat totum corpus 66 b, 561 a — dexter movetur prius, sinister posterius 225 b — debet subesse 206 a — Homo servat pedes corruptibiles et non servat incorruptibiles 471 b

— Per pedes intelliguntur praedicatores et doctores 450 a — designat virtutem Verbi increati 66 b, 561 a — designat humiliationem Verbi incarnati 561 a — designat potentiam intellectivam, ama-

## PET

tivam et operativam 451 a — designat affectum 533 a, 547 b, 548 a — designant affectus necessitatis et voluptatis 364 b — Sub pedibus intelliguntur affectus mentis et corporis 36 a — designant affectiones circa bonum 540 b — designat inordinatam affectionem 359 b — Quid sit custodire pedem 388 a

PETITIO — omnis supponit indigentiam in petente 183 a — Humiliter petere debemus et sine pertinacia contemptionis 58 b — Petere debemus bonum gratiae, non vero diuturnitatem vitae nec cupiditatem pecuniae nec impietatem vindictae 312 a — contraria saluti nostrae vel proximi displicet Deo *ib.* b — In sua petitione multi decipiuntur *ibid.* — indiscrete formatae refelluntur 403 a — Qui petunt sinceriter, prudenter et fiducialiter accipiunt sapientiam, gratiam, constantiam 312 a, b

·PETRA — designat cor 342 a

PETRUS — ad unius inssionis vocem secutus est Dominum 551 b — Christus in ipso voluit illuminare praelatos 218 a — admirans in suo Rege maiestatis dominum et humilitatis obsequium refugiebat lavacrum 252 b, 253 a, b — fuit frigidus mente et corpore, quando se calefaciebat 281 b — post negationem poenituit 550 b — finivit oculos suos amaritudine contritionis 626 a — non habebit pudorem in iudicio de suo peccato 526 b

— est dux exercitus christiani post Christum 209 a — accepit plenitudinem potestatis 514 a — Christus fudit oleum super caput eius, cum ei claves commisit 548 a — est stabilitus supra petram 474 b — in huius rei figuram cruci affixus est *ibid.* — fuit filius olivae sanctitatis, ut esset summus sacerdos ad consecrandam Ecclesiam 548 a

— positus in vinculis designat peccatorem 45 b, 131 a, 424 a — designat statum praelatorum 246 a

PETRUS ET PAULUS — secuti sunt Christum ut Agnum, Doctorem, Regem, Patrem 554 a — secuti sunt Christi vestigia in humilitate, paupertate, caritate, patientia *ibid.* — Nemo erat eis in istis similis *ibid.* — erant nobiles milites sui Regis *ibid.* — Domino astiterunt ut virtuosii principes, sensati assessores, devoti sacerdotes 548 b — figurantur in Ethai 554 b

— vere pauperes fuerunt 549 b — Explicatio *ibid.* — Rerum temporalium derelictio in eis ostenditur admirabilis et universalis *ibid.* — ut possent perfecte Dominum pauperem sequi, omnia temporalia abiecerunt 550 b — Hoc illustratur similitudinibus *ibid.* — reliquerunt peccatum, mundum et semetipsum *ib.* a

— Uterque vulneratus et curatus est per contritionem 547 a — Utriusque vita ingis poenitentia fuit *ib.* b — commendantur quoad meritum perfectae virtutis et officium eximiae dignitatis 546 b — Uterque fuit filius olei laetitiae spiritualis, ut esset pastor fidelissimus ad gubernandam Ecclesiam 548 b — erant filii olei triplicis sapientiae per fidem, spem et caritatem 547 b



## PHA

— sunt tili olei triplicis gratiae per contritionem, confessionem, satisfactionem *ib.* a, b

PHAEËTON — fecit sibi pennas, consumsit orbem et se praecipitavit 129 a

PHANTASIA — per rem noviter apprehensam magnam occupatur, per rem terribilem quassatur, per rem incurribilem et nocivam consternatur 79 b — Ratio phantastica noverca dicitur 59 a

PHANUEL — interpretatur contemplatio eius 711 b

PHARAN — interpretatur frugifer 128 a, b — significat plenitudinem gratiae *ib.* b

PHARAO — Ipsi cor nec verbis, nec promissis mollebat 635 a — quare recurrerit ad implorandum suffragium Moysi et Aaron 432 a — submersus est, quia persequabatur filios Israel ex cupiditate 467 a — veniet ad iudicium cum persecutoribus electorum 72 a

— designat diabolum 261 a. 502 a. 509 a — Equitatus Pharaonis designat exercitum fidelium 501 b — Eius equitatu assimilatur Ecclesia et beata Agnes propter quatuor rationes *ibid.* — Liberatio de eius servitute designat liberationem de servitute diaboli 242 b

PHARISAEI — vacabant honestati Religionis 62 a — non sapiunt nisi terrena ad modum gigantum 130 b — propter indevotionem Christum nescierunt 62 a — erant sollicitissimi ad cognoscendum Christum *ibid.* — quia Christum non cognoverunt, sunt reprehendendi *ibid.*

— designat illos qui propter opera exteriora se reputant bonos 556 b

— qui se extollebat, peccator ab oratione recessit 325 a — Eius oratio non est exaudita, quia erat superba 389 a — Magna res est, quod Deus eius superbiam reprobavit 393 b

PHILIPPUS — interpretatur os lampadis 531 a — In eo designatur sana doctrina *ibid.*

PHILIPPUS ET IACOBUS — bene coniunguntur, quia in ipsis figuratur perfectio bonae vitae 531 b — In ipsis erat idem sapere, velle, agere et intendere *ibid.* 532 a — in hac amoris concordia ad quatuor sunt coniuncti 532 a — ob quatuor causas habuerunt verum esse 531 a — Deus ipsis dedit lumen, discretionem, bonam famam et constantiam 532 a — commendantur a vita, amore, gratia, apostolatu 531 a — quare figurentur per duos Cherubim, duas virgas, duas olivas et duo candelabra *ib.* b

PHILISTINAEUS — Plaga, quam ipsi fecit David, designat plagam lateris Christi 266 a — designat diabolum *ibid.*

PHILISTHUM — interpretantur lingentes sanguinem 481 b — interpretantur potione cadentes 325 a — designant delectationes carnales 481 b — designant daemones 325 a

PHILOSOPHI — verbo dicebant, sed improbabant facta 567 a — cum magna aegerent, tamen non pervenerunt ad magnum

Deum 483 a — aliqui potius innitentes stoliditati rationis quam soliditati primae Veritatis, interierunt 189 a

PHILOSOPHIA — Novem sunt partes scientiae philosophicae 159 b — est ancilla 564 a — Cogitationes philosophiae subiiciendae sunt veritati aeternae 74 b — Dictamen rationis philosophicae nullius valoris est *ibid.* — respectu scientiae Christi est quasi nullius valoris 188 b — christiana est humilitas 578 b. 579 a — est lignum scientiae boni et mali 63 a — Per eam fides firmatur *ibid.* — Discipuli philosophiam debent fugere quod est contrarium doctrinae Christi *ib.* b

PHISON — interpretatur oris permutatio 698 b — significat Mariam *ibid.*

PICTOR — Qui pingit non ponit picturam nisi exterius 286 b — quando volunt aliquos docere ad pingendum, ponunt imagines ante oculos eorum et iuxta illas depingunt 539 a

PICTURAE — valde cito cadunt 541 a

PIETAS — cum sufficientia magnae divitiae sunt homini 475 b — Deus nullum caritatis obsequium remunerat sine spiritu christianae pietatis 435 b — Per exercitium pietatis pervenitur ad intellectum veritatis 666 a — non nascitur sine zelo severitatis iustitiae 665 b — Hoc significatur in conceptione Rebeccae *ibid.*

PIGMENTARIUM — designat virtutis collectionem 535 a — designat dona Spiritus S. 326 a

PIGRIŦIA — Qui dormit in lecto pigritiae spiritualiter occiditur 477 a

PILATUS — Christum condemnando in omnibus Legem praeterivit 303 b — Explicatio *ibid.* — Ipsi comparantur praelati iniusti 285 b — verum scripsit, sicut Spiritus S. cum faciebat scribere 527 b

PINGUEDO — In rore caeli et pinguedine terrae est benedictio omnium 427 a

PISCINA — significat poenitentiam 214 b — Quinque eius porticus designant quinque considerationes poenitentium *ibid.* — Infirmi apud ipsam depositi designant caecos per ignorantiam, claudos per impotentiam, aridos per duritiam 215 a — Ili sanantur per adventum Angeli, commotionem aquae, descensum in piscinam *ibid.*

PISCIS — Centum quadraginta quatuor sunt genera piscium in mari 192 b — quem cepit Tobias, designat diabolum; cordis eius particula, superbiam; fel, diaboli poenam 529 b — pauci, quid significant 381 b — Dantur septem explicationes duorum piscium 234 b. 235 a

PLACERE — Per tria hominibus placere possumus 455 b

PLAGA — Quatuor plagae terrae dicuntur quatuor inordinatae affectiones 131 b. 179 b

PLANTATIO — in hoc mundo est duplex: caelestis et infernalis 52 a

PLATO — quomodo provocaverit discipulos ad sapientiam 469 b

PLUVIA — quando descendit, iterum reascendit 556 a — designat affluentiam gratiarum 465 a — Aquae pluviales signi-

## POE

ficant effusionem multiformium devotio-num 37 b

PODAGRICES — perdit gressum corporalem 233 a

POENA — non est ante culpam 647 a — Habetur ignis poenae praesentis tribulationis et sempiternae damnationis 344 a — Ignis poenae de imo est quantum ad meritum culpae, sed de excelso est quantum ad iudicium divinae iustitiae *ibid.* — Deus poenam infligit propter deviationem perfidiae, desperationem veniae, defectionem patientiae 428 b — parata est deficientibus 54 b — Peccata puniuntur, ut timeamus similia committere 53 b

— Christus descendens ad limbum liberavit nos a reatu poenae 48 a — dimittitur per misericordiam in subventionem pauperum 348 a — relaxatur per instantiam supplicationis, vehementiam dilectionis et indulgentiam offensionis 417 a — Nullus sanatur a poena, nisi primo illuminetur ab ignorantia et purgetur a culpa 451 a — aeternae evitantur, si cogitamus, qualiter sit operandum 387 a

POENITENTIA — est prima virtus purgativa 655 a — nihil aliud est quam quaedam mortificatio culpae, per quam vivificamur ad iustitiam 270 a — est res optima et perfecta, quae omnes defectus reducit ad perfectum 372 a. 380 a. 437 b. 662 a — In poenitentia transcendendum est de malis ad bona 42 a — Hoc significatur per transitum ex Aegypto in desertum *ibid.* — Via poenitentiae est quaedam regula rectificans hominem 74 a — est medicina spiritualis *ibid.* — melius curat spiritum quam medicina materialis corpus *ibid.* — instituta est, ut qui descendunt per peccatum in abyssum, per gratiam iterum ascendant ad caelum 324 b — Poenitentiae susceptibilis est homo, non Angelus 464 a

— dicitur Sacramentum 367 a — Poenitentiae sacramentum dicitur vinum germinans virgines 662 a — Poenitens intelligitur per Lot 711 b — Poenitentes dicuntur filii lucis, non ratione generationis et originis, sed imitationis et similitudinis 225 a, b — ob quatuor rationes designatur per naviculam 426 b — appellatur mons 540 a — Poenitentes designantur per columbam 531 a — Numerus quadragenarius est numerus poenitentiae 635 a

— inchoatur a timore et consummatur in amore 270 b — requirit dolorem, confessionem, largitionem terrenorum, detestationem honorum 362 b — Eius gradus sunt deploratio culpae, exhibitio emendae et imploratio misericordiae 324 b — Per hos poenitens fit conformis hierarchiae caelesti inferiori 325 a — Poenitens, ut obtineat veniam, debet habere contritionem, recognitionem, emendationem 388 a — In ea requiritur peccati cognitio, detestatio, accusatio et emendatio 635 a — Poenitenti debet esse gaudium in contritione, honor in confessione, tripudium in satisfactione 111 b — requirit rememorationem culpae et ruinae, ut homo facilius inducatur ad humiliationem et afflictionem 368 a

## POE

— quomodo sit facienda 196 b — perfecta requirit septem condiciones 371 a, b. 372 a — Pro singulis adducitur exemplum *ibid.* — est vera et digna, quando ex abundantia lacrymarum et operum pietatis consurgit 215 b — Poenitens debet habere humilitatem operis, oris, cordis 392 b — Poenitens verus debet habere pudorem, timorem, dolorem, amorem, ardorem, dulcorem 403 b — debet esse profunda, lacrymosa, satisfactoria 368 a — quare debeat habere has condiciones *ib.* a. b

— Poenitens relinquat peccatum corde et opere 409 b — Quid sit facere dignos fructus poenitentiae 372 a — Eius fructus debent esse virtuosa operatio, bonum exemplum, continua laus 224 a — Poenitens citius exaudiri meretur, quando devote pro aliis intercedit 391 b

— In poenitentia est triplex status incipientium, proficientium, perfectorum 529 b — Isti designantur per nubes, grandinem, carbones *ibid.*

— In poenitente sit affectus compassionis, excessus dilectionis et consideratio dominicae passionis 216 b — Poenitentes sex exercitia facere debent 225 b-227 b — Poenitentes debent ambulare non in via pedum, sed morum 225 b — Poenitens mori debet carnalitati quantum ad actum, consensum et affectum 270 a — Poenitens mori debet cupiditati per contemptum mundanae excellentiae, sapientiae et opulentiae *ib.* b — Dominum triduo sustinemus, dum peccata per poenitentiam declinamus 380 a — Poenitentiam facientes non despiciunt Christum 105 a — Quomodo luxuriosi, inobedientes et avari poenitentiam agere debeant 103 b. 104 a

— Transitus poenitentialis est amarus et continuus 42 a — Mentis amaritudo nos ponit in via poenitentiae 128 a — debet esse amara et satisfactoria 556 b — debet esse aspera 546 a — Hac de re proponuntur exempla Sanctorum *ibid.* — fit in vilitate et asperitate 91 a — Austeritas poenitentiae consistit in austeritate loci, vestimenti et cibi 546 a — Omnia opera poenitentiae ponuntur super carnem 82 b — non est nominanda, ubi nulla sunt aspera, sed dulcia universa 546 a

— debet esse tempestiva, vera, continua et poenalis 539 a — In poenitentia est effusio lacrymarum pro amissione aeternorum 214 b — Poenitens debet quotidianis lacrymis se lavare 343 b — In poenitentia habenda est patientia 54 b — conficitur ex lacrymis compunctivis, compassivis et sursum activis 301 b

— Purificatio poenitentialis est ex ardore aemulationis iustitiae 636 a — Secundum mensuram culpae debet esse mensura poenitentiae 546 b — tanto maior esse debet, quanto gravior est culpa 372 a. 380 b

— Volentes permanere in poenitentia debent considerare reatum peccati, severitatem iudicii, opportunitatem loci, incertitudinem diei extremi et status sui 214 b. 215 a — Vere poenitentes custodiunt animam per dolorem 153 b — Poenitens

debet petere cognitionem praeceptorum et consiliorum, ne incidat in manus inimicorum 216 b — Poenitens potius debet velle, se incurrisse mortem corporis quam peccasse mortaliter 397 a

— Poenitens de novo conversus deficit, si relinquitur suae voluntati 409 b — debet confirmari divinis eloquiis et exemplo Sanctorum *ibid.* — Poenitentes debent malos socios ad gratiam suscitare 227 a — Poenitens caveat iterare culpam, sed magis studeat praescindere occasionem peccandi 725 b — Poenitens debet contubernia malorum declinare non timendo eorum vituperia, non appetendo eorum praeconia, non sequendo eorum blandiloquia 227 a — Poenitentes debent frequentare honorum consortium propter consolationem, eruditionem, intercessionem *ib.* b

— est purgatorium, quod animam purificat 534 b — Opera poenitentiae exercendo vivimus vita gratiae et non videbimus mortem culpae 239 b — licet videatur mortificativa exterius, est tamen vivificativa interius 270 b — Ipsius est commissa mala plangere, ea ablucere et purificare et reducere ad unitatem Ecclesiae 655 a — Poenitens dolens de peccatis et se libenter subdens Domino impetrat veniam 383 a — ducit ad dilectionem 270 b

— Poenitentiae effectus est mitigatio incendiorum 656 a — in nobis occidit plene omnem carnalitatem 270 b — Propter poenitentiam nos relinquit diabolus et concupiscentia 216 b

— Vere poenitens desiderat recuperare innocentiam, ut Deum in se sentiat habitare 675 b — facit hominem propinquum caelo 540 a — ducit ad gloriam 465 a — Vere poenitens accipiet praemium gratiae, iustitiae et gloriae 393 b — Qui fatigati sunt ex labore poenitentiae, invitantur ad consortium iucunditatis aeternae 256 a — Si putridum corpus Deo abandonaverimus in poenitentia, recipiemus magnum gaudium 528 a — In poenitentia persistentes consurgunt cum Christo 279 a

— Nullum est tam enorme delictum, quod poenitentia non purgetur 347 b. 348 a. 431 b. 550 a

— Ad eam invitamur 637 a — Ad poenitentiam invitat mitigatio severitatis divinae, evitatio calamitatis perpetuae, laetificatio civitatis supernae, acquisitio civitatis aeternae 370 b

— Post peccatum homo non potest caeleste suscipere regnum, nisi poeniteat 550 b — agenda est, quia toties per peccata mortui sumus 464 b — Nisi poenitentiam agamus, non poterimus respondere in iudicio *ibid.* — facienda est pro peccatis propriis et alienis 343 b — Poenitentiae lavacro oportet purificari eum, qui sacrificium acceptabile vult offerre 655 a

— Ad persistendum in poenitentia nos movent restauratae gratiae multiplicatio, praesentis adversitatis sedatio, aeternae gloria adeptio 279 a, b

— Diabolus libenter tentat poenitentes, ut descendant de poenitentia 380 b — Ab

## POR

integra poenitentia recedere proditio magna est in laicis; maior, in clericis; maxima, in Religiosis 279 a — Qui ab integra poenitentia recedunt non resurgunt cum Christo 278 b — Horum peccatum gravatur, quia sunt Domini irrisores, traditores et proditores *ibid.* 279 a — Qui ab integra poenitentia recedunt Dominum irident, quantum est in ipsis, sed Dominus ipsos iridebit 278 a — Tales comparantur Absalom et Iudae, quia Dominum turpiter de sua domo eiiciunt et diabolum recipiunt *ibid.* 279 a — per peccata sequentia non fit mala, quia pro tempore poenitentiae homo non punietur *ibid.* — potest reviviscere *ibid.*

— Aliqui tantum timent pelli suae, quod non audent aggredi poenitentiam 560 a — Quatuor sunt rationes, quare aliqui se iudicare nolunt per cordis contritionem 585 a, b

— Qui nunc non extinguunt culpam per poenitentiam extinguuntur in iudicio per iram Dei 343 b — Qui modo non poenitent fructuose postmodum poenitentur infructuose 371 b — Poenitentiam fugientibus appropinquat poena aeterna 104 a — Qui commissa plangit, nec tamen desinit, poenae gravioris culpae se subiicit 279 a

— Qui ex parte tantum poenitentiam agunt surgunt tantum secundum quid 278 a — Tales decipiuntur, quia impossibile est, quod salventur, simul venenum bibendo, vel aedificent, simul destruendo, aut Deo placeant, simul diabolo serviendo *ib.* a, b

— facienda est ante tempus iudicii 460 a — in infirmitate non est multum appetianda, non tamen vituperanda 585 b — sera multos solet decipere 606 a — Aliqui vivunt deliciose in iuventute, expectantes facere poenitentiam in senectute 440 a — Aliqui solum agunt poenitentiam in Quadragesima 539 a

POMA — convallium sunt exercitia humilitatis 285 b

POMPHICES — dici possunt pontifices iniusti 285 b

PONDUS — est proprietas rei stabiliens eam in loco suo 353 a — Pondere unumquodque suo loco constabatur et terminatur *ib.* b

PONTIFEX — Eius ingressus ad sancta sanctorum designat contemplationem aeternorum 469 a

— debet habere perfectionem omnis gratiae 646 a — A pontifice gratia debet descendere in alios *ibid.*

PORCUS — homini assimilatur quantum ad interiora 278 a — os totum, dum comedunt, in pastam figunt 552 b — sine masticatione deglutiunt et statim post cibum in luto se ponunt *ibid.* — Qui vult vivere sicut porci, eat cum porcis 523 a — designant daemones 423 b

PORTA — est in ostio 705 b — sunt duae, scilicet egressus ab hac vita et ingressus in vitam aeternam 519 a — paradisi est perseverantia in bono 505 a —

## POS

infernus est perseverantia in malo *ibid.* — templi est misericordia 651 b — haec dicitur speciosa 652 a — duodecim significant quatuor virtutes cardinales triplicatas 604 a

POSSESSIO — Quod cum magno amore possidetur, non sine magno dolore amittitur 171 a — Possidere non est malum, sed malum est circa possessiones animum superflue occupare 591 a — Multum difficile est possidere et non curare *ibid.* — Terrenis possessionibus debemus mori voluntate, antequam moriamur necessitate 270 b — Sic anima terrena possideat, ut a se cupiditatem abiciat 474 a — mala est possidere vermes 630 b

POTENTIA — consistit in praesidendo et operando 583 a

— distinguuntur per actus 423 a — tres distinguuntur: memoria, intelligentia, voluntas 354 a — distinguuntur cognoscitivae, affectivae, operativae et regitivae 697 b — nobilissima receptiva in humana natura erat unibilitas cum divina natura in unitate personae 110 a — animae inferiores reguntur secundum regimen lucis aeternae, medianibus potentiis superioribus 269 b

POTESTAS — per manum significatur 73 b

— Earum est triumphare 613 a — Potestatum est contrarias potestates coercere 611 b — superferunt potestatibus contrariis 623 b. 624 a — faciunt pacem ab exteriori 623 b — nos protegunt contra calliditatem diaboli 619 b

PRAECEPTA — multa sunt propter diversitatem operis, sed unum in radice caritatis 419 b — divina sunt implenda 404 a — sunt fideliter observanda 415 b — omnia implenda sunt 371 b — divina adimplenda sunt timore filialis reverentiae, continue et sine diminutione 421 b — Deus adiuvat in eis complendis 415 b — Deus ad permanendum in praeceptis dat perseverantiam *ibid.*

— Ad divina praecepta mens nostra debet respicere, quocumque se vertat 725 a — demonstrant vias Domini 25 b — divina ex omni parte nos ordinant 725 a — divina ducunt ad divinam patriam 409 b

PRAECEO — Quomodo figuretur virtutis eorum firma stabilitas et eiusdem exercitii varia multiformitas 528 a

PRAEDESTINATIO — est praeparatio gratiae et gloriae 485 a

PRAEICATIO — vocatur rete 74 a — Ipsi est terram sulcare et praescindere vomere verbi Dei 565 b — In praedicatione clamat Ecclesia ad prolem suam, ut eam perducatur ad aeternam hereditatem 213 a — Huius officii executio debet esse ad consolandum, sanandum, liberandum 205 b — Sermo divinus ordinatur ad illuminandum, purificandum et perficiendum 641 a — Christus gladio praedicationis patefacit vulnera scelerum 432 b — In diebus solemnibus tractanda sunt verba divina 388 b

— Propter quid, quibus, quid et qualiter sit praedicandum 224 b — Horum quatuor explicatio *ibid.* 225 a — In praedicatione est necessaria ex parte audientis

humilitas reverentiae, ex parte patientis profunditas materiae, ex parte annuntiantis virtuositas facundiae 201 a, b — Qui in ipsa voluerit fructificare et crescere oret humiliter, meditetur iugiter, audiat libenter 456 b

— In eius officio debet esse sanctitas, veritas, auctoritas 436 a — Verbum praedicationis debet esse caeleste quantum ad principium et movens quantum ad finem 626 b — debet fieri iuste et recto fine 566 a — debet procedere ex zelo discreto 537 b. 538 a — Sermo secundum auditores modificari debet 731 a — quando non recipitur ab auditoribus debet excuti pulvis vanae gloriae 211 a

— Verbum praedicationis humiliter petendum est a Domino 349 b — nisi fiat Deo volente, erit tenebrosa, onerosa et infructuosa 74 a — non fructificat, nisi superveniat divina benedictio 586 a — Praedicantes et audientes iuvare debent per gratiam Spiritus S. 463 b — Spiritus S. debet dirigere linguam loquentium et aures audientium, ut possint aedificatorie dicere, salubriter intelligere et meritorie operari 179 a — male auditur, nisi Spiritus S. aperiat aures audientium 314 a — Mira humiliatio loquentium et audientium esse debet, quod nihil nisi per Spiritum S. scimus *ib.* b

— confirmatur per miracula 332 b

— Nullus est aptus ad evangelicam doctrinam nisi iugo obedientiae suppositus 565 b — Ad praedicationem debet quilibet eligi propter sanctitatem, institui propter aequitatem, et postea debet exsequi auctoritatem officii 205 a, b

— audienda est sine simulatione, murmuratione, remissione 225 a — In auditoribus debet esse studii sedulitas et ingenii humilitas 600 b — Anima bene disposita libenter omni hora audit loqui de Deo 586 a — In hoc est magnum meritum *ibid.* — Deus nos vocat praedicando 731 b — Deo respondendum est audiendo, corde commemorando et opere adimplendo *ibid.* — Ad hoc requiritur dextera Dei *ibid.* — debet imprimi in cordibus audientium 59 b — non debet contemni nisi ratione magnitudinis culpa, deonestatis vitae, simplicitatis ignorantiae 443 a — Ea quae recte dicuntur, quidam prave et perverse interpretantur 281 b

— Propter merita auditorum confertur praedicatori intelligentia 64 b — Propter demerita auditorum aufertur aliquando gratia praedicationis *ibid.* — Vide etiam V. *Verbum.*

PRAEICATOR — dicitur angelus Domini ratione sanctitatis et munditiae 222 a — sunt divini nuntii 242 b — dicuntur ancillae propter quatuor condiciones 731 b — recte dicitur piscator 74 a — dicuntur fulgura 163 a — debet esse vox 538 b — magni dicuntur messorum 470 a — pauperum designantur per Ruth *ibid.*

— curam habent de grege Domini 505 b — Eius officium est dirigere homines ad viam Christi et rectificare viam

## PRA

Domini in cordibus auditorum 538 a — debent ignorantes et esurientes reficere cibo caelesti 379 a — Praedicatoribus convenit zelus et lucrum animarum 375 a — aliqui nolunt ire unum milliare ad praedicandam fidem 472 b — debent praedicare et levare divinam misericordiam 233 b

— non debet loqui minus alte nec abbreviate, nec nimis alte nec nimis inflme 575 b — debent docere quod expedit 249 b — debet dicere apta et convenientia loco et tempore 281 a — debent praedicare veritatem, quae displicet multis auditoribus 523 a — omni tempore debet annunciare verbum Dei 586 a — ex nullo timore vel amore debet tacere veritatem pro loco et tempore 523 b

— quantum ad intentionem, cogitationem, locutionem, conversationem, solum quaerat laudem Dei 59 b — multi dant fructum alienum, non suum 201 b — nihil debent quaerere quod est curiosum 314 a — testificari debent veritatem salutis aeternae *ibid.* — quaerere tantum debent salutare, quod infusum est a Spiritu S. *ibid.*

— Infelix est qui praedicat secundum voluntatem hominum 286 a — aliqui, quando debent praedicare Evangelium pacis, magis faciunt turbationem 249 b — omnes gloriam crucis praedicant, sed eius ignominiam expavescent 471 b — multi considerant in cruce, quod exterius est, non quod intus est *ibid.*

— prius debet impleri sapientia quam praedicare 64 a — non debet tantum insistere promulgandae legi, sed etiam cognoscendae veritati 197 b — multi volunt prius docere quam discere et ideo verba eorum saepe defluunt in vanum 201 b — debet meditari, qualiter debeat alios instruere *ibid.* — aliquando vadunt ad alios corripandos, sed redeunt ad contemplationem 163 a

— male loquuntur, nisi Spiritus S. sit in eis 314 a — pro sua insufficientia debet impetrare Spiritus S. influentiam 330 b — Spiritus S. reddit eos idoneos ad praedicationem ipsos purgando, illuminando, perficiendo 345 b — Spiritus S. debet irradiare eius intellectivam, inflammare affectivam, dirigere intentivam, fecundare interpretativam, relevare auditivam 337 a

— quae concipiunt in luce aeterna nobis proponunt 505 b — quod dicunt debent confirmare per sacras Scripturas et per attestations sanctorum Patrum 314 a

— In ipsis debet esse auctoritas officii, veritas Evangelii, auditio populi 388 b — Notatur mittentis auctoritas, missi idoneitas et finis utilitas 600 b — debet esse unctus gratia, institutus ex mera obedientia, inflammatus fraterna benevolentia 231 a — Per haec ordinatur ad se ipsum, ad Deum, ad proximum *ibid.* — quilibet debet considerare indigentiam humanae defectibilitatis, instantiam devotae precis, affluentiam divinae liberalitatis 204 a, b — Praedicatori necessariae sunt animi liberalitas, modi brevitatis et voti utilitas 198 a



## PRA

— Cuilibet praedicatori conveniunt tria notabilia: conferentis certitudo, infundentis promptitudo, audientis populi multitudo 57 a

— Ipsi necessaria est scientia regulans, facundia exprimens et vita utrumque confirmans 222 a. 441 b — Sine istis proponere verbum Dei est periculosum, infructuosum, ignobile 222 a — debet habere conscientiam rectam, doctrinam certam, vitam concordantem doctrinae 133 a, b — qui credit, se haec tria habere, praesumptuosus est *ib.* b — ille est innocens, cuius vita respondet doctrinae, qui nec miserum facit nec deserit 731 a — quod intelligit opere debet complere 201 b — Quod ore praedicamus debemus opere complere 197 b — Cuius vita despicitur, eius praedicatio contemnitur 201 b — Qui male vivunt et bene praedicant, Deum instruunt, qualiter debeat eos condemnare 582 b

— debet esse in affectione copiosissimus, in cognitione altissimus, in conversatione iustissimus 196 a — debet esse vivax in operatione, sagax in comprehensione, verax in cognitione 45 a — debet esse fidelis et prudens 575 b — qui parum habet de sanctitate et scientia debet sequi Apostolos et magnos praedicatores 470 a

— debent esse virtuosus, pretiosus, gratiosus 431 a — indiget virtute prolative, interpretativa, impressiva 250 a — debet habere strenuitatem virtutis propter se et pietatem compassionis propter alios 345 b — Prima designatur genere masculino, secunda nomine ancillarum *ibid.* — debet esse fortificatus in effectu, dilatatus in profectu, rectificatus in affectu 183 b — Volens alium informare debet refellere diaboli astutiam, suppeditare carnis concupiscentiam, contemnere mundi avaritiam 197 b — Ab ipso auferenda est negligentia, ignorantia, concupiscentia, avaritia 419 a

— debet esse a carnalitate elongatus, caritate inflammatus, sanctitate vitae illustratus 192 a — sit inflammatus caritate, decoratus sanctitate, illustratus veritate 215 a — In ipso debet esse honestas, veritas, caritas 450 a — debet esse elongatus a terrenitate, illuminatus veritate, inflammatus caritate 129 a

— debet habere humilitatem, pietatem et voluntatem effectus 30 b — Ipsi necessaria est studii sedulitas et ingenii humilitas 600 b — debent esse reformati, humiliati, illuminati 441 a — debet esse humilis in affectu, utilis in profectu, nobilis in aspectu 23 a — sit graciosus in intentione, fructuosus in operatione, speciosus in conversatione *ibid.*

PRÆLATIO — ob sex causas est fugienda, donec compellatur quis strictioris auctoritate vel conscientiae dictamine 530 b

PRÆLATUS — est dux et princeps militantis Ecclesiae 216 b — sunt sponsi Ecclesiae ad generandos Christianos 517 a — vocantur custodes murorum Ecclesiae 104 a — Status praelatorum designatur per Petrum 216 a — intelliguntur per Roboam

548 b. 549 a — Explicatio *ibid.* — significantur per Noe 610 a — dicuntur olivae 458 a — superiores comparantur soli 36 b — Christus transfiguratus in Petro illuminare voluit praelatos, ut per ipsos ceteri in fide illuminarentur 218 a — Christus eos assumit, deducit eis se ostendit 219 a — assumitur per gratiam benignae adoptionis 216 b

— In eorum electione debet observari triplex gradus 514 b — Quoad eorum electionem notatur quadruplex gratia, iustitia, officium et meritum *ibid.* 517 b — In rite electis relucet Trinitatis vestigium 514 a, b

— sunt in magnis periculis 629 a

— debet esse mediator inter Deum et populum 518 a. 549 a — Exemplum 549 a — a Deo ordinati sunt, ut regant populum suum 525 b — Haec ordinatio Dei est ad bonum electorum, sive praelati eorum fuerint boni, sive mali *ibid.* — debet Deo ministrare in correctionibus censurae, eruditionibus doctrinae, subventionibus spiritualis et corporalis indigentiae 85 b — debet habere zelum Christi, quando videt, in Ecclesia vendi Sacramenta 390 a — debent vindicare offensam 549 a

— Ipsi convenit zelus et lucrum animarum 375 a — In ipsis debet esse fervens desiderium proximo subveniendi 529 a — tam in prosperitate quam in adversitate debent vacillantes sustentare 518 a — plus vocantur ad ministrandum quam ad quiescendum 674 b — multi peccant, si non habent lacrymas compassionis pro aliis 557 a

— primo debent in se recipere irradiationes divinae lucis et deinde transmittere in alios 217 a — sit signaculum certificativum, promotivum et directivum 216 b — debet doctrinam ministrare et explanando supererogare 401 b — misericorditer debet docere subditos 351 b — secundum exemplum Christi debent subditos pascere scientia quoad verbum et exemplo quoad doctrinam 294 a

— Praesidentes in Ecclesia in divina ducunt sicut Principatus 614 a — bonus debet populum congregare et instruere, qualiter debeat audire sermones Dei et Dominum tenere 525 b — debent ire de virtute in virtutem 104 a — debent subditis suis viam praeparare per praedicationem, scandalorum amotionem, Christi ostensionem *ib.* a, b

— debent consulere in mansuetudine, iudicare in veritate, pro populo orare in devotione 548 b — Sine virga mansuetudo in eo est remissio 594 b — Sine mansuetudine virga eius perimit, non corrigit *ibid.* — non debent esse nimis austeri nec nimis remissi 288 a — Securius est esse aliquantum remissum quam nimis austerum *ibid.* — Qui aliis praesunt non obviscantur humilitatem 248 a

— Praesidentium germinatio est per aedificationem exemplorum 613 b — Haec facit fructum maximum 614 a — Vita praelatorum imprimatur cordi subditorum

## PRA

217 a — Hierarcha habet magnam in subditos influentiam 549 a — malus habet magnam influentiam in corrumpendo, bonus in emendando *ibid.*

— Ex eius regiminis defectu subditus infirmatur 431 a — Quare vita malorum multum noceat 373 b — Eius peccatum corrumpit innocentes et dat robur malignis 697 a — multi praecipitant Iesum in cordibus subditorum propter mala exempla 217 b — tot mortibus digni sunt, quot perditionis exempla ad subditos transmittunt 549 a

— Quemadmodum pastor excedit gregem, tantum vita praelati vitam populi excedere debet 517 b — debent habere situationem eminentiam per primariam receptionem divinae irradiationis 217 a — debet habere eminentiam evangelicae perfectionis, ratione cuius excellit omnes subditos *ibid.* — Tunc ad eum fluent populi propter liberalem affluentiam *ibid.* — deberent esse montes aromatici 688 b — debet esse arcus propter tria 518 a

— non bene possunt pascere gregem, nisi in ipsis sit operatio boni operis et rectitudo intentionis 531 b — ex omni parte debet esse circumspectus in vigilia sua et suorum 529 a — debent habere quinam perfectionem exercitii virtuosus 528 b — non tantum per portas poenitentiae transire debent, sed etiam per portas iustitiae 404 a — quadrupliciter debet fructificare ad modum olivae 457 b. 458 a — habeat reverentiam dominicae subiectionis 216 b — In eorum caritate et pietate consistit pax Ecclesiae 603 b

— malus est angelus satanae 618 a — mali comparantur obscuratori luminarium propter suam negligentiam, licentiam vel iniustitiam 37 a — si, postquam electus fuerit, superbierit, reprobatur 517 a — quærentes quietem et honorem a Deo reprobantur 674 b — aliqui non fructificant, quia ad opera infructuosa declinant 458 a

— aliqui a dextris recipiunt adulatores, a sinistris detractores 436 b — tales frequenter persequuntur bonos, laedunt innoxios, damnificant iustos *ibid.* — Damnantur quorundam voluptas 364 a — quidam vacant cibis et potibus 217 a — qualis perdat requiem et sanctificationem cordis 646 a

— quidam sunt avari 217 a — quidam non requirunt in ecclesiis fructum, sed datum 364 a — quidam reiciunt suas ecclesias pro pinguioribus *ibid.* — aliqui ditant suos consanguineos 217 a — Propter eorum avaritiam frequenter lites oriuntur 603 b

— Bona temporalia bene dispensata non minuunt eius perfectionem, immo augent meritum 374 a

PRÆMIUM — Quantitas praemiorum est secundum quantitatem meritorum 545 a — Consideratio praemii minuit vim flagelli 512 b. 569 b

PRÆPARATIO — est triplex: purgativa, illuminativa, perfectiva 421 a

PRÆPOSITIVUS — dixit, se velle credere in simplicitate et humilitate 590 a



## PRA

**PRAESUMTUOSUS** — vult ab aliis adorari 299 a — vult imitari vestigia divinae potentiae *ibid.* — comparantur montibus Gelboe *ibid.* — Homo cavere debet, ne nimis alta dicat et inquirat 615 b

**PRAEVARIATIO** — omnis divinae legis impugnat viam gratiae, iustitiae, sapientiae 464 a

**PRIMOGENITA** — erant Deo offerenda, usquequo ille venit, in quo oblatio et redemptio habuit perfici 650 a

**PRIMUM** — est invariabile 67 a — unitur ultimo sine sui variatione *ibid.*

**PRINCEPS** — debet sedere in solio pietatis et misericordiae, si non velit sedere in solio pestilentiae 148 b — quanto sunt sublimiores, tanto debent esse misericordiores, et quanto sunt gloriosiores, tanto debent esse humiliores *ibid.* — debent portare alios, non portari ab eis *ibid.* — magis dicendo faciunt 107 b — Quare vita malorum principum multum noceat 373 b

**PRINCIPATUS** — nos per exempla in beatitudinem manuducunt 612 a — Eorum influenza est ad manuducendum 613 a. 624 a — nos protegunt contra amorem temporalium 619 b — Ecclesiae dilatatae influunt charismata gratiarum 613 b — miracula Dei extollunt 624 b — faciunt verbum validum *ibid.* — Nullus est idoneus manuduci ab iis, nisi vicerit carnalitem et voluptatem carnis *ibid.* 625 a

**PRINCIPIUM** — originale est Deus 556 a — originale est causa altissima *ibid.* — Primi principii proprietas est esse per se et a se 72 b — essendi et cognoscendi est idem 99 a

**PRISCIANUS** — Prisciano creditur in ordinatione litterarum 240 b

**PRIVATIONES** — cognoscuntur per habitus 438 b

**PROBARE** — Nemo potest opus suum sufficienter probare 568 a — Deus probat virtutes suorum Sanctorum 566 a — Christus se abscondit in iustorum probatione occultando suam maiestatem, veritatem, suavitatem 241 b

**PROELIUM** — Qui parce et sobrie sumunt cibum apti sunt ad proelium 568 b — Maxima multitudo est inepta ad proelium *ibid.*

— Ad proelium animamur ex consideratione sanguinis Christi et Martyrum 729 a

**PROFICERE** — Proficientes vocantur filii lucis 227 b — Proficientes aedificati sunt aedificium virtuale *ibid.* — Homo debet proficere et semper ad anteriora se extendere 163 a — Quatuor movent ad proficiendum in bono 518 b

— debemus in operibus vitae activae et contemplativae 457 a — Proficientes debent interius ardere, foris lucere 228 a — Proficientes debent facere sex exercitia 227 b — Nisi adiuvemur a divina potentia, non possumus in bono proficere 415 b — Quare multi non proficiant in virtute 710 a

**PROMISSIO** — Pollicitis dives quilibet esse potest 229 b — Promittere et non dare est stultum confortare *ibid.*

**PROPHETAE** — vocantur montes radiosi 688 b — vestiti erant habitu piloso et zona pellicea 128 a — In Prophetis erat praeclaritas meritorum et miraculorum et visionis intellectualis cum imaginaria 150 a — In eis claruit spiritus intellectus 599 a — diversi, non diverso Spiritu, idem praeviderunt 659 b — Ipsos imitari debemus 599 b

**PROPHETIA** — debet fundari supra illuminationem spiritualem 564 a

**PROSTIBULUM** — Iusanus est qui se facit prostibulum diaboli 642 b — Exemplum de virgine *ibid.*

**PROTECTIO** — Qui vult protegi, oportet, quod sit sub dextera Dei 378 b

**PROXIMUS** — est membrum Christi 396 a — Anima tendit per unitatem in proximum tripliciter: in sensu, affectu, convicta 407 b — Eius honorificatio est duplex 597 a — Quilibet debet proximum suum meliorem se reputare *ibid.* — Unusquisque sua mala melius novit quam aliena *ibid.* — Illi qui est supra, debetur honorificatio; illi qui est infra, misericordia; illi qui est contra, tolerantia 685 b — diligendus est opere, cum adest facultas 724 a — Debemus proximis subvenire quatuor modis 529 a — Qui offendit proximum offendit et Deum 471 a

**PRUDENTIA** — Eius fulgor designatur per portam orientalem 604 a — Hanc portam nobis Dominus ostendit in sua natiuitate et in conversatione *ibid.* — Haec porta triplicatur *ibid.* — spiritualis est bonum calcamentum 249 b — acquiritur per doctrinam 680 b — Prudentiae inclinatur cor per rigorem disciplinae 408 b — vitae habetur per vigilantiam et sapientiam 434 b — Ut in ea simus probati, necessaria est cautela errorum, eligentia consiliorum, intelligentia mysteriorum 566 a, b

— Debemus esse prudentes in perscrutatione Scripturarum, discretionem operationum, moderationem sermonum, dissimulationem iniuriarum 328 a, b — Christum Agnum sequi summa prudentia est 249 b — Prudentes doctrinam bonam acceptant 681 a — carnalis est dimittenda 249 b

**PRUINA** — ab urendo dicitur 460 b — est matutini temporis frigus *ibid.* — designat invidiam *ibid.*

**PSALMUS** — Decem sunt eorum differentiae 433 b — omnes editi sunt iuxta decem gradus spirituum 434 a — non recte cantantur ab eo qui non habet spiritum ad transeundum ab uno spiritu in alium *ibid.* — depromendi sunt voce, spiritu, mente *ibid.*

**PSALLERE** — debemus in psalterio decem chordarum 618 b — Hae decem chordae sunt cultus beatae Trinitatis cum septem virtutibus *ibid.* 619 a — debemus laudando Dominum in Angelis propter tria 619 a

**PTOLEMAEUS** — Ptolemaeo creditur in decursu et motu planetarum 240 b

**PUBLICANUS** — gerit formam veri poenitentis 393 a — habuit humilitatem subiectionis in opere, contritionis in corde,

## PUR

recognitionis in ore 392 b. 393 a — Huius humilitatis triplex motivum 393 a — quantum in oratione se humiliaverit coram Deo 403 b — Oratio eius exaudita est, quia erat humilis 389 a — Magna res est, quod Deus eius humilitatem approbat 393 b — implorando misericordiam iustificatus est 325 a

TERRAEMOTUS — universalis, maximus et longus erit ante ultimum iudicium 34 a — In hoc terraemotu omnia solo prosterentur *ibid.*

TESTA — arida celat nucleum bonum 596 a

TESTAMENTUM — In veteri Testamento multa significata sunt, quae debent fieri in novo 645 a — Per vetus Testamentum significatur sanctus timor 521 b — Per novum Testamentum significatur sanctus amor *ibid.* — Christum crucifixum respicit tota sapientia, quae in duobus Testamentis continetur 717 b — duo intelliguntur per duos denarios 401 b — duo figurantur per duos Seraphim 521 b

TESTIFICATIO — posita in arca est ipsa Lex 717 a

THARSIS — interpretatur exploratio gaudii 80 b. 346 a — Naves Tharsis designant affectiones gaudiorum mundanorum *ibid.*

THEMAN — ficus interpretatur 59 a — significat voluptatem *ibid.*

THEOLOGIA — vocatur domina 564 a — significatur per decimam drachmam 459 b

THEOSEBIA — consistit in divino cultu et honore 182 a

THERIACA — significat amaritudinem poenitentiae 637 a

THESAURUS — Qui fodit thesauros terram trahit et quaerit, donec inveniat 408 b — inventus absconditur, ut servetur 153 a — amittuntur effusione, subreptione, aerugine 475 b

— temporales sunt magni periculi 473 b — Multi thesauros suos tantum diligunt, quod nullo modo aliis aperirent 539 b — Qui thesauros ostendunt aliis parum incurant *ibid.* — temporales sunt valoris maximi, si eis bene utimur 475 b — Quomodo possimus thesauris temporalibus uti bene, melius et optime *ibid.* — Qui dat thesaurum materialem in caelo sibi thesaurizat *ib.* a

— Giezi, Iudas et Ananias congregaverunt thesauros lingua mendacii 474 b

— est triplex: possessionis terrena, sanctificationis interna, contemplationis arcanae 473 b — Primus est valoris permotici et permutandus permutatione pura, pia et perfecta *ibid.* 474 a — Secundus est valoris magni et custodiendus diligenter, occulte, indefesse 475 b-477 a — Tertius est valoris immensi et desiderandus desiderio sublimi, humili, liberali 473 a. 477 b — Quilibet debet habere thesaurum gratiarum et virtutum 539 b — honorum spiritualium amittuntur per lasciviam, superbiam, accidiam 475 b

THOMAS — dubitando magis nobis profuit, quam Maria Magdalena, quae citius credidit 290 b

THRACIA — In Thracia olim mos fuit in nativitatibus hominum flere 545 b

## THR

THRONI — respondent potestati Patris 612 b — Patri conformantur per charismata gratiarum sursum agentium 623 a — Deus in ipsis apparet admirabilis 610 b. 611 a — In iis Deus iudicia sua exercet 610 b — nos informant iustitiae aequitate 619 b — Quae sit proprietates eorum secundum Dionysium 704 a — significantur per firmamentum altitudinis 610 b

THRONUS — Dei, quare dicatur columna et nubes 322 b — caelestis fabricatur Christi sectando vestigia 695 a — Anima tali throno sedebit, qualem sibi facit per opera bona 695 a

THUS — designat devotionem 158 a. 535 a — Cellis thuris designat viros magnae devotionis 227 a — designat promissionem Patris 326 a — designat spirituale desiderium 164 b — designat confidentiam sperantium 165 b

TIGRIS (flumen) — significat Mariam 698 b

TIMOR — concipitur fide poenarum 665 b — Homo timet, quia non habet stabilitatem neque confidentiam 512 a — eor constringit, sanguinem et spiritum retrahit, extrema corporis frigida relinquit, tremorem et horribilitatem efficit 705 a — Multa sunt genera timoris 525 b — Homo septem mala timet 512 a

— facit inconstantem 23 b — evacuatur tentione immobilis firmitatis 26 b

— debet esse in praemeditatione divini iudicii 268 b — Debemus addiscere timere, si volumus aeternam damnationem evadere 265 b — Horror divini iudicii facit hominem cessare ab actu peccati 270 b

— Domini est initium et primum fundamentum omnis boni 311 a. 348 a. 598 b — Domini est initium sapientiae 525 b — est spiritualis conceptionis initium 665 b — est primum inter dona *ibid.* — Hoc significatur in conceptu Sarae *ibid.* — sanctus designatur per vetus Testamentum 521 b

— Dominus vult cordialiter timeri 525 b — Deus timendus est timore filialis reverentiae 75 b — sanctus est habendus coram Iesu Christo, ne faciamus aliquid, quod ei displicet 520 b — Exemplum *ibid.* — sanctus debet esse in omnibus, praecipue in sacris virginibus *ibid.* — Aliqui timent Dominum multum, quando tonat 525 a

— Spiritus timoris valet ad purgationem 345 b — Dei reducit ad esse 531 a — disponit et purificat os cordis et oris ad cultum divinae sapientiae 185 a — A timore oportet incipere purificationem nostram 636 a — Domini debet praecedere, comitari et subsequi nostram emendationem 185 b — Sine timore sancto nullus potest iustificari 520 b

— sanctus est una de radicibus sanctitatis 520 b — praeparat ad sanctitatem *ibid.* — et amor facit sanctum 420 b — Per timorem est sanctificatio 643 a — non habitat Dei. Maiestas, nisi ubi est timor *ibid.* — Reverentia divini timoris ad benedictionem disponit 686 b

— divinae comminationis solvit vinculum peccati 397 b — Per timorem Domini declinat homo a malo 348 a. 526 a — proficit, ut a peccatis abstinemus et in virtutibus proficiamus 608 a — Qui Deum bene timet nunquam mandatum eius vult praeterire 643 a — ponit in loco infimo et securo 153 a — Si volumus tenere fidelitatem Deo, oportet, nos habere timorem 636 b

TOBIAS — Lux clarissima ipsum illuminabat, cum nihil videret exterius 427 a

TOLERANTIA — facit senem fortem 249 b

TONARE — Aliqui timent Dominum, quando tonat 526 a — Bene esset eis, si semper tonaret *ibid.*

TONITRUA — septem designant septem terribiles increpationes, quibus Christus nos increpabit in iudicio 213 b

TORULAR — est vas aptum ad premedandum racemos 274 b

TORRENS — designat dominicam passionem 341 a

TRAIANUS — erat imperator mitissimus praeter Titum 288 a — In eum milites sui irruerunt *ibid.*

TRANSFIGURATIO — In hoc facto Deus monstravit subiectum beatitudinis susceptivum, actum beatitudinis infusivum, actum beatificantis explicativum, coniuncti resurgentis statum consummativum 219 b — Christi considerari potest quantum ad dignationem mysticae assumptionis, praeparationem affectuosae elevationis, ostensionem futurae glorificationis 216 a — Moyses, Elias et tres Apostoli a Christo assumpti sunt nomine omnium electorum 219 b

— In transfiguratione Christi dicuntur transfigurari omnia, quia in eo est aliquid de omni creatura 218 b — In transfiguratione Christus in persona trium Apostolorum duxit praelatos in montem situalem eminentiae, activos in montem immobilis persistentiae, contemplativos in montem liberalis communicantiae 217 a — Mons, in quo facta est transfiguratio, designat Ierusalem beatam 219 a — Vide etiam V. *Christus.*

TRANSGRESSIO — Numerus quadragenarius est numerus transgressionis 635 a

TRANSITUS — disponens ad quadruplicem visionem Dei est quadruplex 103 b-105 b — est triplex: naturae, gratiae, gloriae 41 b. 42 a — Quaedam transibunt in fine mundi quoad substantiam, quaedam quoad virtutem, quaedam quoad operationem, quaedam quoad effigiem 41 b

TRIBULATIO — Quanto homines sunt altiores, tanto plures habent tribulationes 542 b. 543 a — septem significant impugnationes, quibus vexatur anima 675 b — Ab iis liberat caritas *ibid.*

— In tribulatione non debet esse murmuratio nec impatientia cordis 344 a — In tribulatione est necessaria patientia 472 a — Qui sunt in tribulatione elament ad Dominum et exaudientur 256 b — Amara tribulationis convertitur in dulcorem per memoriam crucis 266 b — Sicut tri-

## TRI

bulatio urit exterius, sic divina consolatio humectat interius 344 b

— est magna gratia 350 b — Deus non probat per eam, ut ipse sciat, sed ut homo fiat sibi notus in bonitate quoad se et proximum 344 a — Qui acerbiori tribulatione probantur Deo sunt acceptiores; qui acerbissima, sunt acceptissimi 566 a

— Peccatores per tribulationem non purgantur, sed consumuntur; non consolidantur, sed franguntur 344 a, b — multiplex evellit spei longanimitatem 24 a — Ex metu tribulationum multi deficiunt 512 a

— Ignis tribulationis est sustinendus, quia purgat, probat, consolidat 344 a, b — nos disponit ad spiritum contritum et humiliatum 652 b — accendunt caritatem 341 b — Consideratio fumrae tribulationis facit docilem 23 b — Melius est flagellari in praesenti misericorditer quam in futuro cruciari aeternaliter 350 b — Per ipsam augetur praemium 472 a — Per tribulationem et angustiam intrabimus in aeternam felicitatem 306 a

— Qui vult tribulationes cuiusque generis praevanire et contra eas se praemunire, componat vitam suam secundum septem libros 454 a, b — Contra tribulationes finales praemunit nos Christus excitando ad considerationem et pronuntiando consolationem 40 a — Ut anima praemuniatur contra tribulationes, debet sursum ferri in Deum secundum omnes vires suas *ibid.*

TRIDENS — designat cupiditatem 62 b

TRIDUUM — praecedens inventionem Christi designat triplicem illuminationem 60 b — praecedens inventionem Christi significat lectionem, collationem et memoriam 657 b — praecedens inventionem Christi significat triplicem praeparationem ad spiritualem intellectum *ibid.* — Quid sit Christum triduo sustinere 379 b

TRINITAS — est summe unum, verum, bonum 352 a — est infinita potentia, clarissima sapientia, completissima finalitas *ibid.* — est fontalissima, sublimissima, diffusissima 355 a — In trinitate est unitas, aequalitas, connexio 352 a — In ipsa est potentia, sapientia, bonitas *ibid.* — In Trinitate est maiestas, sanctitas, largitas *ibid.* — In ea est aeternitas, formositas, iucunditas *ibid.* — Haec singula appropriantur singulis personis *ibid.*

— non potest determinari per philosophiam 63 b — Seraphim clamantes: Sanctus, sanctus, sanctus, expriment sanctissimae Trinitatis mysterium 598 a — manifestatur per vocabula: Dominum Deum tuum 420 a — repraesentatur per caelum influens in terram calorem, humorem, vigorem 97 b

— declaratur quoad testimonia sursum agentia et deorsum firmantia 351 b. 352 a — per prima nobis innotescit tanquam in speculo veritatis, per secunda tanquam in exercitatione virtutis 352 a — se manifestat multiplici modo in caelo secundum

duodecim acceptiones caeli scilicet sicut in vestigio, imagine, signaculo et sicut in propria specie *ibid.*-354 a — se manifestat multipliciter in terra per testimonium fluminis, flaminis, sanguinis 355 b. 356 a, b — Omnes isti modi appropriantur singulis personis 352 a-356 b

— Deus intelligendo se praesentat se sibi et se repraesentando sibi, necesse est, quod se intelligat et se intelligendo se exprimat et dicat et dicendo Verbum gignat 315 b — Quia Deus nunquam fuit, quin se intelligeret, nunquam fuit, quin Verbum diceret 106 b — Filii origo a Patre natura prior est quam productiones aliae 352 a — Oportuit, quod Pater aequalem sibi gigneret Filium *ibid.* — Filius originatur a Patre sicut a principio et est Deus 316 b — Filius est sermo Patris 671 a — Filio non est genitrix requirenda 107 a — Deus ad Filium refertur vera relatione 618 b

— Filius est a Patre eique consubstantialis, et idem ipsum est unus, quod alius 100 a — Pater dat Filio totam essentiam 316 b — Sicut Pater vitam habet in semetipso, ita vitam habet in Filio *ibid.* — Deus Pater omne dedit Filio 697 b

— Divinae voluntatis affectus propriissime complacet sibi in Filio 580 b — Pater constituit nobis Filium adiutorem viatorum et beatificatorem comprehensorum 234 a — Pater Filium ad mortem duci permisit et postea eum resuscitavit *ibid.*

— Spiritus S. procedit a Patre Filioque tanquam a principio vivifico 340 a — Spiritus S. est amor Patris et Filii 352 a — Spiritus S. procedit a Filio, sed non Filius a Spiritu S. 703 b — Spiritus S. origo non est curiose scrutanda 413 a

— Pater est generans, Filius genitus, Spiritus S. ab utroque procedens 447 a — Pater tenet rationem principii, Spiritus S. rationem ultimi et completivi, Filius est media persona 60 a — Deus Pater est originale principium Verbi, Pater et Filius principium Spiritus S., Pater et Filius et Spiritus S. principium omnium creaturarum

616 b — Pater est tantum dans, Spiritus S. tantum accipiens, Filius est dans et accipiens 356 a — Pater est significans, Spiritus S. significatus, Filius significans et significatus 355 b. 356 a — Pater est creator, Filius reparator, Spiritus S. consummator 354 a — Verbum laudat Patrem, Spiritus S. laudat Patrem et Filium et tota Trinitas laudat se ipsam 616 b

— Quia alius modus est essendi in Patre et alius in Filio, ideo sunt personae distinctae 316 b — Tres personae non possunt separari ab invicem 355 b

— Opera Trinitatis sunt indivisa 388 a

— Patri appropriatur potentia 583 a — Pater habet potentiam in praesidendo et operando *ibid.* — Patri appropriatur celsitudo praesidentiae 623 a — Patri appropriatur maiestas 338 a — Pater purgat, illuminat et perficit in superiori hierarchia *ibid.* — Pater est fons et principium luminis et caloris et cuiuslibet creaturae 323 a — A Patre sunt omnia 352 a. 353 a — Pater intelligitur per orientem 323 a

— Filio appropriatur plenitudo sapientiae 623 a — Filius propter suam sapientiam omnia distinguit et cognoscit 353 b — Filio appropriatur veritas 338 a — Filius Dei est ars aeterna omnium 601 b — In Filio sunt omnes rationes et ideae ab aeterno *ibid.* — Filius in Ecclesia purgat, illuminat, perficit 388 a

— Spiritui S. appropriatur caritas 338 a — Spiritui S. appropriatur sanctitudo benevolentiae 623 a

— est principium effectivum, exemplativum, terminativum 352 a — A Trinitate tanquam a principio nobilissimo procedit datum optimum et donum perfectum 338 a — est pro summa benevolentia donorum Spiritus S. principium liberalissimum; pro summa sapientia, discretissimum; pro summa omnipotentia, omnipotentissimum 337 b. 338 a

— Filius nos illuminat, Spiritus S. purgat, Pater sanat 451 a — maxima beneficia nobis confert in creatione, conservatione, glorificatione 420 a — Haec appro-

priantur singulis personis *ibid.* — Ipsa alligantur ad dilectionem Dei *ibid.* — Deus Pater per Filium suum in Spiritu S. pro sua benevolentia naturam humanam desponsavit, refecit et cibavit, donis et muneribus opulentavit 337 b — Spiritus S. reducit nos ad Filium et Filius ad Patrem 514 b

— Homo debet inhaerere Trinitati per conformitatem voluntatis 25 b — Anima ordinatur ad Trinitatem per humilitatem, castitatem, paupertatem 416 a — Homo assimilatur Trinitati per veritatem, caritatem, potestatem 331 a — Per considerationem potentiae Patris, sapientiae Filii et clementiae Spiritus S. corroboratur in nobis fides, spes et caritas 25 a, b — Anima deordinatur a Trinitate per superbiam, luxuriam, avaritiam 416 a — Vide etiam V. *Spiritus S.*

TRISTITIA — solet provenire ex timore mundano et taedio boni 725 a — in praesenti habenda est ex peccatorum consideratione, proximorum compassione, patriae dilatione 308 b — vera dolet de peccatis commissis interius, ut prorumpat in lacrymas exterius 307 a — vera meretur veniam omnium peccatorum *ibid.* — secundum Deum parit iustificationem 371 a — mundi parit desperationem *ibid.* — Anima tristis et moerens non habet delectationes in se 504 b

TUBA — Vox tubae vocatur evidentia et eminentia laudis 323 b — in manibus est praedicatio veritatis 482 a

TUMOR — ponit in loco alto et periculoso 153 a — mentis, dum inflat, obnubilat 200 a. 237 b

TUNICA — Debemus nos exspoliare triplici tunica 572 a

TURBA — habebat triplicem defectum, pro quo indigebat triplici manducatione 378 b. 379 a

TURTUR — est avis castissima 640 a. 656 b. 669 a — nunquam dimittit comparem suum 509 a — si illum amittat, nunquam alii coniungitur *ibid.* — In eius voce designatur votum castitatis 669 a — designat virtutem amicitiae 647 b

## U

UBERA — designant verba carnalis consolationis 506 b

UMBRA — videtur aliquid esse, sed dum apprehenditur, non sentitur 553 a — Qui fugit non praecedit umbram 639 a — significat gratiam refrigerantem 29 a

UNCTUS — Christus dicitur unctus, et ab ipso dicimur uncti 265 b

UNGUENTUM — fit ex variis rebus odoriferis 361 a — quo unctum fuit taberna-

culum, factum erat ex oleo cum myrrha, cinnamomo, calamo et casia mixto 645 b — sacratissimum est sanctificatio mentis 646 b — in capite est gratia in Christo 548 b

UNITAS — Spiritus dupliciter servanda est ad Dominum, proximum, se ipsum 421 b — Ad haec requiruntur tria 422 a

— Unio causat corroboracionem 508 b

URNA — designat capacitem multiformis gratiae Christi 33 b

URSI — Titus et Vespasianus designantur per duos ursos 548 b

USURA — Per usuram homo locupletatur in divitiis temporalibus 348 a, b

UTILITAS — omnis bona potest reduci ad tria 348 a

UVAE — non sunt de spinis 382 a — designant veritatem fidei *ibid.*

UXOR — Nihil adeo placet viro sicut uxoris castitas et integritas 712 b



## V

## VAL

VALLIS — abundat aqua 64 a — dicitur humilis et devotus 77 b

VALOR — rerum impositus est ab hominum cupiditate vel opinione 288 b — Si homines vellent, stannum tantum vale-ret quantum aurum *ibid.*

VANITAS — Homo vanus plus quaeret apparere quam existere 145 a — Homo vanus non recipit sapientiam *ibid.* — amoris facit claudicare 472 a — Ventus vanitatis non permittit, Deum quiescere in corde superbo 676 a — mundi sunt despiciendae 76 a

VAPORES — de terra et aqua elevati infrigidantur per malitiam aëris 226 a — praepediunt aspectum solis *ibid.*

VARIETAS — fastidium in sensu tollit 287 b

VARRO — vocatur vir sapientissimus et doctissimus 551 a

VASA — fictilia designant corda et corpora nostra 476 a — Per illa creaturae intelliguntur 688 a — dicuntur receptacula virtutum 672 a

VASTHI — vituperabiliter dimissa designat synagogam repudiatam a Christo 250 b

VELLUS — non sentit corporis passionem 658 b — de caelo roridum designat Virginis uterum 127 a — irroratum quid designet 33 a

VENA — Incarnatio Verbi et spiratio Spiritus S. dicuntur venae argenti 639 b

VENDERE — Debemus nostra vendere, non conservare; omnia, non partem 425 a — Vendita danda sunt pauperibus, non divitibus *ibid.*

VENENUM — non datur nisi melle circumlitum 285 a — Prout citius possumus, fugimus mensam, in qua propinatur venenum 539 b — Nemo scienter comedit ex cibo venenato 465 b — Multi delectantur in eis, in quibus est venenum spirituale *ibid.*

VENTI — sunt quatuor principales et octo collaterales 426 b — hi designant quatuor genera tentationum earumque collaterales *ibid.* — designat mundum 553 a — vocantur spiritus intelligibiles 322 a

— producantur in locis occultis et cavernis, in quibus vapores sunt recepti 322 a — Eius origo nobis ignota est *ibid.* — perflant altissima 629 a — non videtur nec manu capitur nec ex eo unquam sinus impletur 553 a — est quasi res vana *ibid.*

VENUS — Stella Veneris secundum Varonem motum et colorem mutavit 551 a, b

VERBUM — distinguitur mentale et causale seu incarnatum 106 b — **mentale** est speculum *ibid.* — est expressum, impressum, rationale, infusum 240 b — Verbo secundum se plus competit audiri quam videri 103 a

— mentale habet esse arcanum et occultum in mente, priusquam foris sonet 107 a — mentale est insensibile, sed voce indutum nobis fit sensibile 103 a — nostrum nascitur de mente 106 b — originatur a dicente sicut a principio 316 b — cum de mente nascitur, opus habet gignente, tamen non indiget genitrice 106 b. 107 a

— Cum loquimur, fit sonus verbum, quod corde gestamus 403 a — mentale in publicum progreditur, cum induit vestem vocis 107 a — exiens in publicum non relinquit mentale domicilium *ib.* b — Mens sic verbum suum dicit, quod silentium non frangit nec sonitum ullum facit *ib.* a — Idem est species, quae de mente gignitur, et verbum, quod de mente nascitur 106 b — mentis et verbum vocis sunt unum, prius quidem nudum, postea vestitum 107 b — cum procedit in vocem, est nuntius rationis, interpret mentis, manifestatio voluntatis *ibid.*

— falsa, vana, inutilia loqui possumus a nobis, sed non verba bona, consolatoria et utilia 626 b — Deus omnia bona verba nostra in scriptum redigit 55 a — Verbis bonis iustificabimur, malis damnabimur 377 b. 386 b — Si nolumus condemnari ex verbis nostris, habeamus verba dulcia, non dura; humilia, non superba; aedificatoria, non criminosa 387 a

— Dei est nuntius, qui affert rumores de amico nostro Christo 569 b — est cibus spiritualis 207 a — dicitur panis, quia confert gratiam 281 a — significatur per argentum propter eius pretiositatem, puritatem et sonoritatem 731 a

— quia pretiosum est, ministrum requirit fidelem 731 a — Collatio verborum divinorum non est a viribus humanis, quin potius a muneribus divinis 330 a — Verbum Dei proponere vel audire volenti tria necessaria sunt 30 b — Panis verbi Dei dispensandus est pro loco et tempore et capacitate auditorum 281 a — in se eandem virtutem habet, etiamsi transeat per os male dispositum 519 b — In multiplici periculo sunt qui proponunt verbum Dei 286 a — Quidam dividunt hunc panem artificialiter et pauci frangunt eum modo necessario 281 a — non potest sic proponi, ut omnibus placeat 286 a

— Sicut sitibundus ad potum, sic homo debet currere ad intelligentiam divinorum verborum 695 b — Qui diligit salutem animae diligit audire verbum Dei 188 a — Qui audiunt veritatem debent invitare alios, ut veniant et audiant 255 b — Si invitati non veniunt, non habent excusationem 256 a — Anima abominans divinum verbum ita obcaecatur, ut appropinquet morti aeternae, nisi divino verbo sanetur, reficiatur et dirigatur 432 a

## VER

— audiendum est cum magno gaudio 569 a — Divinum verbum audientibus necessaria sunt devotio affectus, captivatio intellectus, religio caelibatus 86 b — Qui vult illustrari divino sermone debet se praeparare et disponere per orationem, desiderium observandi divina praecepta et recollectionem 237 b — Cor nostrum debet extirpari a peccatis, irrigari lacrymis et inflammari divinis desideriis, ut ex eius auditu habeamus fructum spectabilem puritatis, utilem claritatis, oblectabilem familiaritatis divinae 199 a, b. 200 b

— reficit spiritum, si audiatur reverenter, intelligatur diligenter, ad memoriam reducatur delectabiliter 207 a — Verba Dei vivacius penetramus, si curas saeculares recusamus 199 b — non suscipitur, nisi credatur 317 a — Multi non multum mite verbum Dei audiunt, et multi ita, ut quod per unam aurem intrat per aliam transeat 524 b

— Verbum Dei audire et servare est ipsum vere diligere 364 b — Verbum divinum servare idem est quod fructificare per bonas operationes 238 a — Panis verbi Dei non tantum est frangendus, sed debet etiam comedi, retineri in corpore per frequentem operationem et digeri per contritionem 286 a — ut habeat fructum, debet recipi reverenter, retineri firmiter, intelligi diligenter 199 b — in bonam terram seminatur, quando quod intelligitur opere completur 200 a — affert gratiam, quando quod intelligitur opere impletur 195 a

— Intellectus exsequendi diligenter quod auditur reverenter, datur parvulis, non superbis 237 b — Efficacia verbi divini potest impediri tum ex parte praedicatoris tum ex parte audientium 188 a — Ideo utrisque necessaria est gratia Dei *ibid.* — Saepe aufertur efficacia verbi propter ineptitudinem proponentis 695 b

— facit fructum trigesimum in coniugatis, sexagesimum in continentibus, centesimum in virginibus 200 a, b — illustrat rationalem, inflamat concupiscibilem, roborat irascibilem 237 a — illuminat et inflamat 478 a — Felix est in quo haec fiunt *ib.* b — Auditum verbi Dei anima aliquando convertitur, aliquando in bono firmatur et semper in melius illuminatur 562 b

— audiendum est, ut videamus et impleamur Spiritu S. 478 a — Quando frangitur panis verbi Dei, tunc cognoscitur Dominus 281 b. 286 a — ubi suscipitur, non est principium corruptionis 317 a — si perfecta fide creditur, miro modo delectat 291 a — Vide etiam V. *Praedicator et Praedicatio.*

— **incarnatum** est ante omnem creaturam 315 b — aeternum est fixum quantum ad substantiam, distinctum quantum

## VER

ad personam, divinum quantum ad naturam, seclusum quantum ad nostram notitiam 107 a — aeternum est simplicissimum 67 a — non est verbum aëre fluidum vel coniugationibus declinatum 106 b — non est syllabis compositum vel litteris exaratum *ibid.* — non est verbum imaginative vel prophetice figuratum *ibid.* — vocatur Angelus magni consilii 73 b

— comparatur verbo mentis 103 a. 106 b. 107 a, b — habet esse occultum 107 a — prius fuit nudum, postea carne vestitum *ibid.* — ostendit exterius carnem, celans intra Divinitatem *ib.* a, b — ante nativitatem est inintelligibile, sed post nativitatem fit nobis sensibile 103 a

— causale progressum est in publicum, cum induit vestem carnis 107 a — aeternum factum est visibile, non solum audibile 103 a — caro factum non est commutatum *ibid.* — est increatum secundum aeternam generationem; creatum, secundum temporalem, et tamen in persona idem 468 b — Verbum-caro unus est Christus 107 b — Fulgor Verbi incarnati Magos duxit ad cognitionem humanitatis 157 b

— Dei est aeternaliter manativum, stabiliter permansivum, vocaliter progressivum, luculenter manifestativum, potenter operativum 106 b — est Verbum bonum, vivum, salutiferum, verax, incundum, aeternum 183 b — est Verbum sapientissimum, clementissimum, potentissimum 126 a — est splendor lucis aeternae, dulcor suavitatis internae, decor felicitatis humanae 141 b — increatum et incarnatum est Verbum sapientiae 468 b

— est universale principium et superfertur omnibus 316 a — est Dominus universorum *ibid.* — Deus in Verbo primam materiam creavit, distinxit et ornavit 182 b — Christus est Verbum, in quo dicta et per quod facta sunt omnia 182 b. 183 a — aeternum est principium essentialium 468 b — condidit creaturam spiritualem et corporalem 316 a — Per ipsum facta sunt omnia, non solum vere entia, immo quaecumque entia *ib.* b

— Qui ponit, aliquid vel esse cognoscibile vel factibile, quod in Verbo non sit vel a Verbo, mendax est 316 a — De Verbo aeterno fluunt duodecim vitae ordinatae et duodecim immissiones 468 b — Deus in reparatione per Verbum dixit unum verbum informativum et alia verba distinctiva, ornativa et perfectiva 182 b — Dei secreta paterna nobis manifestavit 107 b — Quidquid est in nobis gratiae est a Verbo incarnato 479 a

— Christus in quantum Verbum increatum pascit supermentaliter; in quantum Verbum inspiratum, spiritualiter; in quantum Verbum incarnatum, sacramentaliter 294 b. 301 b — est increatum, incarnatum, inspiratum 249 a — Primo modo est origo illustrationum veritatis; secundo modo, inflammationum caritatis *ibid.* — increatum in veritate Patris fit maxime super sollicite vigilantes; inspiratum in sinu humanae mentis, intra devote interpellantes; incar-

natum in utero Virginis, propter toto corde assentientes; imperatum in Evangelio, per humiliter obtemperantes 77 a, b

— increatum fecit hominem, Verbum incarnatum eum refecit 109 b — increatum est origo omnium pullulationum naturalium; incarnatum, gratuitarum 468 b — increatum est origo omnium creaturarum; incarnatum, reparationis omnium *ibid.* — incarnatum est radix omnis cognitionis in via; increatum, in patria 52 a — Patris est cibus Angelorum, Verbum incarnatum cibus parvolorum 136 a — increatum quadriformiter civitatem Beatorum aedificat in gloria; Verbum incarnatum, quadriformiter in terra 602 b — Vide etiam V. *Christus.*

VERECUNDIA — Debemus esse verecundi in faciendo peccatum 555 b — Verecundus non libenter se diffundit in turpitudinem libidinis 697 a — bona socia est humilitatis 555 b — virginis tenera est 98 b

VERITAS — Christus est veritas aeterna, plena, intima 48 b — Qualis sit lux Veritatis aeternae 564 a — Vide etiam V. *Christus.*

— est rectitudo sola mente perceptibilis 472 a — respicit scientiam Dei 457 a — pertinet ad contemplativam *ibid.* — Veritatis est naturaliter in bonum dirigere 222 a — Ille mirabilis veritatis est, in cuius opere est claritas exempli et simplicitas oculi 483 b — Debemus veritati acquiescere tanquam matri bonae 59 a

— omnis vel est creata, vel est creans; prima transit, secunda manet 213 b — omnis praeter primam semper est in fluxu 73 a — non potest apprehendi nisi per primam *ibid.* — nulla nisi per veritatem primam potest illuminare *ibid.* — Veritati permixta est falsitas 63 a

— est triplex: experientiae, rationis humanae et fidei 248 b — est vitae, iustitiae, doctrinae 356 b — omnis potest reduci ad hoc, ut sciamus fugere mala, operari bona, appetere caelestia 310 b — debet vivere in corde et ore et fructificare in opere 183 a

— operum docet, quid sit agendum 240 b — operum est ut regula actionis directiva *ibid.* — praemiorum est ut sentum in tentatione protectivum *ibid.* — praemiorum docet, quid sit attendendum *ibid.* — morum est ut herba fullonum affectionis sanctificativa *ibid.* — morum docet, quid sit fugiendum *ibid.* — fidei est ut lux rationis illuminativa *ibid.* — fidei docet, quid sit credendum *ibid.* — Dogmata veritatis dicuntur sagittae 528 a — In ipsis est firmitas auctoritatis, rectitudo rationis, modestia propositionis *ibid.*

— Sine veritate Deus nullum documentum approbat 435 b — Dei sapientia non habitat, nisi ubi est veritas 643 a

— Gloriosum est mori pro veritate, quae, etsi non convertat audientem, coronat tamen praedicantem 373 b — Gloriosius est deici cum veritate quam magnificari cum falsitate 443 a — quae displicet et excitat persecutionem, est meritoria 523 a — Haec semper durabit *ibid.* — debet probari in tribulatione et patientia *ib.* b

## VIA

— quae displicet, non ex odio dici debet, sed ex caritate 523 b — Secus occidit bonos et etiam nos ipsos *ibid.*

— sola inquirenda est 408 b — cognoscitur, adjuvante divina virtute 290 a — Nulla est melior praeparatio ad cognitionem veritatis quam invocatio divini nominis 237 b — Ad studium veritatis necessaria est mansuetudo tam in audiendo quam in conferendo 594 a — Quid requiratur ad viam veritatis finaliter assequendam 729 b — meditanda est per simplicitatem, rectitudinem, puritatem 442 b

— Vestigium veritatis sequendum est pede directo, munito, accelerato 472 a — Obstacleum veritatis est tumor mentis 200 a. 237 b — Qui conceptiones suas et rationes praefert veritati in tenebris est et illius diaboli 317 b — Multi magis diligunt suas investigationes quam veritatem *ibid.*

— cor sanctificat, mundat et purgat 643 a — liberabit nos ab omni adversitate 290 a — disponit ad contemplationem 292 b — Ipsa habita, habetur suavitas 695 b

VERMIS — de ligno nascitur 458 b — folia comedit et perdit fructus *ibid.* — nocet ligno 477 a

VERSIO — Omne, quod a versione incipit, in versionem tendit 315 b

VESTIMENTUM — indutum corpori stat, sed non per se 574 b — Nullus ponit novam vestem super veterem, sed primum exuit veterem 573 b — inquinatum non potest mundari, nisi transeat per lavacrum 534 b — designant opera conversationis 532 b. 533 a — lini candidi designat conversationis honestatem 521 b

VESTRIS — non sit superfluum nec delicatus nec pretiosus nec multum ornatus 724 b

VIA — materialis et via spiritualis poenitentiae est quaedam regula rectificans hominem 74 a — materialis et mentalis praeparatur tribus modis 75 b — Per viam graditur homo ad propriam civitatem 444 a

— rectae sunt divina praecepta 409 b — designat beneplacita Dei 325 b — designat bonas operationes 444 a — designat actus exteriores 225 b

— Christus docet suum discipulum vias suas 32 a — Istarum viarum privilegia *ibid.*

— Viam Domini dirigimus per octo exercitia perfectionis 68 a — Viam Domini dirigimus per impuritatis expurgationem, pietatis assumptionem, sanctitatis conversationem, salutis promotionem *ib.* b. 69 a — Sunt quatuor viae a Deo, quatuor secundum Deum, quatuor ad Deum 445 a, b — caute ambulandi sunt septem 434 b. 435 a — directa ad vitam est dilectio 54 b

— In via sumus in atriis domus Domini 285 b — Quamdiu sumus in via, summe nobis desiderandum est audire de Deo 328 b — Summa perversio est de via facere terminum 290 b

## VIC

VICTORIA — Per victoriam pervenitur ad pacem 469 b — peroptima est vincere adversarium per beneficia 487 a — Vincenti Dominus septem praemia promittit 513 a

VICTUS — Milites victoris gentem devicti armis suis spoliant 572 b

VIGILANTIA — Amor et cupiditas faciunt vigilare 92 a — Sine ea non possumus redire ab habitudine in sagacitatem 647 b — necessaria est oranti 686 b — Vigilare debemus in orationibus propter octo rationes 328 a — Vigilandum est in oratione ex quatuor causis 391 b

VIGOR — necessarius est ad virtuosam operationem 246 b

VILLAE — ad civitatem ducunt 286 b

VILLICUS — designat peccatorem 384 b

VINCENTIUS — pugnavit contra diabolium 511 a — fuit leo fortissimus propter tria *ibid.* — similis factus est leoni propter suam magnanimitatem, virilitatem, virtuositatem *ibid.* — erat fortis per fidem, spem et caritatem 513 b — commendatur ab operibus et virtutibus 510 b — Ab ipso exemplum sumere debemus resistendi 513 b

VINCULUM — est triplex: superbiae, invidiae, lasciviae 395 b — Ioannes in vinculis constitutus significat animas circumplexas vinculis originalis culpa, circumpeditas vinculis reatus poenae, circumvolutas vinculis corporalis miseriae 45 b. 46 a, b

VINEA — deserta est multum turpis et vilis 572 b — significat animam 194 a — significat ardorem caritatis, 64 a — designat studia 287 a — designat mundum 494 b

— Deus quinque vicibus operarios in vineam suam conduxit 193<sup>c</sup> b — Qui sint isti operarii *ibid.*

VINUM — inflammat, exhilarat, alienat 64 a — Per vinum inebrians intelligitur omne, quod praebet fomentum amori libidinoso 646 b — designat passionem Christi 401 a — designat internam devotionem 199 a — designat compunctionem 547 a

VIRGA — radici adhaeret, sed ad radicem non reflectitur 720 b — diu in torsione detenta ad rectitudinem pristinam non reducit nisi forti ignis excoctione 551 b. 552 a

— Aaron fuit arida, sededucta de tabernaculo florida apparuit 282 a — germinat, quando per ministerium praelati multi Christum suscipiunt 517 a

— designat Christum 275 a — designat crucem Christi 261 b. 342 a — designat sententiam divinam 585 b — Aaron et virga de radice Iesse designant Mariam 99 a, b — Per virgam germinantem intelligitur fiducia 717 a — virescens quid significet 33 a

VIRGINITAS — est in carne corruptibili incorruptionis perpetuae meditatio 715 b — cum sit in carne, nescit carnis pollutionem 658 b

— Virginitatis votum Maria prima emisit 669 a — Bona est fecunditas coniuga-

lis, melior castitas virginalis, optima fecunditas virginea 679 b

— immaculata fulget conformitate Agni, familiaritate Sponsi et iucunditate Spiritus sancti 663 a — est inestimabilis in merito, ineffabilis in praemio 706 a — honore statum Angelorum quatuor gradibus transcendit *ibid.* — a terra redolet usque in caelum 503 a

— Dominus est multum zelotypus de virginitate nostra 522 a — Christus virginum decus diligit 663 a — Christus voluit virginem Matrem, praecursorem, familiarem *ibid.* — Virginitate Deus est noster pater; mater, Virgo gloriosa; hereditas, regnum caelorum 634 b. 635 a — immaculata copulanda est Christo largitori 663 b — in mente confoederanda est Christo reparatori 662 b — in carne committenda est Christo protectori *ib.* a

— Virginitatem in mente acquirere possumus per gratiam iustificantem 662 a — non concipit, nisi fecundetur gratia superna 668 b

— simulata est in sola carne, reparata in sola mente, immaculata in utrisque 661 a — in carne subiacet periculo ratione divini iudicii, praecipitii proprii et scandalii alieni *ibid.* — in mente indiget praesidio misericordiae et gratiae divinae et tutamento Ecclesiae 662 a, b — saepe corrumpitur, dum tactus illicitos sequitur 285 a — Eius ruina reddit hominem difficilem ad poenitendum 661 b

VIRGO — Pars virginum est melior quam pars coniugatorum, viduarum et matrum 703 a — sunt sponsae Christi 704 b — quae est magis despecta inter alias, si est pura et honesta, accipitur a Christo in uxorem 522 a — speciosa est, quae nec exterius nec interius maculas habet 663 a

— omnes praeter Mariam spinae sunt propter aculeos concupiscentiae non omnino in eis extinctae 699 a

— Non est incredibile, virginem concipere, Spiritus S. gratia fecundante 668 b — ducunt vitam angelicam et caelestem 200 b — virilem animum induerunt 604 b — In eis est sanctitas pudicitiae 613 b — Earum sanctitate Ecclesia magnifice decoratur 603 b — Earum sanctitas per lapides desiderabiles designatur 604 a

— In virginibus sacris debet esse timor sanctus de Deo 520 b — Deus est zelotypus de earum pulcritudine interiori; sed de exteriori sine interiori parum curat *ibid.*

— In eis claruit spiritus timoris 599 a — Illas imitari debemus *ibid.* 600 a

— habebunt aureolam in capite, quia non habuerunt sarta lasciviae 285 a — proferent canticum novum, quia non dixerunt cantilenas turpitudinis *ibid.* — sequuntur Agnum utroque pede, quia non duxerunt choreas *ibid.*

— fatuae dicuntur, quae exterius praetendunt puritatem et interius habent impuritatem 661 a — fatuae non erant pulchrae pulcritudine interiori 520 a

— non est conspicienda 661 b — Ab ea arcendi sunt oculi exteriores et inte-

## VIR

riores 662 a — Eam corrumpere est templum Dei violare *ibid.* — Scelus magnum est corrumpere virginem sub promissione matrimonii 636 a — Deus non potest suscitare virginem post ruinam 661 b — Deus valet liberare de poena, sed non vult coronare virginem corruptam *ibid.*

VIRGULTUM — ascendit sine ramis et frondibus 325 b — designat paupertatem *ibid.*

VIRILITAS — Virilitatis opus tres habet gradus 684 a

VIRTUS — omnis unita plus est infinita quam multiplicata 352 a — in sui dispersione minuitur, in sui congregatione augetur 611 b

— animi consistit in agendo et sustinendo 510 a — Maioris virtutis est vulnus aequo animo sustinere quam vulnus inferre 684 b — Virtuosus est qui virtuose operatur et virtuose triumphat 510 a, b — Quanto aliquid est virtuosius, tanto est fortius 481 a

— Septem sunt virtutes interiores, scilicet sensus, imaginatio, aestimatio, ratio, intellectus, intelligentia et apex mentis 162 b

— est in sola liberi arbitrii voluntate 661 a — est circa arduum et difficile 601 a — certior est omni arte 717 b — fundamentum primum habent a fide 181 b — Origo virtutis est in possessione divini boni 501 b — mira illa est, quae sublimitatem operis coniungit cum humilitate cordis 483 a — per arcem designatur 601 a

— In tanta temporum et actionum varietate non sufficit una virtus 564 b. 565 a — Ideo oportet faciem commutare 565 a — Huius faciei commutatae quadruplex est similitudo designans quatuor virtutes *ibid.* — sunt cardinales et intellectuales, activae et contemplativae, operativae et consuetudinales 638 a — Septiformis est gratuita virtutis perfectio 680 a — Sex sunt opera virtutum, in quibus homo se debet exercere quoad se et proximum 267 b. 268 a — Exercitatio virtutum significatur per sex arbores 52 b

— evangelicae quatuor sunt 468 a — Quaelibet earum triplicatur *ibid.* — Has non docuerunt philosophi *ibid.*

— intellectuales dicuntur plus valere quam consuetudinales 556 a — consuetudinalis est habitus politicus 482 b — distinguuntur in politicas et theologicas 419 b

— Virtutis gradus est triformis 407 a — theologicae sunt ornamentum et complementum cuiuslibet virtutis 450 b — triplex theologica hominem secundum omnem potentiam ad Deum ordinat 419 a — theologicae assimilantur fimbriis aureis 450 b

— cardinales sunt quatuor 451 a. 604 a — Quaelibet earum triplicatur 604 a — cardinales significantur per quatuor portas triplicatas *ibid.* — cardinales et operativae dicuntur columnae argenteae 638 b — cardinales in quibus consistant 451 a — cardinales, licet habeant distinctionem, habent tamen connexiones et aequalitates 716 b — cardinales portantur per amorem et



timorem *ibid.* — Virtutibus cardinalibus perficitur homo interior 604 a — reducant ad Deum, in quantum sunt politicae, purgatoriae et animi iam purgati *ibid.*

— Exercitationes virtutum contemplativarum et activarum coniunctae sunt 639 a — Prius est exercitatio activarum *ibid.* — Coniunctio virtutum contemplativarum et operativarum fit per caritatem 638 b — Virtutum activarum et contemplativarum origo est caritas *ibid.* — Virtutum operativarum principium est hierarchia subcaelestis 639 b — incipiens ab activa venit ad contemplativam *ibid.* — incipiens a contemplativa debet redire ad activam 640 a — activae et contemplativae perficiuntur per expugnationem tentationum et per exercitacionem 638 b. 639 a — speculativae transcendunt activas 638 a — contemplativae sunt in hierarchia caelesti 639 b

— Ad virtutem necessaria sunt scire, velle et impermutabiliter operari 356 a — Eius exercitatio fit per vigorem, nitorem, amorem *ibid.* — est perfecta, si prosequitur iusta, refugit suavia et sustinet dura 160 a — Virtutis perfectio requirit puritatem, rigorem, humilitatem, caritatem 529 b — Perfectio virtutis consistit in eligendo laudabiliter, prosequendo viriliter, perseverando stabiliter 562 b

— Christus medium tenuit in omni genere virtutis 57 b

— manifestatur per operationem 482 b — Manifestatio virtutis est in assecutione triumphii 501 b

— Multi sunt debiles ad virtutes 482 a — Virtutes adipisci non possumus nisi virtuose agendo 639 a — Volumus habere virtutem et nolumus pati *ibid.*

— Non est vera virtus sine incarnatione Verbi et spiratione Spiritus S. 639 b — Virtuti non compaginamur, nisi per fidem et amorem compaginemur sanguini Christi 260 b — In virtutibus nos exercitare debemus per meditationem Christi in cruce 639 b

— Si quaerimus efficaciam virtutis, recurrere debemus ad fontem virtutis 317 a — nulla est superaedificatio virtutis, nisi substernatur veritas credendi 652 a — sine caritate sunt informes 419 b

— Habitus virtutum habentur per frequentationem 638 a — incrementum habent ex dilectione 181 b — crescit in vituperio 578 a — Similitudo *ibid.* — fundatae in Christo non ruunt per carnalitatem, mundi oblectamenta vel daemonum impulsionem 238 a — sunt custodiendae in conscientia et corde proprio 475 b

— inchoata non prodest, nisi ad finem perducat 457 a, b — Virtutem inchoans quendam in se bonitatis fructum format, sed incipiens et deserens velut fructus immaturus ante tempus cadit *ib.* b

— Si indigemus virtutibus, longe a nobis sunt 139 a — Summa stultitia est de virtute facere peccatum et vitium 189 b — laudibus aliorum redduntur inanes 639 a — Nemo laboret ad virtutes propter laudes *ibid.* — septem occiduntur per septem

vitia capitalia 511 b. 561 b — in elatione eliditur 458 b

— In virtute probata Deo complacemur 576 a — Per eas levabimur sursum 640 a — Ex bona virtute procedit bona operatio; ex mirabili, mirabilis 482 b — facit, esse facilia quae indicat quis esse difficilia 562 b — Dirigimus viam Domini per quatuor exercitia virtutum 68 b. 69 a — et gratiae sunt arma contra carnem 108 b — Virtutibus impugnantur vitia 415 b

VIRTUTES (scil. Ordo Angelorum) — stabilium in intimis et sanctis propositis 623 b. 624 a — faciunt pacem cum interiori 623 b — nos promovent in mundi contemptu 619 b — Earum est prosequi et perficere 614 b — Earum est exsequi 613 a

VISIBILIS — Per visibilia reducimur ad invisibilia 311 a. 398 a

VISIO — Ad visionem pervenitur per sex gradus 79 a

— Deus videtur in mundi creatura, in natura assumpta, in humana conscientia, in sua essentia 83 a, b — In statu gloriae Deus videtur immediate, in statu miseriae mediante speculo 399 a — Quare hic videamus per speculum in aenigmate 105 b — Ad visionem Dei in conscientia non solum requiritur purgatio a peccato, sed etiam abstractio ab amore mundano 290 b. 291 a — Haec visio desiderio sui omnem animam rapit 291 a — Christi in via et in patria producit quatuor effectus 83 b. 84 a

— divina est merces, quae operariis redditur, non donatur, licet sit citra condignum 496 a — est tota merces et beatitudo 105 b — In visione est tota merces 198 b. 535 b — beatifica est aeterna, nullo modo intereisa 623 a

— Spiritus S. illuminat oculos ad videndum omnia in Deo 629 b — Quando oculus intellectualis pervius luce divina repletur, efficitur deiformis 616 a — Anima, quae Deum videt perfecte, configuratur ipsi et ipsum continue intuetur 623 a

— Oculo ad oculum videre est gratioso aspectu aspicere et aspici 81 b

— est sine labore et errore et eum delectatione 409 a — In visione veritatem sine ulla difficultate videbimus eaque clarissima et certissima perfruemur 105 b. 313 b — In visione non aliquid quaeremus ratiocinando, sed cernemus contemplando *ibid.* — In visione in patria non potest intervenire error sicut in modo videndi in via 313 b — Quare non possit esse error in visione beata 26 a

— Dei beatificat purgando errorem, fugando dolorem, terminando laborem, evacuando timorem 105 b. 106 a — Quomodo ad haec disponamur *ibid.* — divina dulcorat gustum, ditat et honorat proprium subiectum et delectat visum 197 b. 198 a — divina rapit animam desiderio amoris, ut gaudeat interius et exterius 195 a — Maxima erit dulcedo, quando anima totaliter absorbetur in pelago felicitatis infinitae 291 b — Dei animam sui desiderio in eius concupiscentiam trahit

409 a — rapit animas toto desiderio ad Deum 198 b

— non generat fastidium, sed continuat desiderium 106 a — In visione est simul satietas et desiderium 487 b — Vide etiam V. *Caelum*, *Beatitudo* et *Gloria*.

Visus — arcendus est ab aspectu concupiscibilem 724 b

VITA — est actus continuus ab ente quieto et sempiterno fluens 271 b — Illud quod vivificat, intrat formaliter corpus et essentialiter in qualibet parte vivificat 73 a — Illud quod vivificat animam effective sive causaliter, est essentialiter in anima et in qualibet potentia animae *ibid.* — dignoscitur sensu et motu 411 a. 412 a

— incorporeae sunt quindecim 318 b. 322 a — sunt duodecim gradus vitae 659 a — Origo vitae comparatur fonti 271 b — conservatur per calidum, humidum et conciliationem contrariorum 711 a — solvitur, soluto vinculo animae cum corpore 558 b

— nostra est languor perseverans 411 b — temporalis aeternae comparata mors est potius dicenda quam vita 432 b — debet esse tempus inediae, abiectiois et confusionis 61 a — Nati sumus, ut brevi tempore vivamus 585 a — Quotidianus defectus corruptionis nihil aliud est quam quaedam prolixitas mortis 411 b. 432 b — Totum tempus praesentis vitae significatur septem diebus 61 a

— Sic debemus vivere, quod vita nostra praedicet omnibus 582 a, b — componenda est secundum septem libros 454 a, b — Debemus vivere respectu nostri sobrie; respectu proximi, iuste; respectu Dei, pie 271 a — christiana consistit in integra conversione, strenua operatione, devota contemplatione 276 b — Primum est poenitentium, secundum activorum, tertium contemplativorum *ibid.* — Perfectio bonae vitae consistit in bona operatione et sancta eruditione 531 b

— est activa et contemplativa 406 a — activa et contemplativa quid sit 470 b — est actuosa, otiosa et ex utraque composita 457 a — Quomodo istae sint exercendae *ibid.*

— Non est vivendum carnaliter, sed spiritualiter 305 a — carnalis et animalis est odienda, ut conservetur ad futuram gloriam 489 a — Plus debemus diligere vitam spiritualem quam corporalem 540 b — Si tantum diligimus vitam corporis, diligamus etiam vitam animae 539 b — In vita spiritali confirmamur per exemplum Sanctorum et documentum Scripturarum 472 b

— Duodecim vitae ordinatae fluunt a Verbo aeterno 468 b — Fons vitae ad nos non derivatur nisi per Christum cognitum et amatum 271 b

— aeterna aliquando singulariter dicitur repromissio, aliquando pluraliter 606 b — aeterna in Deo est 516 a — Ad hanc solum debet anima iusti suspirare *ibid.*

— aeterna ab omnibus desideratur, sed a malis non debito modo 464 a — Via



## VIT

ad vitam aeternam est crux, pugna et victoria inimicorum *ibid.* — Viae vitae sunt iustitia, misericordia, veritas 326 b — Viae ad vitam sunt quatuor 445 b — Via directa ad vitam est dilectio 54 b

VITUM — Per septem daemonia intelligitur universitas vitiorum 561 b. 562 a — Quatuor genera vitiorum designantur per quatuor bestias 426 b — plus quam pestilentia sunt fugienda 139 a — delectant corpus, sed non reficiunt animam 424 a — Vitiis peccatorum pascitur et delectatur diabolus 194 a — debent purgari, ut virtutes et dona valeant radicari 278 b

— aliquando sub specie virtutis deferuntur 312 b — Cum vitium virtus creditur, difficulter emendatur 423 b

— capitalia dicuntur spiritus nequam oppositi donis Spiritus S. 665 a — Eorum descriptio *ib.* b. 666 a, b — Septem capita draconis designant septem peccata capitalia 264 b — septem capitalia intelliguntur per duces Moab 150 b

— Quae homo per septem vitia capitalia appetat 511 a — Septem vitiis capitalibus diabolus impugnat mundum *ibid.* — Quas deformitates per ipsa incurramus *ib.* b — Quae virtutes per ipsa amittantur *ibid.* — Quae supplicia sequantur ad septem vitia capitalia *ib.* a, b

— Passio et crux Christi sunt arma contra septem vitia capitalia 261 b — Septem peccata capitalia vincimus per fidem, faciendo septem circuitus 481 b — Contra ipsa debemus habere faciem et virtutem leoninam 511 a, b. 512 a — Quid respondendum sit diabolo, si nos tentat de vitiis capitalibus 511 b

VITRUM — solo concussu alterius corporis rumpitur 546 a — Propter vitrum fractum nunquam frangetur sanum 542 a

VITULUS — vultum habet ad terram depressum 528 b

VIVIDUM — est quod in se habet principium suae conservationis 696 b

VOCATIO — Quidam a Deo vocantur et venire contemnunt 385 b — Bonum est, tales frangi adversitatibus, ut vocationi obediant *ibid.* — Dominus nos vocat per inspirationem, praedicationem, flagella, beneficia, exempla 576 b — Christus vocat tria genera hominum, ad quae omnia alia habent reduci 196 a — Christus vocat laicos ad poenitentiam, clericos ad iustitiam, Religiosos ad gustum divinae sapientiae, doctores et praelatos ad sollicitudinem 362 b

VOLUNTAS — est ex memoria et intelligentia 354 a — radicitur in anima 381 b — de sui natura sunt mutabiles et ad utrumque oppositorum se habent 551 b — delectata propter se conquiescit 459 b — vocatur arbor bona vel mala 381 b — in semetipsa est contraria et diversa 46 a

— effectus primus est impressio characteris IV 99 a. 146 b, 2\* — Duplex res in baptismo est, quarum una potest recipi sine altera IV 202 a, 3\* — nisi imprimat characterem, non est Sacramentum IV 155 3\* — digne susceptus delet omnem culpam et restituit hominem in pristinam innocentiam quantum ad animam IV 95 a. 98 2\*. 99 a — aquae solvit a culpa et a poena satisfactoria, baptismus poenitentiae a culpa, baptismus Spiritus a culpa et sequela, baptismus sanguinis ab omni miseria IV 111 b. 404 4\*. 405 f. 3 — tria tantum purgant a culpa IV 111 a sq. — absolvit ab omni poena aeterna, non vero ab omni temporali IV 97 b — remittit poenam personalem, non naturalem *ibid.* sq., 3\* — absolvit a poena satisfactionis, non vero a poena, quae est sequela culpae IV 53 3\*. 96 4\*

— eius character praeparat ad gratiam, distinguit gregem Domini, indelebiter perseverat et specialiter disponit ad fidem IV 66 b — vivificat animam per gratiam et habilitat potentias per virtutes *ibid.* — liberat animam a triplici concupiscentia et reformat imaginem triplici virtute IV 81 a — fidem gignit et fideles ab infidelibus distinguit IV 143 a sq. — non debet restituere immortalitatem corporis IV 118 d. 7

— directe est contra originale, non vero contra actualia IV 53 3\*. 95 1\*. 403 f. 5 — ordinatur directe contra peccatum originale, ut corrumpit personam, et non, prout corrumpit naturam II 763 b sq. — curat omnia quae originali sunt annexa IV 95 b — delet originale ut est culpa, non prout est poena II 722 b. 760 b sqq. 761 3\*. 762 4. 775 d. 1, 2. 776 d. 3 — est sufficiens et universale remedium contra originale peccatum IV 34 3\*. 41 b. 83 f. 4. 85 5\*. 117 d. 4

— habet plenum effectum respectu mali, a quo curat, non respectu boni, ad quod habilitat IV 44 a. 95 2\* — est maxime efficax inter cetera Sacramenta, in quantum est primum Sacramentum et fundamentum aliorum IV 69 b. 95 b — maiorem habet efficaciam quam alia Sacramenta praecise loquendo IV 171 b

— effectus quantum ad characterem imprimendum et innocentiam restituendam

in omnibus est aequalis IV 99 a sq. — gratia, in quantum delet peccatum, habet maiorem effectum in eo qui plura commisit; in quantum habilitat ad bonum, in eo qui magis se disposuit *ib.* b — Gratia baptismi est maior, secundum quod magis habilitat ad bonum *ibid.* — habet effectum sanctificandi in parvulo, licet effectum significandi habeat tantum in alio IV 113 4\*

— Sex modi potestatis **administrandi** baptismi IV 128 a — quandam potestatem Christus ministris potuit dare et non dedit *ibid.* — potuisset dare potestatem cooperandi cum Deo impetrando, non vero efficiendo *ibid.* — potestas non est donum gratiae gratum facientis, sed gratis datae IV 123 f. 4 — potestas ministerialis in omnibus est aequalis IV 128 b. 129 b

— administratio primo et principaliter est commissa sacerdotibus IV 121 a — Administrandi potestas ratione necessitatis extenditur ad laicos omnes, qui possunt facere ea quae sunt de integritate Sacramenti *ibid.* — Administrans debet esse visibilis ut homo, unus, diversus a baptizato, qui possit proferre formam cum intentione et applicare materiam *ibid.* sq. — Omnis qui potest in casu necessitatis debet baptizare; alias nemo facit sine gravi peccato nisi sacerdos *ib.* b — nullo modo potest administrari a satana *ibid.*

— Nemo potest baptizare se ipsum IV 122 a — Plures non possunt baptizare unum, mutando formam: nos baptizamus IV 122 b sq. — Plures possunt simul baptizari hac forma: ego vos baptizo *ibid.*

— Requiritur intentio ministri, ut applicet fidem Ecclesiae ad actum particularem IV 153 2\* — Nec materia nec forma habet significationem determinatam sine intentione ministri *ib.* 4\* — Qualis intentio requiratur IV 155 3\* — Deficiente intentione baptizantis, videtur Deus supplere IV 154 a sq. — Cum non constat de intentione baptizantis, adhibita diligentia, nec apparente signo defectus, non oportet rebaptizari IV 153 5\* — Baptizati ludere sunt rebaptizandi sub conditione, nisi constet de intentione baptizantis IV 161 d. 4 — Ebriosus potest baptizare, ebrius actu non, nisi sciat quid faciat et formam non corrumpat IV 131 d. 2

— Haereticus adhibens materiam, formam et intentionem faciendi quod facit Ecclesia, valide baptizat IV 124 a. 126 b. 160 d. 2 — Haereticus potest habere intentionem faciendi quod facit Ecclesia, dum credit, Ecclesiam nihil facere *ib.* b — Baptizatus ab haeretico non suscipit rem Sacramenti, si ponit obicem, consentiendo haeresi IV 126 b — Parvuli baptizati ab haereticis quantum ad meritum sunt in Ecclesia IV 127 b — In necessitate aliquis licite petit baptismum a ministrante simoniacae IV 125 b — Quando quis licite accedat ad ministrum haereticum IV 126 b

— In **subiecto** requiritur fides informis ex parte rationis, attritio ex parte voluntatis, et quaedam humilitas et subiectio ex parte irascibilis IV 103 3\*. 104 d. 1.

## BEA

— In adultis debet praecedere actus virtutis poenitentiae informis IV 104 d. 1 — effectus non impeditur per motum venialis peccati nisi ad tempus IV 96 3\* — Tripliciter aliquis fecte accedit secundum triplicem potentiam interiorem IV 103 a — Fictio tollitur per confessionem, non in quantum est sacramentalis sed actus voluntarius IV 105 d. 3

— Fecte accedens, recipit Sacramentum, sed non rem IV 103 a — Fecte accedentes imperfecte induunt Christum, exterius et interius per characterem IV 105 d. 4. — fecte susceptus non est opus mortuum, cum sit opus Dei IV 104 1\*. 700 2\* — Character in baptismo impressus, recedente fictione, delet praecedentia peccata quoad culpam et poenam *ib.* a. 146 1\* — Coactus coactione sufficiente et illudens non recipit Sacramentum IV 100 b sq. 153 3\* — Coactus inductione, cum non sit simpliciter involuntarium, recipit Sacramentum IV 101 a. 700 2\* — acceptus sine dispositione suscipienti dat tantam gratiam gratis datam IV 101 3\* — non debet dari non accedenti libera voluntate *ib.* 2\*, 4\* — Quoad parvulos statur voluntati offerentium, quoad furiosum voluntati, quam forte habuit *ib.* 1\*

— Ex divina institutione non potest baptizari existens in utero IV 149 b sq. — non est actus figuralis, sed actus in persona, nec potest fieri nisi circa praesentem III 82 3\* — Nullus debet baptizare dormientem nisi in periculo mortis, et nisi praesumatur eius consensus IV 160 d. 3 — Furiosus potest baptizari, si aliquo modo, dum habuit usum liberi arbitrii, voluntatem habuit baptismi suscipiendi IV 101 1\*

— **sanguinis** dicitur minus proprie quam baptismus aquae IV 109 1\* — non est Sacramentum IV 110 a — dicitur baptismus ratione purificationis interioris *ib.* 3\* — non delet peccatum mortale IV 109 a — non tribuit gratiam gratum facientem, sed consummat, nec tribuit characterem *ibid.*, 3\*. 116 d. 3

— maiorem efficaciam habet a passione Christi IV 109 2\* — in liberando a malo et ordinando ad bonum exceditur a baptismo fluminis extensive, sed excedit intensive IV 108 b, sq. — simpliciter praecellit baptismum aquae IV 109 a — continet effectus aliorum Sacramentorum IV 116 d. 3

**BEATITUDO** — est finis omnium voluntatum, sed bonarum finis est beatitudo vera, malarum beatitudo simulata II 882 1\* — est ultimus finis omnis operationis rationalis II 459 c. 5 — summæ participatio est ultimus finis creaturae rationalis II 460 a — aeterna est praemium operis meritorii II 698 b

— est finis satians nostrum appetitum IV 883 f. 4. 1000 b. 1012 f. 4 — Satians nostrum appetitum ut obiectum solus Deus est IV 1000 b — Satians sicut informans est influentia Dei in animam, quae est ipsa deiformitas et satiety III 296 b sqq. IV 1001 a. 1007 a — per prius dicitur de beatitudine increata et obiectiva, per posterius



de beatitudine creata, in quantum satiat propter obiectum IV 1001 a

— Omnes habent cognitionem et appetitum de beatitudine in generali, sed in speciali potest errare cognitio et declinare affectio IV 1003 b — in universali appetitur ab omnibus, sed in particulari a multis contemnitur II 528 d. 3. 683 2\*, 3\*. 882 1\* — cognoscitur naturaliter per indigentiam, in quantum non omnino illam privat, sed ad eam disponit et inclinatur, vel per cognitionem innatam IV 1004 a — cognitio in universali omnibus est innata, in particulari habetur aliquo modo per fidem, perfecte autem habebitur per deformitatem gloriae II 894 d. 1 — per fidem certitudinaliter cognoscitur, et ex tendentia ad ipsam cognoscitur per coniecturam bonitas voluntatis *ibid.*

— in speciali non cognoscitur nec appetitur nisi per gratiam II 683 2\*, 3\*. 630 b — in quantum est bonum supernaturale, non potest attingi a libero arbitrio in nullo statu sine adiutorio gratiae II 698 b, f. 1 — dicit iustitiam consummatam I 854 3\* — convenit homini naturaliter quantum ad aptitudinem, sed quantum ad ordinationem sufficientem non sine gratia I 161 7\*. II 469 b — appetitur naturaliter ut animae conveniens et sufficiens IV 1003 b — appetitur sub ratione commodi, quod est proprium naturae rationalis III 630 a. IV 1004 4\* — non appetitur appetitu deliberativo IV 1003 c. 3 — appetitur naturaliter, sed actu contingenti voluntatis II 613 a — aliter in Deo I 126 3\*

— continet omnia bona non secundum veritatem, sed secundum aequivalentiam II 698 b. III 560 2\*. IV 953 d. 9. 1001 3\* — non constat ex bonis corporis IV 1005 4\* — De ratione beatitudinis est bonitas, caritas, iucunditas I 53 l. 4 — consistit in gaudio de bonis II 285 arg. 2. IV 1005 a, 3\*. 1012 b

— ut status perfectus plenitudine omnis boni ponit visionem Dei claram et intentionem perfectam II 132 a — ut status perfectus privatione omnis mali poenae et culpae non est perfecta sine visione Dei *ibid.* — consistit in visione, dilectione et fruitione vel comprehensione simul coniunctis IV 1009 b — dicitur consistere in visione, in quantum per hanc distinguitur status patriae a statu viae *ib.* 4\* — dicitur consistere in visione non proprie, sed per concomitantiam I 37 3\*. II 831 b — consistit in visione Dei ut primo praemio II 122 f. 1. 123 a — consistit in Dei visione clara, ut includit securam eius intentionem II 142 d. 1.

— essentialiter includit perseverantiam et securitatem II 131 f. 1, 2. 142 d. 1, 2. 176 b. 449 b. 459 f. 6. 460 a — est invariabilis nec patitur additionem II 132 a. 286 b — est bonum inamissibile II 131 f. 2. III 266 f. 2. 577 b. 578 5\*. 583 b — stat sine praemio accidentali et secundae stolae perceptione II 157 b. 158 2\*. 286 b — nullum patitur secum dolorem II 288 6\*. III 357 4\*

— ut perfectio creaturae est creata IV 1000 f. 1 — est bonum creatum determinati generis *ib.* f. 2. 1001 3\* — est in genere accidentis et in prima specie qualitatis *ib.* f. 3, 4. 1001 4\*, 5\* — non dicit actum sine habitu, a quo procedat, nec habitum sine actu, quia dicit perfectionem summam, quae est in actu continuo IV 1001 5\* — dicit habitum ut actum sive in actu III 380 f. 3. IV 1001 5\*. 1008 f. 1 — principaliter dicit habitum IV 1001 5\* — dicit rem duplicis generis, sed principaliter generis qualitatis *ibid.* — perficit animam quantum ad esse secundum *ib.* 4\*. 1007 1\*, 3\* — est habitus secundus et perfectio secunda IV 1006 f. 3

— est per influentiam a Deo ut obiecto consummante IV 1007 3\* — perficit animam, in quantum causatur a superiori et coniungit animam summo Deo IV 1001 4\* — creata non finit appetitum per se, sed per coniunctionem cum increata I 42 5\* — creaturae attenditur in ordinatione ad Deum, cuius est manifestatio et participatio bonitatis II 44 b

— sive dicatur proprie, sive communiter, ut includit praemium accidentale et excludit omnem miseriam, est in anima sicut in subiecto primo IV 1005 a sq. — non est in corpore solum sicut in materia et obiecto gaudii *ibid.* — est in sola anima ut subiecto primo per inhaerentiam, sed per redundantiam est in corpore coniuncto *ib.* b. II 42 b — non est in substantia animae sine respectu ad potentias IV 1006 b, f. 4 — primo est in potentiis non secundum rationem potentiae, sed substantiae et imaginis *ibid.* sq., 2\*

— Actus gloriosi principales respiciunt Deum ut praemium substantiale et appellantur dotes IV 1009 a — Omnes vires, quae habent per gratiam actum in Deum, habebunt per gloriam actus perfectos, evacuatis imperfectis, sive in Deum, sive in bona creata *ib.* b — complectitur actum rationalis, irascibilis et concupiscibilis *ibid.* III 575 6\* — Irascibilis et memoria conveniunt quodam modo in actu fruitionis IV 1009 4\* — Actus irascibilis non debet praecedere actum concupiscibilis III 575 6\*

— Praemium increatum est idem omnibus et commune, sed beatitudo creata est singulis propria II 256 3\* — obiectiva est omnium una merces, sed formaliter dicta est differens quantitate gaudii et praemii secundum quantitatem meritorum IV 1010 b sq. — Gaudium erit par non intensive, sed extensive IV 1011 2\* — Nemo participat Deum in summo simpliciter, sed summe sibi et hoc magis vel minus *ib.* 3\*

— Gaudium non potest esse maius ex maiori obiecto, nec respectu eiusdem nec respectu diversorum IV 1012 b — gaudium potest esse maius, quia ex maiori habitu, respectu diversorum, non vero respectu eiusdem quantum ad diversa tempora *ibid.* — potest esse maius, quia latius, et de pluribus respectu eiusdem secundum diversa tempora, non vero respectu diversorum *ibid.* — Maius gaudium, quia ex

eadem habitu intensius, reperitur et respectu eiusdem et respectu diversorum IV 1013 a — Anima ex eodem habitu intensius movebitur, resumto corpore, in quantum tunc nullum habebit retardans *ibid.* — consummabitur completo numero electorum IV 948 3\*

— septem nominant habitus III 738 a — perficiunt potentias et ordinant ad actus ultimos et perfectos III 737 a. IV 28 b — conformant ipsi gloriae III 738 a — earum usus non est in omnibus, qui habent gratiam III 795 b

BEATUS — per essentiam est solus Deus, beatus per primam influentiam est spiritus rationalis, beatum per quandam redundantiam est corpus humanum III 629 a. 632 3\* — est, cui ad nutum cuncta succedunt I 798 f. 4. II 287 f. 1

-- Beatorum in caelo dispositio et ordo II 85 b — in quocumque loco fruuntur Deo IV 942 b, f. 4 — non impediuntur a contemplatione Dei per considerationem actuum hominum IV 1048 1\* — continue in Deum ascendunt per continuationem primi intuitus IV 948 2\*

— ordinantur ad bonum necessitate immutabilitatis, quae non repugnat eorum libertati II 612 b. III 352 6\*. 384 1\* — sunt impeccabiles ratione perfectionis, cum a potentia tollatur defectus II 1002 5\* — eis auferitur radix mali, quae est concupiscentia, et datur plenitudo boni II 835 5\* — secundum contemplativam sunt ita conversi ad Deum, ut non possint averti II 182 a — ita diligunt semetipsos, ut non retardentur in dilectione Dei III 694 3\*

— non habent cogitationes volubiles per modum discursus, sed considerando unum post aliud III 311 1\*. 687 a — vident multa propter unum IV 1021 3\* — simul possunt videre plura, per deformitatem gloriae sublimato intellectu IV 902 b — In Beatis non est variatio quantum ad ea quae spectant praemium substantiale, tamen quantum ad conversionem ad inferius I 460 2\*. III 311 1\* — In Beatis evacuabitur quod est ex parte I 74 b — singuli non possunt proficere et sunt omnino contenti suo statu I 317 a. 770 5\*. II 182 b. 247 5\*. III 280 6\*. 302 6\*. IV 1011 3\*

— habent omne quod volunt sibi, licet nondum omne quod volunt aliis IV 948 3\* — possunt quidquid volunt respectu actus proprii, non alieni *ib.* 4\* — De substantia beatitudinis est, ut Beati habeant omne quod volunt sibi, de eius *bene esse* et consummatione est, ut habeant omne quod volunt aliis *ib.* 3\* — orant tantum pro aliis, et donec numerus electorum impleatur IV 948 3\*

— gaudet de bono proximi, sicut de suo, sed non ita ut gaudeat de bono perfectioris, quantum si haberet illud III 693 a sq., 3\*. IV 1011 4\* — In Beatis non cadit timor nec erubescencia IV 904 d. 4 — gaudebunt de malis praeteritis, in quantum sunt ab iis liberati a Deo IV 903 d. 3 — Cognitio poenae reprobatorum facit ad eorum gloriam cumulandam IV 1049 b. 1050 3\* —



## BEN

maxime delectantur in sensu visus II 481 4\* — Ad beatitudinem principaliter pertinet laus mentalis trium potentiarum interiorum, non vero laus vocalis IV 1010 a

— cognoscunt cogitationes et affectiones aliorum IV 1025 1\* — appetunt aliorum glorificationem, quae est eis proficua IV 1040 4\* — eorum caritas quantum ad liberalitatem communicationis est maior, quam possit esse in via III 691 b. 704 3\* — videntur non magis amare se ipsos quam alios III 693 a sq. — vident nostram indigentiam et pro nobis orant IV 948 2\* — possunt nos iuvare per aliquas operationes IV 942 b

**BENEDICTIO** — in rebus ponit quandam proprietatem sanctificationis IV 279 a — episcopalis delet peccata venialia IV 549 f. 5. 550 a — ciborum exemplo Christi IV 187 1\* — habet effectum et valorem a Deo IV 707 1\*

**BENEFICENTIA** — opponitur avaritiae IV 833 d. 4 — habet annexam promissionem vitae *ibid.* — potest et debet esse maior et minor secundum diversas opportunitates III 651 b — erga parentes est in praecepto III 823 a. 826 a — praecepto includuntur omnes homines iuxta ordinem caritatis III 833 d. 4

**BENEFICIUM** — aliquod respicit communem utilitatem, vel personam singularem, et in hac vel animae salutem, vel sustentationem vitae praesentis III 651 b — divina dantur cum respectu ad indigentiam, ad dignitatem et ad utilitatem III 40 b — multa Deus impendit iis quos non acceptat II 632 6\* — maxima praestita hominibus sunt incarnatio, redemptio et eminens glorificatio III 704 a — futura non amantur sine aliquo dono gratiae III 755 4\* — dilata aestimantur III 32 f. 4

— eorum quilibet debet esse memor ad gratias agendum IV 586 d. 3 — omnia sunt recolenda saltem in communi, ita ut pro nullo in speciali aliquis ingratus existat IV 585 d. 2 — secundum quod sunt plura, maiores quilibet debet gratias agere, et si non agit, magis ingratus iudicatur *ibid.*

— In collatione beneficiorum ecclesiarum attendenda est meriti dignitas et parum aut nihil consanguinitas III 651 b

**BENEVOLENTIA** — est a dono pietatis III 786 a — pro loco et tempore aliquando progreditur in compassionis affectum, aliquando in operis beneficium *ibid.* — exercetur respectu proximi, respectu sacrae Scripturae audiendae et passionis Christi recolendae *ibid.* — principaliter exercetur circa cultum Dei, deinde circa parentes et omnes homines *ib.* 1\*

**BIGAMIA** — est contra ius naturae et ius divinum IV 842 1\*

— reddit ineptum ad ordines, maxime sacros IV 654 a. 877 3\*. 879 f. 2 — impedit perfectionem significationis Sacramenti Ordinis IV 654 a, 3\*, 4\* — est defectus Sacramenti matrimonii non negative, sed privative *ib.* 4\*. 887 3\* — iudicatur adesse, ubi quocumque modo deficit unitas ex parte uxoris IV 655 a —

non oritur ex matrimonio non consummato IV 686 d. 6

**Bis** — dicit numerum actus ex parte mensurae sive temporis III 192 a — dicitur de actibus similibus univoce vel analogice *ib.* 1\* — dicit multiplicationem actus vel per interruptionem, vel per completionem *ib.* 2\*, 3\*, 4\* — dicitur de actibus, qui ponunt in numerum III 191 f. 3

**BLADUM** — non quodecumque est materia sufficiens eucharistiae IV 260 1\*

**BLASPHEMIA** — de se non est peccatum in Spiritum sanctum, sed spiritus blasphemiae ut peccatum speciale II 997 d. 2. IV 360 d. 6 — dicta ex surreptione et animi conturbatione non semper est peccatum grave IV 360 d. 6

— repugnat divinae veritati II 993 6\* — Spiritus blasphemiae est peccatum contra Spiritum sanctum et comprehenditur sub impugnatione veritatis agnitae *ibid.*

**BOETHIUS** — eius mens de materiae generalitate II 91 4\*

**BONAVENTURA** — Ratio et intentio scribendi II 1 a. 3 b. III 896 b — non discordat a Magistro, nisi ubi communiter non tenetur II 1 a — maxime adhaeret magistro Alexandro *ibid.* 2 b

**BONUM** — habet rationem finis I 804 b. II 808 arg. 5. 881 arg. 2. 892 arg. 3. 952 b. IV 719 arg. 4 — sub ratione boni habet rationem finis et amabilis II 884 b — propter se est, quod bonitatem non habet ab alio, nec illa est ad aliud I 39 f. 1 — In eo quod habet rationem finis, est ratio bonitatis eorum quae ad ipsum ordinantur II 28 f. 2. — Quod se ipso est bonum non est propter aliud II 15 f. 5

— aut est finis, aut ad finem I 34 f. 1 — increatum est finis, bonum creatum est ad finem III 641 f. 4 — in creatura est per ordinem in finem I 151 4\*. 769 arg. 4. 786 a. 826 b. II 813 a — necessario ponit ordinem II 887 3\* — dicit indivisionem entis ab actu ut in finem relato IV 332 a

— respondet ordini, qui respicit Deum ut finem, ad quem refertur et cui assimilatur I 79 d. 3. II 832 2\* — Ordo in finem respicit et ostendit bonitatem I 786 a sq. — in quantum dicitur in relatione ad finem, non absolute, opposita possunt esse bona et ordinabilia ad finem I 859 4\* — dicit aptitudinem et ordinationem habitualementantum, unde aliquod bonum potest esse falsum III 511 5\* — In quolibet bono reperitur modus, species et ordo II 829 a sq. 830 4\*. 832 2\*

— convertitur cum ente I 32 f. 2. II 15 f. 5. 191 5\*. 805 5\*. 814 f. 4. 938 a. 1004 5\*. III 698 1\* — convertitur cum vero eodem modo significato I 828 1\* — differt a vero non essentialiter, sed secundum rationem II 561 3\*. III 593 5\* — et pulcrum sunt idem re, sed differunt ratione I 545 3\*. 833 arg. 4. IV 497 a sq.

— abstractivum est illud quo aliquid ordinatur in finem, concretivum id quod est ordinatum in finem I 294 1\*. III 630 b — participatum ut participans et ordinatum potest non esse bonum, sed participatum ut partici-

## BON

patio et ordinatio potest quidem non esse, non tamen non esse bona, cum est I 294 3\* — potest abstrahi a rebus per intellectum semiplene resolventem, non vero plene ad causas comparantem II 51 d. 2 — substantialis non addit supra formam novam essentiam, sed relationem ad causam finalem *ibid.* — in creatura est substantialis, quae est a forma rei, quae dat esse, et est accidentaliter ex forma, quae dat bene esse *ibid.*

— dupliciter potest dici verum IV 332 a — integrum sive perfectum dicitur quantum ad integritatem sufficientiae, vel superabundantiae II 817 d. 3 — Optimum in genere potest esse magis et minus bonum III 431 3\*

— dicit rationem *causae* efficientis et finis I 804 b. II 51 d. 1 — est conditio operantis, quae respicit ipsum secundum naturam et communicatur rei productae IV 963 3\* — est potissima ratio productionis effectuum, in quantum movet voluntatem II 51 d. 1 — ut conditio *causae* in quantum causa est dispositio proxima ad actum I 44 d. 14. 802 3\*

— ut sic secundum proprium actum est *diffusivum* sui I 344 arg. 3. 746 f. 1. 804 b. II 39 f. 1. 41 f. 3. 190 arg. 5. IV 188 d. 2 — Ubi maior diffusio intensive, minor est extensive III 43 3\* — Summae bonitatis est summe se communicare diffusionem naturali, non vero voluntaria I 53 f. 1. 180 f. 4. 785 4\* — Dei diffunditur ad extra diffusionem voluntaria, non naturali I 41 3\*. 785 4\* — a Deo est proprie per modum *causae*, a creaturis per modum meriti II 264 3\* — Ratio boni attenditur proprie in diffusionem effectus ad extra I 345 3\* — simpliciter per diffusionem se extendit ad omnia, bonum gratuitum non ad omnes II 491 5\*. III 700 1\*

— *summum* est bonum per essentiam II 811 1\* — *summum* non potest esse generis determinati I 174 3\*. IV 1001 3\* — Bonitas increata non distinguit bonum a malo, quia est omnibus communis I 293 f. 5 — *summum* aggregat omnia bona in sua integritate, quae complectitur ratio boni in sua universalitate I 174 4\*. 596 d. 6. II 817 d. 3. 888 b. III 360 2\* — non habet aliquid superius se vel sibi aequale III 642 a — est unum tantum III 594 f. 1 — in infinitum excedit bona creata III 643 5\* — non potest referri ad aliud bonum I 34 f. 2. II 803 f. 5, arg. 5 — in infinitum excedit nostram affectionem I 41 2\*. III 612 2\* — *summum* habet omnimodam sufficientiam in se sine unione ad aliud I 44 d. 12

— Deus est bonum *summum* et infinitum I 40 b sq. 44 d. 12 — est ipsa Bonitas III 630 b — Deus est summe bonus in se et respectu creaturae II 125 f. 2 — Deus solus caret omnino quocumque malo II 817 d. 3 — Bonitas in divinis est una I 43 d. 7 — ut opponitur potentiae et sapientiae appropriatur Spiritui sancto I 596 d. 6

— Bonitas divina imprimit bonitatem in rebus I 44 d. 14 — divina est causa nostri

esse, sed voluntaria, non naturalis I 41 3\*. 44 d. 13 — Dei bonitati convenit esse causam bonitatis creatae in tempore III 10 a

— in **creatura** non est per essentiam, sed ex comparatione et participatione II 51 d. 2 — dicit habitudinem necessariam et relationem ad causam *ibid.* — et ordo non est in rebus nisi per relationem ad summum bonum I 78 d. 1. 746 f. 4. II 15 f. 5. 810 f. 6

— diversimode participatur a creatis secundum plus et minus III 639 3\* — est in creaturis per participationem a Deo, et maius et minus, secundum quod accedit ad Deum II 817 d. 3 — eius participatio in creaturis est limitata II 40 4\* — est ordinata I 345 1\*. II 17 2\*. 43 5\*. IV 1011 f. 4

— Omnia sunt bona, in quantum a Deo producuntur II 26 f. 4. 27 3\*, 6\*. 114 a — Omnia sunt bona, in quantum a Deo ad ipsum convertuntur II 4 a. 44 1\* — Omnia sunt bona et ordinata, in quantum tendunt ad Deum II 28 f. 2 — Omnia fiunt ad bonitatem Dei vel ostendendam vel participandam II 42 1\*. 52 d. 3 — Omnis bonitas est a Deo, licet non ut a tota causa II 690 a — A summo bono non egreditur nisi bonum I 720 f. 5. II 113 f. 2. IV 246 f. 2

— Quod in se minimum habet de bono, tamen optime ordinatum est II 17 2\* — Deus dat unicuique quod melius est secundum exigentiam ordinis et naturae II 43 5\*. 716 3\* — Deus facit optima non absolute, sed in ordine I 784 1\*, 2\*. 786 a sq. II 533 1\*. IV 917 3\*, 4\*. 961 b

— creata per assimilationem ad Deum habent pulcritudinem, qua nos delectant et alliciunt, non tamen quietant I 41 4\* — creatum est bonum integrum integritate sufficientiae II 817 d. 3 — creatum non potest esse summum bonum, sed potest esse purum sine admixtione mali *ibid.* — creatum potest esse bonum integrum per superabundantiam solum participando summum bonum *ibid.* — secundum quid I 101 3\*

— Inter bonum creatum et increatum est proportio large dicta secundum convenientiam analogiae III 639 2\* — creatum quantumcumque duplicatum non aequiparatur increato I 72 4\*. 295 9\*. II 285 arg. 3 — creata sunt bona bonitate increata non ut forma, sed ut fine I 151 4\* — omnia creata procedunt ex caritate divina secundum habitudinem principii producentis III 700 1\* — Bonitatis divinae communicatio attenditur in effectibus eius, quae sunt vel naturae, vel gratiae *ib.* b

— plura non sunt meliora uno, quod continet in se perfectionem illorum IV 763 d. 3. 880 a — plura, quorum unum habet bonitatem ab altero, ambo plus valere possunt, quam alterum illorum per se II 928 2\* — plura creata et finita sunt meliora paucioribus II 52 2\*. IV 306 arg. 1 — creatum et finitum ratione suae finitatis recipit augmentum per additionem alterius boni I 52 2\* — Bonum additum bono, ita ut tollat ordinem, illud non auget, sed potius perimit II 887 3\*

— est triplex, magnum est gratia et virtus gratuita, mediocre sunt potentiae animae, infimum est corporale III 631 1\*. IV 23 2\*. 79 arg. 4 — differentiae principales sunt bonum supra nos et infra nos et iuxta nos et intra nos III 632 b. 653 d. 3 — communiter dictum complectitur bonum naturae et gratiae quantum ad intellectum et voluntatem I 596 d. 6 — est gratiae vel naturae vel fortunae IV 874 a — spiritualia tenent rationem honesti, bona temporalia tantum rationem commodi III 630 b. 631 1\*

— est **honestum**, conferens et delectabile I 36 f. 2. II 593 a. IV 718 a. 719 b — honestum dicitur aut quod est pure bonum, aut in quo est eius similitudo I 41 4\* — est quod sua vi nos trahit et dignitate nos allicit IV 717 arg. 3 — Abstinere a bono commodi cadit in genere boni honesti II 429 b — Natura dicitur quaerendum bonum commodi, non tamen in praecudicium boni honesti III 630 a sq. IV 750 4\*

— alicui sive **utile** est, per quod contingit aliquo modo in finem ordinari II 670 d. 2 — utile est triplex et maximum est quod non contingit male uti *ibid.* 639 5\* — omni ut obiecto contingit male uti II 670 d. 2. IV 209 1\* — utile sive conferens est quod ducit in finem bonum, quod potest esse tripliciter I 826 a

— In nobis differt bonum **proprium** a bono communi, non vero in Deo II 44 1\* — Proprium et alienum non differt secundum gradus bonitatis, sed ratione naturae substratae III 693 a — principaliter est diligendum, sed ita ut affectus circa alios non torpescat III 694 4\* — proprium et commodum appetitur a natura ut deficiente II 44 2\* — commune praefertur bono privato I 825 arg. 2. III 879 b — proprium quaerere, ita ut excludatur commune, sonat in vitium III 607 1\*. 644 1\* — proprium diversificatur in diversis II 888 f. 3 — commune appetitur amore liberali *ib.* b — in commune deductum pulerius elucescit I 195 arg. 4

— ut bonum est **obiectum** affectus II 263 arg. 3. 558 arg. 3. 916 d. 1. III 863 arg. 3 — est obiectum appetitus tam naturalis quam deliberativi I 36 f. 2, 3. 68 f. 4. II 565 f. 1 — est obiectum liberi arbitrii, et malum non nisi sub ratione boni II 517 a. 614 f. 4, b. 615 2\*. 809 b. III 855 d. 2 — et eius oppositum est obiectum voluntatis I 802 2\*. II 555 f. 2. 613 3\*. 1004 2\* — sub ratione boni sive praesentis sive futuri est obiectum affectus I 801 2\*, b. II 561 3\*. III 576 b sq. 689 a. 698 1\* — sub ratione boni est obiectum caritatis III 577 2\*. 590 f. 2. 593 5\*. 630 b — sub ratione ardui est obiectum spei III 577 a, 3\* — sub ratione boni, quando praesens est, delectat concupiscibilem ratione convenientiae *ib.* 3\*

— Omnia secundum omne quod sunt **appetunt** bonum I 804 b. II 45 f. 5 — quod potest cogitari potest appeti I 40 f. 4 — naturaliter amatur aut ut bonum simpliciter, aut ut bonum sibi II 125 f. 2. 809 a — in generali appetitur naturaliter et sine errore,

in speciali autem secundum rationem deliberantem II 683 2\*. 1003 b — honestum est propter se appetendum, sed conferens propter aliud I 40 arg. 4. IV 717 arg. 1, 3 — honestum potest appeti a solis rationalibus, conferens et delectabile etiam a brutis II 593 a. III 716 f. 5. — honestum naturaliter appetitur per synderesin II 910 4\*. 911 b. 914 b — maius magis est amandum I 38 f. 2. 68 f. 4. IV 396 f. 3 — summum omnia exoptant II 382 f. 4. III 700 f. 5

— Voluntas aliquando movetur ad bonum simpliciter, aliquando ad bonum ut nunc II 846 b — Non movet voluntatem nisi bonum verum vel aestimatum II 882 2\* — *ut nunc* secundum appetitum carnalem creditur esse bonum simpliciter II 498 f. 2 — ut nunc attrahit hominem maxime ex parte sensibili et facit eum similem bruto II 494 b. 716 3\* — Sensualitas, quantum est de se, semper inclinatur ad bonum ut nunc, synderesis semper ad bonum simpliciter II 600 arg. 3 — Damnati non appetunt bonum honestum, sed commodum IV 1038 b. 1042 3\*

— semper redit ad unitatem, **malum** procedit in dispersionem II 889 3\* — Plura exigantur ad bonum quam ad malum II 582 a. 847 4\*. 922 4\*. III 738 3\*. 801 3\*. IV 423 5\*. 700 4\* — potentius est quam quodlibet malum II 684 arg. 3. 920 arg. 4. IV 19 arg. 6

— Cuius finis et usus bonus, ipsum quoque bonum est I 31 a. 35 3\*, 4\*. 826 3\*. II 881 f. 3. 1004 2\*. III 757 f. 2 — Causa bona, quae est bona, secundum quod causat, producit bonum, secus potest esse origo et principium mali II 804 2\* — a Deo elicitor ex malo I 826 b. 831 4\*. 835 d. 3. II 429 b. 773 1\*. III 433 b. 626 4\* — Actio, ex qua sequitur bonum praeter intentionem, non est bona I 826 b. 861 d. 3. III 433 d. 4 — potest esse principium mali ratione defectibilitatis II 805 4\*. 806 b sq. — Ad bonum non necessario sequitur malum, per se loquendo II 720 2\* — ad quod sequitur malum, non est omittendum, nisi quando malum praeponderat bono *ibid.* — A bono ad malum non valet locus a simili II 922 4\* — corruptibile iunctum malo corrumpitur, bonum medicinale malum expellit IV 718 2\*. 728 d. 5

— substantiale non opponitur malo, sed est eius subiectum II 813 a sq. — Bono per essentiam nullum malum opponitur, sed bono per participationem II 811 1\* — opponitur malum vel minus bonum *ib.* 4\* — maiori aliquando opponitur minus malum III 804 3\* — uni opponuntur plura mala I 810 arg. 4. II 655 3\*. 977 d. 2 — Bono malum opponitur formaliter et diversis bonis diversa mala II 970 f. 2 — potest magis et magis privari in infinitum II 811 b, 2\*, 3\*. 834 b sq.

— impiis et peccatoribus convertitur in malum II 429 a — *Non-esse* adimit totum bonum, *esse miserum* adimit partem boni IV 1038 b — amissum peccato nihil creatum recompensare potest II 5 b

## BON

— **moris** est bonum gratiae perficiens affectum et consistit in voluntate I 596 d. 6 — naturae respectu boni moris est in potentia materiali, sed bonum in genere est quodam modo in potentia activa II 858 d. 5 — consistens in actu consideratum ad suum principium efficiens solum, est bonum naturae; comparatum ad materiam debitam dicitur bonum in genere; comparatum simul ad formam et finem est bonum perfectum *ibid.* — moris inchoatur in actu transeunte in materiam debitam, specificatur et completur per adventum circumstantiarum *ibid.* — In nobis est bonum naturae ut ordinabile, virtus et gratia ut ordinans, etabilitas media ut illud, secundum quod est ordinabile I 836 d. 7. II 813 a. 823 a

— naturae non disponit ad gratiam ut necessitas nec ut congruitas, nisi in quantum aliquis sic se praeparat, sicut natura nata est capere IV 445 1\* — moris magis propinquum est gratiae quam bonum naturae IV 355 arg. 4

— ut dicit bonitatem naturae sive essentialem non est differentia actionis deliberativae, sed convertitur cum ente II 938 a — moralis non se extendit ad omnes actiones, sicut bonitas naturalis II 945 5\* — naturae non excluditur per malum moris II 863 2\*, 5\*. 938 2\* — naturae est essentialis, moris est accidentalis II 52 d. 2. 874 a — et malum est prima contrarietas in moribus et differunt toto genere II 937 f. 1. 938 a

— Bono in genere opponitur malum in genere, bono ex circumstantia malum ex circumstantia, et bono simpliciter sive secundum se opponitur malum secundum se, sive demeritorium II 938 a. 943 b — in genere non dicitur proprie, sed per quamdam conformitatem ad genus in indifferentia, ut fiat meritorie vel demeritorie II 944 4\* — simpliciter est quod est recte ordinatum in finem bonum I 35 3\*. II 689 a — aliquo modo dicitur, quod quodam modo de congruo disponit ad bonum perfectum, vel id quod in finem est tantum ordinabile, sed habet quamdam ordinationem intra se II 689 a — in genere et ex

circumstantia est medium inter opus meritorium et peccatum III 817 5\* — per se et de sui natura est ordinabile I 33 a. 831 4\*. II 114 a. 810 f. 4. 832 5\* — vel est bonum ex se, vel ex bonitate utentis I 826 3\*

— Quaedam sunt bona, quia praecepta, quaedam sunt praecepta, quia bona III 848 f. 4 — absolutum et simpliciter praesupponit bonum ex circumstantia II 921 f. 4 — attenditur secundum constitutionem ex concursu multarum circumstantiarum, malum ex cuiuscumque privatione II 922 4\* — indutum omnibus circumstantiis est bonum perfectum, deficiens autem in aliqua reducitur ad bonum in genere II 859 a

— licitum potest prohiberi II 428 d. 3 — minus licite eligitur, sed non vovetur IV 817 2\* — maius dicitur intensive, quia plus Deo placet, aut extensive, quia pluribus prodest II 927 a — ad bonum expediunt sex dona Spiritus sancti, duo ad bonum, quod est finis, reliqua ad bonum, quod est ad finem III 745 b — Ad bonum triplex auxilium I 835 d. 3

— Nullum bonum est irremuneratum et nullum malum impunitum apud eum qui iuste iudicat I 713 6\*. II 445 f. 3. 458 f. 3. IV 356 f. 1. 357 b — Bona et mala omnium omnibus nota fient in iudicio IV 901 b

— **operum** ortum habet ex bonitate operantis II 718 arg. 4. 933 4\*. 1004 3\* — actuum attenditur in ordine ad finem II 858 d. 5. 945 5\*. III 803 b. 805 f. 4 — Opera exteriora recipiunt bonitatem ab actu interiori, secundum quod sunt opera rationis, quae ordinantur in finem et procedunt ab ipsa voluntate, in quantum bona per ordinationem ad bonum finem IV 711 1\* — Quantitas bonitatis non venit ab actu, sed ab habitu intrinseco IV 462 5\* — Opus procedens ex mala voluntate est malum ut opus operans, sed potest esse bonum ut opus operatum, non primo et per se, sed per accidens et ex consequenti I 860 d. 2. 861 d. 3. III 433 d. 4 — Opus ab intentione habet bonitatem vel malitiam, non vero speciem II 933 d. 1

— Aliquid potest esse bonum in se, quod non recte ordinatur ad alterum ut

## CAE

finis II 882 a — factum cum intentione mala non est simpliciter malum, sed malum huic III 840 4\* — fit malum, deficiente recta intentione, qua debet ordinari in finem III 841 a — Qui bonum malo modo facit peccat ratione circumstantiae IV 209 3\*

— **voluntatis** inchoatur in appetitu naturali et consummatur in virtute deliberativa, quae supponit bonitatem alterius II 917 d. 3 — Nemo dicitur bonus nisi ab actu voluntatis I 30 f. 1 — Prius sumus boni, quam operemur bona I 293 f. 6. 469 arg. 2. II 183 3\*. 1004 3\*. IV 352 2\*. 428 arg. 3. 462 5\* — Opus bonum non potest sufficienter referri in ultimum finem sine caritate I 689 a. 882 3\*. 883 f. 3 — circa voluntatem dicit qualitatem superadditam, circa actionem solum comparisonem ad debitum principium et finem II 938 3\* — unde voluntas eadem non potest esse simul et semel bona et mala, nec absolute nec comparative; actio vero eadem potest esse bona et mala per solam comparisonem ad diversa *ibid.* — de anima dicitur, ut ordinabili in finem, de caritate, ut ordinante in finem I 294 1\* — non augetur ex quolibet opere bono II 481 b. 482 b — quomodo diminuatur peccato I 836 d. 7. II 833 b sq.

— Finis facit voluntatem bonam, quae ad eum ordinatur, quatuor conditionibus concurrentibus ex parte finis et ordinabilis et ordinantis II 882 a. 921 a sqq. — voluntatis diversimode attribuitur fini et caritati II 882 3\* — Voluntas bona est, quando in operando coniungitur divinae virtuti ut principio moventi, conformatur ei ut regulae dirigenti et unitur ei ut fini quietanti II 829 b sq. — finis redundat in voluntatem ratione ordinationis voluntatis ad illum II 882 4\* — voluntatis est major vel minor secundum gradus approximationis et ordinationis in finem *ibid.* — est secundum mensuram gratiae III 553 d. 4 — Boni et mali distinguuntur per gratiam habitualement I 293 f. 5. 306 d. 6 — quantum ad esse gratuitum non cognoscitur nisi per signa probabilia II 894 d. 1

**BULESIS** — differt a thesi secundum *modum* volendi tantum et dicit voluntatem deliberativam II 566 1\*. III 367 3\*

## C

**CAECUS** — habet potentiam ad videndum, quae dicit solam naturalem aptitudinem sine ordinatione ad actum III 269 2\* — dicitur de fovea occultante quae in ea sunt IV 989 1\* — Caecum Christus paulatim sanavit, sicut paulatim sanatur caecitas spiritualis, sequela peccati IV 379 d. 9 — possunt peccare per organa visus aut velle peccare, saltem veniali appetitu IV 600 4\* — Caecitas non est a sole I 720 f. 3

**CAELUM** — diversa significat in Scriptura et apud philosophos II 85 b sq. — dicitur in Scripturis de caelo aëreo et igneo *ibid.* IV 979 1\* — Caeli communiter dicti comprehendunt naturam caelestem proprie dictam et elementarem praeter aquam

et terram II 356 a — primo dicitur de corpore superiori, quod est contentivum, secretum et quietum, et secundum has proprietates dicitur de ipsa Divinitate II 85 d. 2 — Augustinus intelligit naturam spiritualem informem II 307 a. 312 b

— Secundum Augustinum primo die productum fuit caelum spirituale seu natura angelica, secundo vero caelum corporeum II 307 a — primo die productum est caelum empyreum II 71 b. 300 1\*. 307 a

— Varias de eorum dispositione et numero sententiae II 85 b sq. — Caelorum distinctio ex perfectione universi deducitur secundum enumerationem Rabani II 355 b sq. — proprie dictum optime di-

stinguuntur in decem sphaeras II 356 a sq. — Secundum diversitatem formarum distinguitur empyreum, sidereum et crystallinum *ib.* b — Secundum distinctionem luminarium est caelum stellatum et septem orbis planetares *ibid.* — Orbium inferiorum distinctio plus attenditur secundum diversitatem motuum quam secundum discontinuationem superficierum II 352 a. 3\* — non attenditur secundum diversitatem formarum *ib.* a

— **empyreum** esse asseritur Scriptura et ratione II 71 b sq. 356 a — est continentia visibilium et invisibilium II 75 f. 2 — continet omnia creata *ib.* f. 3. 77 a. 85 b — productum fuit completum et



immutabile et mensuratur aeternitate cum suis contentis II 307 d. 1

— est locus Angelorum II 76 b — eius conformitas cum vita beata II 72 a, b, 74 b, 75 3\*, 169 d. 2

— recipit variationem ratione contenti I 160 3\* — est mutabile quantum ad esse et non esse II 224 b — debet poni uniforme, immobile, perfecte luminosum II 71 b sq. — est sine astris II 72 1\* — non movetur *ib.* 3\*. 344 a — non recipit lumen a sole II 72 2\*

— ut maximum mole omnia corpora locat, ut maximum virtute in omnia videtur influere II 74 b sq. — secundum aliquos specialiter influit in corpora humana in ordine ad vitam rationalem *ib.* a sq. — eius influentia potest esse mediata, adiuvando influentiam caeli siderei II 75 1\* — Ad quosnam effectus eius ordinetur influentia *ib.* 4\*

— **aqueum** potius per revelationem innotuit II 355 b — est ultra firmamentum et caret stellis *ibid.*, f. 1, 3 — probabiliter est de natura verae aquae ratione proprietatum, non ratione naturae elementaris II 337 a sqq. — crystallinum movetur propter perfectionem universi II 355 b. 356 b — est mobile primum, quod uniformiter movetur ab oriente in occidentem et trahit firmamentum et omnes orbis inferiores II 356 b. 357 3\*. 369 b — Motus eius notificatur per uniformitatem quantum ad spatium horarum II 355 f. 2. 356 b. 357 4\*

— **Natura** caelestis non est corruptibilis nec subiacet privationi II 217 f. 4. 303 a sq. III 283 6\* — non subiacet contrarietati II 303 b. 340 a. 4\* — requiritur ad constitutionem mundi praeter naturas elementares II 340 4\* — est simplicissimum et perfectissimum inter corpora II 341 f. 3, 5 — non videtur esse de natura elementari, licet conveniant in quibusdam proprietatibus II 337 b sq. 340 a. 367 b — quantum ad naturam lucis maxime convenit cum igne II 321 5\*. 340 a, 2\*, 6\*. 361 6\* *Vid. V. Materia in Indice philos.*

— communiter dicit naturam perspicuam et contentivam, proprie vero etiam supra contrarietatem elevatam II 355 b — proprie dicitur esse natura quinti corporis, quae non habet appetitum ad aliam formam nec est passibilis et corruptibilis II 422 b — per conformitatem quandam dicitur large de natura, quae habet quandam subtilitatem et luminositatem II 423 a

— Natura caelestis non potest se ipsam multiplicare nisi aliquo extrinseco superaddito II 728 b — non venit ad commixtionem cum aliis elementis, sed influit in ea per virtutem II 422 b sq. — Materia caelestis secundum maiorem raritatem et densitatem est susceptibilis diversarum formarum II 358 b — Densitas et raritas est in caelo solum secundum partium situm *ibid.*

— **Corpora** caelestia non sunt receptibilia alienae impressionis IV 979 a — Formae corporum supercaelestium sunt incorruptibiles IV 994 b

— Homine peccante, lux eorum est di-

minuta IV 989 f. 2 — possunt tempore iudicii obscurari vel in se, vel in comparatione ad corpora gloriosa IV 995 d. 2 — post iudicium praemlabuntur, in quantum propter meritum hominis per augmentum lucis et splendoris efficiuntur consona corporibus gloriosis IV 990 b. 992 1\*. 996 d. 4 — dicuntur peritura, non quod desinant, sed mutantur et innoventur IV 990 1\* — praemiantur, in quantum sunt ordinata ad hominum obsequium *ib.* b, 3\*. 997 d. 6 — innovabuntur per additionem luminis IV 979 3\*. 990 b, 4\* — non augetur eorum calor IV 990 4\*

— est maxime subtile et ad motum habile II 352 a, 2\*. 354 a — Omnes orbis habent idem centrum II 354 a — movetur orbiculariter II 217 f. 2. 340 a. 348 b sq. — maxime competit figura orbicularis II 342 a, 2\* — est mobile non ad locum, sed in loco et circa locum, unde simul firmum II 72 b. 342 3\*. 354 2\* — habet dextrum et sinistrum quantum ad orbis mobiles per comparationem ad influentiam motoris II 72 b. 344 a. 356 1\* — habet quodam modo sursum et deorsum II 344 3\* — Situs polorum *ibid.* — Quae pars prima moveatur *ib.* a, 5\*

— non est animatum II 344 a. 348 b. 367 b — habet motorem separatum II 344 a — non movetur a Deo ut tota causa, sed mediante virtute creata II 346 a — vel movetur a propria forma cum immediato influxu Dei, vel a Deo mediante Angelo II 348 b sqq. — non potest moveri a propria forma, nisi Deus suppleat eius defectus II 348 f. 3. 349 a, 2\* — Movere caelos convenit Angelis II 349 a, 5\* — movetur naturaliter, in quantum virtute intrinseca cooperatur virtuti motoris *ib.* 4\*

— Secundum aliquos caelum sidereum movetur motu proprio II 356 b — Sphaerae inferiores habent plures motus, superiores habent pauciores II 352 b — Motus influit a superioribus orbibus in inferiores *ibid.* 716 4\*

— Caeli stellati revolutio est propter hominem viatorem et cessabit, impleto numero electorum II 72 3\*. IV 991 f. 1, 2, b sq., 4\* — motus post iudicium terminabitur, quamvis per naturam non habeat terminum *intra* de se ex conditione mobilis et spatii, cum completus fuerit numerus electorum IV 991 b sq. — motus non debet esse perpetuus, cum sit actus imperfectionis *ib.* f. 3. 992 2\* — motus est terminabilis secundum intentionem naturae, quae est regulata secundum institutionem divinam *ib.* 4\* — corpora per motum assimilantur Deo, non simpliciter, sed ad tempus in causando *ib.* 3\*. II 72 5\* — moventur sine labore IV 989 f. 2. 990 3\*

— Quomodo possit esse in caelo sonus et vox II 85 d. 1 — est perspicuum ut lucis susceptivum, vel etiam ut retentivum II 338 b — aequum non est frigidum, nec sidereum calidum formaliter, sed effective *ibid.* 340 2\*, 6\*. 423 2\*

— ut corpus incorruptibile et carens contrarietate conservat et influit in infe-

riora II 340 a — aequum ratione frigiditatis conservat res corruptibiles, sidereum ratione caliditatis transmutat res inferiores II 356 b — influit mediante lumine II 319 f. 4. 328 b — influit lucem et calorem II 202 6\* — Secundum aliquos tres caeli influunt triplicem vitam II 74 a sq. — Sphaera ultima maxime influit vitam II 352 b

— proprie dictum non solvetur igne, sed solum aëreum IV 979 4\* — dicitur atterendum quantum ad exteriorem figuram, manente substantia IV 884 1\*. 990 4\*

— erit plenum electis, quantum facit ad pulcritudinem IV 924 4\* — Omnes Beati in eo collocantur secundum dignitatem et locum II 85 b — Beati possunt esse in utroque hemisphaerio empyrei II 342 4\*

— clauditur per debitum peccati, quod est in triplici differentia et removetur triplici clave IV 470 a, 4\* — dicitur aperiri, quando vehemens fit influentia de supernis IV 252 d. 3 — Duplex porta ad caelum est observantia mandatorum et tolerantia tribulationum III 730 d. 5

**CALIX** — aliquando significat passionem, aliquando potus refectorem IV 194 a sq.

**CALLIDITAS** — est cognitio ordinata ad nocendum II 510 d. 2 — in serpente quoad nocendum corporaliter est naturalis, quoad nocendum spiritualiter erat ab assistentia diaboli *ibid.*

**CALOR** — dicitur pro proprietate substantiae vel pro quadam substantia subtili II 318 a — est forma accidentalis ignis II 320 b. 321 4\* — inest igni in summo II 339 arg. 6 — habet statum augmenti intensive, non autem extensive I 317 3\* — est forma corporis subiecti contrarietati II 321 4\*. 340 3\*-5\*

— causatur a motu cum velocitate, a lumine cum multiplicatione radiorum II 341 6\*. 361 4\* — causatur a corporibus caelestibus vel virtute luminis, vel virtute a natura indita II 341 b. 562 7\* — et lux, ubi sunt formaliter, differunt essentialiter, non ubi sunt effective II 559 f. 7. 562 7\* — amplius calefacit propinquiora quam remotiora III 647 f. 3. 669 a

— triplex concurrens ad generationem, animalis, elementaris, caelestis II 219 f. 5 — caelestis dicitur, quae est in corporibus a natura caelesti secundum debitam proportionem II 423 2\* — ignis sicut convertit aliquid in cinerem, ita calor naturalis in carnem et sanguinem IV 275 2\* — elementaris est consumens ratione inaequalis complexionis, calor caelestis est conservans nec indiget pabulo IV 1023 4\*

**CALVITIUM** — est imperfectio naturae humanae IV 909 b

**CAMBIVM** — est humiditas progressiva e venis ad membra IV 908 a

**CANONES** — instruunt in generali et sunt regulae directivae pro casibus particularibus IV 542 a — Canonum scientia est inferior theologia et considerat solum *quia* IV 488 b

**CAPACITAS** — carens plenitudine caret perfectione III 281 f. 3 — animae est fini-

## CAP

ta I 316 f. 1 — animae non impletur bono finito I 41 2\* — animae ad gratiam non augetur in eius adventu nisi quantum ad virtutem cooperandi I 793 d. 3. III 283 6\*

— omnis creaturae est finita III 280 2\* — in creatura est longinqua possibilitas et obedientia respectu Creatoris, vel dicit dispositionem et exigentiam I 782 3\* — continentiae localis est in corpore propter partium extensionem et propter potentialem distinctionem secundum hic et ibi II 77 a — materiae eo maior est, quo maior est infirmitas II 296 f. 4.

CAPILLI — sunt ex fumosa superfluitate IV 909 arg. 3 — sunt ad decorem IV 608 arg. 3. 609 5\*. 909 b. 910 3\*, 4\* — quodam modo habent vitam ratione ortus et conservationis per actum vitae IV 908 3\* — resurgent cum corpore glorioso, in quantum faciunt ad complementum et decorem IV 908 1\*. 909 b — eorum tonsura instruit de vitanda superfluitate terrena IV 608 b

— habuit triplicem cognitionem perficientem portionem superiorem et inferiorem et partem sensibilem, et convenientem statui patriae et innocentiae et naturae lapsae III 319 f. 2, 4, 5, b — habet triplicem cognitionem, quae attribuitur Angelis *ib.* f. 4 — debet habere completionem scientiae secundum omnem statum et modum III 320 2\*, 3\* — secundum duplicem statum habuit duplicem cognitionem et affectionem III 356 b — habuit cognitionem rerum in Verbo, in se ipso et in proprio genere III 320 a — habuit cognitionem a Verbo, non tantum simplicis notitiae, sed etiam experientiae *ibid.* 322 a — habuit cognitionem a Verbo, qua cognoscit res in se ipsis per species ei inditas III 319 b — Cognitio simplicis notitiae consistebat in habitibus et speciebus animae Christi inditis, cognitio experientiae in usibus sensuum exteriorum III 322 a

— secundum cognitionem simplicis notitiae proficere non potuit III 322 a — proficiebat cognitione experientiae per novam conversionem sensus exterioris *ibid.* 323 5\* — in scientia experimentalis non proficiebat veniendo in notitiam rei prius incognitae III 322 a, 3\* — eius profectus erat solum secundum apparentiam *ib.* a. 293 d. 5. 321 f. 4 — habet statum in profectu cognitionis ex parte ipsius animae, quae non potest amplius capere III 302 6\* — Virtus cognoscitiva animae Christi semper est finita III 315 b

— Christi cognitio non habet obscuritatem III 326 d. 3 — In Christo non fuit cognitio aenigmatica, sed tamen cognitio ex parte conveniens statui viae III 320 5\* — In Christo potuit esse quaedam dubitatio, ut dicit indifferentiam partis sensibilis ad sequendum affectum naturae vel rationem III 376 d. 3 — Intellectus agens abstrahabat speciem a conditionibus materialibus, in quantum excitatus a potentia inferiori iudicabat de apprehenso per sensum III 322 4\* — Abstractio eius non ordinabatur ad generandum novum habitum *ibid.* 342 d. 4 — per receptionem specierum excitabatur tantum ad aliquid considerandum III 322 4\* — eius anima non poterat recipere novas species III 321 f. 4, 5. 322 a

— anima Christi cognoscit Verbum sibi unitum actu creato III 296 b — non cognoscit Verbum immediate ratione unionis *ib.* f. 3. 297 a. 298 2\*, 3\*. 315 b — co-

gnoscit Verbum per habitum creatum, quo fit assimilatio cognoscentis ad cognitum III 297 a sq. 315 a — Cognitio Verbi est a Verbo effective III 297 b, 4\* — Cognitio comprehensionis et unionis non distinguuntur quoad necessitatem habitus medii III 297 b

— cognitione beata videt ipsum luminis fontem III 304 b — non potuit videre Deum per aliquod medium creatum III 303 f. 3, 6 — habet maximam cognitionem Dei, quae sit in genere creaturae III 301 3\* — Anima Christi non videt Deum viribus propriis, nec quantum ad ipsam rationem substantiae III 304 b. 305 1\*, 2\* — dicitur non videre Deum, quia non facit nosse *ibid.* — ipsa non potest comprehendere Verbum nec divinam essentiam III 300 a sq. 317 5\* — cognoscit Deum totum, sed non totaliter III 300 b sq., 4\*, 5\* — videt Dei immensitatem quodam modo positive, quodam modo privative III 302 7\*

— eius habitus semper est in actu respectu Verbi ut cogniti principalis, non vero respectu aliorum; quae sunt cognita in Verbo quasi secundario III 312 4\* — potest plura, quae non sunt de essentia gloriae, cognoscere in habitu, quam consideret actu III 311 a. 317 5\* — multa cognoscit in habitu, quae nunquam considerabit in actu III 317 6\*, 7\* — eius cognitio est maxime perfecta quoad cognitionem habitualem III 310 f. 4. 311 a, 3\* — Anima Christi recte dicitur omnisciens quantum ad cognitionem habitualem III 316 b. 324 3\* — cognoscit habitu infinita III 310 f. 5 — si scit finita, potest adhuc scire plura III 343 f. 4. 346 a

— actuali cognitione non potest transire infinita III 310 f. 4, 5 — Actualis consideratio rerum cognitarum in Verbo subiacet Christi voluntati *ib.* f. 3 — actu cognoscit simul multa, in quantum ea videt mediante Verbo III 311 b. 357 5\* — per plenitudinem gloriae potuit in instanti deliberare III 382 3\*

— Probabiliter anima Christi habet scientiam omnium, quae novit Verbum scientia visionis, non omnia, quae novit scientia intelligentiae III 315 b sq. — cognitione actuali non potest tot cognoscere, quot cognoscit ipsum Verbum III 316 a, 2\*. 317 5\* — cognitione habituali potest cognoscere in Verbo omnia, quae cognoscit Verbum *ib.* a — habitus est finitus, habet tamen in aptitudine respectus ad infinita, et ratio cognoscendi est infinita actualiter *ibid.*, 3\*. 317 b, 8\* — habet aptitudinem ad cognoscendum omne, quod Verbum natum est ei repraesentare III 310 f. 4. 312 f. 4. 316 a

— habet respectum ad infinita cognoscenda non eo, quod secundum se excedat in infinitum alias animas, sed quod Verbum ut speculum unitum ei omnia exhibeat III 313 f. 2. 316 a sq., 4\* — potest cognoscere infinitum per lumen aliquod finitum, quod est ad infinita scibilia comparatum propter promptitudinem exemplaris sibi uniti III 317 8\* — cognitio propter

cognitionem habitualem infinitorum non adaequatur cognitioni ipsius Verbi III 317 6\*, 7\*. 325 4\* — habuit scientiam practicam de omnibus operibus divinis, quae tamen non ordinabatur ad operandum III 325 5\* — novit horam iudicii secundum humanitatem IV 988 b

45 — In Christo sunt duae voluntates secundum utramque naturam intellectualem III 364 b. 366 b — Pluralitas voluntatum sequitur pluralitatem naturarum, sed non infert pluralitatem personarum III 364 1\*, 2\* — sunt plures voluntates liberae a coactione, sed una sola libera ab omni subiectione III 365 3\* — meruit secundum voluntatem creatam III 364 f. 4 — Secundum potentias, per quas exit in actum, voluntas humana est duplex secundum cognitionem sensitivam et intellectivam III 366 b. 367 2\*-4\* — Per comparisonem ad modum volendi in Christo est voluntas Divinitatis, rationis, pietatis et carnis I 858 b. III 366 b — et naturalis et deliberativa III 367 1\*-3\*

— In Christo fuit conformitas voluntatum in ratione volendi, quamvis ex parte voliti non esset identitas III 368 b — Voluntas sensualitatis subiacebat rationi *ib.* f. 3 — Voluntas sensualitatis non debebat esse conformis per assimilationem, sed per subiectionem III 369 1\*, 4\* — eius ratio consentiebat sensualitati, volendo ipsam velle, sed non idem volendo, quod sensualitas *ib.* 6\* — Nihil fiebat contra eius voluntatem absolutam, sed contra voluntatem sensualitatis vel conditionatam III 339 4\*. 369 3\* — voluntate absoluta volebat quod Deus volebat, sed voluntate conditionata iuste et meritorie poterat velle aliquid contrarium I 859 4\* — voluntate antecedente vult omnes salvari, non vero voluntate consequente III 695 d. 3 — habuit simul contrarias affectiones, in quantum una illarum subiecta erat alteri et respectu eius quodam modo materialis III 356 b. 369 5\*

— In Christo fuerunt omnes motus rationales recti et omnes motus sensualitatis peccati III 369 a — In Christo dicuntur fuisse propassiones, in quantum non perungebant ad eius rationem III 342 d. 4. 354 5\*. 359 d. 1. 360 d. 3 — habuit veram tristitiam subiectam rationi III 338 b, sq. 360 d. 2 — habuit tristitiam compatiendo aliis vel refugiendo aliquod malum III 338 f. 4. 339 a — In Christo fuit affectus irae cum quadam commotione partis sensualis III 340 a — In Christo non fuit timor gratuitus poenae et offensae, sed tantum reverentiae III 341 d. 3. 766 b — habuit timorem naturalem sensualitatis subiacentis rationi III 341 d. 3. 342 d. 4 — in inferiori parte timuit mortem praecognitam per imaginationem causatam a ratione III 342 d. 4 — In eo fuit timor, sed non timor pusillanimitatis III 360 d. 2

— ut homo per privilegium supra conditionem hominum habuit libertatem sine vertibilitate arbitrii III 267 2\*, 5\*. 269 2\*, 4\*. 352 6\*. 384 4\* — assumpsit liberum arbitrium III 267 2\*. 268 arg. 3 — assumpsit potentiam peccandi, quatenus dicit poten-

tlam, quae est de integritate nostrae naturae, sed non potentiam ordinatam ad peccandum I 792 d. 2. III 269 a, 4\*

— Humanitas et Divinitas in Christo diversas operationes habent IV 131 3\* — eius animae non potuit communicari omnipotentia nisi per idiomatum communicationem I 761 d. 6. III 324 a

16 — Christum deceit **orare**, maxime in diebus carnis suae III 371 b — debebat orare pro peccatoribus, sicut et sacrificium offerre *ibid.* 370 f. 2 — eius oratio potest dici ascensus in Deum, sed sine nova consideratione III 372 3\* — ei competit orare Patrem, in quantum est minor illo secundum humanitatem *ib.* 2\* — potest orare se ipsum secundum divinam naturam *ib.* 4\* — ei proprie non convenit orare, sed dedit orandi exemplum III 201 6\* — sua oratione nos invitat ad orandi studium III 371 b

— ei competit ratione naturae assumptae petere id quod potest ipse implere secundum naturam assumptam III 371 1\* — potest orare pro aliis ad supplendam eorum indigentiam, quo illi fiant digni ad impetrandum III 371 f. 5, b, 1\* — non frustra orabat ad impetrandam ea quae sciebat Deum disposuisse, praesupposita sua oratione III 372 5\*

— non potest discordare a Patre rogando eum aliquid, quod Pater non posset velle I 778 d. 6 — Oratio quaedam procedebat a voluntate rationis, quaedam a voluntate pietatis, quaedam a voluntate carnis III 373 b — Oratio, quae procedebat a voluntate rationis, semper fuit exaudita, sed non omne impetravit, quod petit voluntate pietatis et carnis *ibid.* — voluntate pietatis et carnis magis oravit ad nostram eruditionem, quam ut exaudiretur III 374 a. 375 b. 376 d. 4 — Oratio in passione quoad materiam fuit sensualitatis, quoad formam vero rationis III 375 a sq. — in horto magis oravit pro nobis quam pro se *ib.* b. 376 d. 4

17 — de omni **statu** aliquid assumpsit III 267 4\*. 319 b. 351 2\*. 360 d. 4 — non fuit omnino in statu viatoris III 267 4\* — ab instanti conceptionis fuit comprehensor et beatus III 266 f. 2, b — simul erat viator et comprehensor III 267 4\*. 319 f. 5. 356 b. 357 4\*. 390 a. IV 206 2\* — ut perfectus mediator fuit perfectus comprehensor et perfectus viator III 47 a. 356 b. 310 a — fuit in statu viatoris secundum partem inferiorem et secundum coniunctionem animae ad carnem III 282 2\*. 384 2\*. 390 a — secundum quod erat in statu viae, libere et meritorie operabatur III 384 2\*. 388 f. 5, 2\*

— eius anima non potuit depravari ulla culpa propter plenitudinem gratiae, consummationem gloriae et unionem divinae naturae III 266 b. 273 b — potuit assumere miseriam, non culpam III 267 3\*. 331 1\*. 333 a — assumpsit vetustatem carnis quantum ad poenam, non quantum ad culpam III 80 d. 4. 341 d. 4 — Caro secundum passibilitatem plus assimilatur

naturae lapsae quam institutae III 349 f. 2. 350 f. 3. 351 2\* — Corpus est immaculatum et anima habuit immunitatem a culpa et in se et in carne coniuncta III 335 a — suscepit carnis passibilitatem, non vitiositatem III 56 d. 2. 350 f. 4 — tentatus est ab angelo malo non interior, sed exterior tantum et ad nostram instructionem et adversarii confutationem II 281 4\*

— quantum ad ea quae exterius apparebant, ab aliis hominibus in nullo differerebat III 337 3\* — debuit nobis assimilari in omnibus, quae sunt ad salutem et eruditionem nostram III 272 1\* — eius exinanitio fuit ex excessu caritatis III 21 2\* — per humiliationem vere dicitur abiectus I 4 a — omnia assumpsit, quae respiciunt naturae nostrae constitutionem, non quae respiciunt statum, vel accidentalem dispositionem III 56 d. 1 — Solum illud curatum est, quod assumptum est III 268 arg. 4 — quod semel assumpsit nunquam deposuit III 138 f. 2. 141 3\*. 437 b

— fuit sub lege quantum ad observationem spontaneam III 34 d. 3 — se subiecit Legi, cum tamen non esset sub ea IV 84 3\* — implevit Legem et complendo cessare fecit *ibid.* — est finis legis ut *in quo* quiescitur II 885 1\* — non tenebatur reddere tributum II 1011 1\* — in Abraham non fuit decimatus III 83 b — non habebat Angelos ad custodiam, sed ad ministerium II 281 a sq., 2\* — est supra perfectionem universi, ita ut haec non imponat ei ullam necessitatem III 25 a. 27 9\* — non subiacebat constellationi in natiuitate et in passione II 364 3\*

18 — Congruum fuit, ut assumeret naturam nostram cum **defectibus** et passibilitatibus ratione finis intenti III 330 b sq. — assumendo defectus naturae manifestat in se veritatem humanae naturae, immensitatem suae misericordiae et magnitudinem suae benevolentiae et ita nos movet ad credendum, sperandum, amandum III 331 a — Defectus assumpti faciunt ad ostensionem veritatis humanae naturae, in quantum sunt annexi praesenti statui III 341 d. 2 — Defectus naturales faciebant ad vincendum adversarium III 331 4\* — Infirmitas non dedecet eius naturam assumptam *ib.* 1\*. 337 6\* — Defectus non assumuntur, sed coassumuntur III 333 1\*

— assumpsit tantum defectus poenales naturales III 332 b sq. 342 d. 3 — non debuit assumere omnes defectus, ut eos curaret III 333 1\* — non debuit assumere quosdam defectus, qui potius impedivissent nostram salutem operandam *ib.* 3\*, 4\*. 337 6\* — potuit assumere defectum in corpore, sed non in anima III 337 6\*. 390 2\* — assumpsit defectum aetatis duplici ratione III 283 5\* — non debuit assumere defectum ignorantiae III 293 d. 5. 322 3\*. 337 a — assumpsit naturam ignorantem, non in se, sed in nobis III 337 4\* — habebat quandam ignorantiam per privationem experientiae *ib.* 2\*

19 — **Passibilitas** in Christo non est ex necessitate contracta nec inflictiva, sed re-

licta ex dispensatione voluntatis divinae et acceptata ab ipsa anima Christi III 334 b sq. 347 6\* — voluntate creata in primo instanti creationis animae elegit uniri corpori passibili propter salutem generis humani III 335 a, 5\* — eius caro habuit defectum mortalitatis et passibilitatis a suo originali principio sine novo effectu ex parte Dei agentis *ib.* 4\*, 2\* — Passibilitas carnis erat auferenda, nisi intervenisset Dei dispensatio et voluntaria acceptatio Christi *ib.* a, 4\*, 5\* — Defectus non fuerunt in Christo vi generationis *ib.* 3\* — Passibilitas non fuit omnino praeter naturam, in quantum de natura Matris erat, talem filium generare *ib.* 4\*. 350 f. 4

— recte potest dici non fuisse passibilis III 360 d. 3 — non potuit pati secundum divinam naturam I 371 1\*. III 347 4\*, 5\*. 360 d. 3 — eius anima potuit pati secundum institutionem naturae, vel secundum dispensationem misericordiae III 347 4\* — eius anima potuit pati per accidens, compatiendo carni, vel ex se, occasione accepta a corpore laeso *ibid.* — Anima non fuit passibilis nisi propter unionem sui ad corpus *ibid.* 354 3\*. 442 f. 1. 443 3\* — probabiliter statim post separationem facta est impassibilis III 443 a — Corpus non statim habuit donum impassibilitatis *ib.* 4\* — anima non poterat iterum uniri carni passibili propter divinam dispositionem *ib.* 2\*

20 — In Christo fuit vera doloris **passio** ratione carnis passibilis et virtutis sensitivae III 346 b — Negantes veritatem passionis haeretici et Saraceni destruunt christianam fidem et inferunt blasphemiam Christo *ibid.*, f. 6 — Sententia Hilarii in sensu vero exponitur *ib.* 1\*. 359 d. 4. 360 d. 3 — non exclusit miraculo sensum doloris III 347 3\*

— secundum rationem passus fuit dolorem, qui est in anima secundum se III 354 a — Quantum ad dolorem, qui est in anima ex carne, ratio Christi considerata ut ratio corpori non compatiebatur, sed considerata ut natura et perfectio corporis patiebatur, corpore patiente *ibid.*, 4\*, 5\* — Passio se extendit ad totam animam et ad ipsam superiorem portionem rationis consideratam per modum naturae III 356 a sq.

— In superiore portione rationis erat simul gaudium fruitionis et dolor passionis, in quantum non sunt affectiones contrariae, nec utrumque per se inest *ib.* b — eius anima in morte fuit beata in se, sed subtrahata redundantia in partem sensibilem III 438 4\* — Anima non fuit derelicta a Deitate solvendo vinculum unionis *ibid.* — Anima tam in corpore quam separata gaudebat perfectione contemplationis III 458 4\* — Gaudium fruitionis non diminuerebat dolorem passionis III 356 b, 3\* — Dolor erat obiectum gaudii *ib.* b, 2\* — potuit habere simul utrumque, in quantum erat simul in duplici statu viatoris et comprehensoris *ib.* b. 357 4\* — Consummata gloria, ablata fuit omnis passio III 357 4\*

— Dolor passionis fuit acerbissimus et



acutissimus ratione causae doloris, modi patiendi et conditionis patientis III 349 a. 358 b — eius dolor quodammodo mitigabatur quantum ad repugnantiam rationis voluntate desiderante, caritate adiuvante, recompensatione et spe; sed non quantum ad experientiam sensus III 349 b — eius dolor pensandus secundum complexionem eius nobilissimam et sensus vivacitatem III 348 f. 3, 4. 349 1\* — adeo cito mortuus est propter acerbitatem doloris III 348 f. 6 — sustinuit omnes dolores quantum ad aequivalentiam acerbitatis *ib.* f. 2 — passus est secundum partem sensualem et rationalem III 353 f. 4, 5 — passus est corporis afflictione et sanguinis effusione IV 257 a, 4\*

— habuit dolorem passionis et compassionis tam in sensualitate quam in ratione, sed ordine originis inverso III 358 b — Dolor passionis maior fuit in sensualitate, dolor compassionis maior in rationali *ibid.* — Intensior fuit dolor compassionis quam passionis *ibid.* sq. — Passio Christi comparatur mari propter poenaltatis amaritudinem et flumini propter caritatis dulcedinem I 4 a

— assumpsit poenas voluntarie pro reparanda humana natura III 331 2\* — sustinuit improprium et poenam non ex merito vel necessitate, sed ex mera benignitate III 263 3\*, 4\* — Mors et passio inflictæ est propter peccatum præcedens in altero, quia ordinata erat ad redimendum genus humanum II 851 a — eius passio habet causam in genere moris in nobis, in genere naturæ vero in ipso eius corpore III 352 5\*

— Ante assumptionem non fuit necessarium eum pati nisi necessitate finis III 351 a — assumpsit necessitatem patiendi ratione compositionis naturalis corporis assumpti *ibid.* — habuit necessitatem patiendi non ratione personæ, sed naturæ assumptæ *ib.* b, 1\* — habuit necessitatem patiendi respectu virtutis naturalis, non respectu voluntatis III 351 b, 352 3\*. 359 d. 1 — Necessitas patiendi non fuit contracta III 351 b. 352 5\* — Necessitas patiendi non minuit voluntarium nec meritum III 352 6\* — habuit quoddam debitum moriendi pro nostra salute ex caritate, quod non diminuabat de ratione meriti III 395 d. 4

— Passio erat acceptabilis in quantum voluntaria III 401 4\*. 428 1\*, 2\*, 3\* — eius passio et eiusdem memorialia sunt pigmenta suavitatis coram Deo IV 2 a — In eius passione relucet abiectio, humiliatio et divinæ voluntatis impletio III 428 a

— Passionis Christi memorialia sunt Sacramenta significantia præteritam passionem IV 2 a — eius passionis memoriale est in scripto, in verbo et in Sacramento IV 290 b — Sanguis de latere profluens significat Sacramenta IV 3 a — Sanguis, qui fluxit de latere Christi, non habuit proprie rationem figuræ respectu eucharistiæ nisi ratione modi emanandi IV 182 b, 5\*. 259 5\* — eius passio præfiguratur per agnum paschalem IV 182 4\*

21 — **mortuus** est per separationem non Divinitatis, sed animæ a carne III 46 f. 3. 51 3\* — Anima in morte non debuit separari a Verbo III 437 a sq. — Unio animæ cum Verbo non solvitur, in quantum est supernaturalis III 438 3\* — dicitur ponere animam ratione carnis assumptæ virtute Deitatis III 437 1\*. 446 d. 1, 2 — Filius Dei vere dicitur mortuus secundum naturam humanam per idiomatum communicationem III 446 a. 447 d. 3

— Mors Christi in genere moris fuit simpliciter bona ratione auctoris boni I 860 d. 2. III 386 2\*. 433 d. 4 — Mors a parte sustentis fuit accepta, a parte infligentium tantum permissa III 433 d. 3 — dicitur traditus in mortem a Patre solum permittendo et acceptando eius voluntatem III 428 1\*. 433 d. 3 — Occisio Christi ex parte Iudæorum et ut opus operans erat simpliciter mala I 860 d. 2. 861 d. 3. III 433 d. 4 — Occisio Christi omnibus Iudæis imputatur, sed simplices aliquo modo excusabantur II 934 d. 3 — Crucifixores quodam modo excusabantur per ignorantiam III 394 d. 2. 404 3\*. 429 6\*

— in triduo mortis non erat simpliciter homo III 138 f. 2. 141 3\* — in triduo non poterat dici homo secundum prædicationem simpliciter actualem, erat vero secundum prædicationem aptitudinalem, immo quodam modo secundum actualem, in quantum erat persona in actu III 451 b — Anima in triduo non uniebatur Christo ut forma materiæ III 453 4\*, 7\* — In triduo anima et corpus quodam modo erant unita in hypostasi III 453 4\* — In triduo non poterant dici de Christo idiomatica animæ et corporis nisi per synecdochen *ib.* 7\*

— In morte Deitas non fuit separata a carne III 439 a — Caro post separationem animæ vere mortua fuit, quia non erat vivificabilis a Divinitate unita III 444 b sq. — Caro conservabatur a Divinitate unita a corruptione, sed non per operationem vitæ III 445 4\* — Persona dicitur hypostasis carnis separatae in obliquo III 440 4\* — eius caro, dum erat mortua, erat nobilior substantiis viventibus, quia erat Divinitate unita et habebat ordinem ad nobilissimam vitam III 445 3\*

22 — **Resurrectio** Christi constat per testimonia Apostolorum et per pietatem fidei IV 883 b sq. — debuit statim resurgere IV 887 2\* — Resurrectio non debuit fieri statim post mortem, sed tamen accelerari, ut constaret de illius veritate III 457 a sq. 463 b — non fuit in sepulcro tres dies integros III 457 b — utrum surrexerit media nocte, an in aurora *ibid.* — Nihil de carne Christi vel sanguine secundum speciem mansit in terra IV 287 d. 2 — Sanguis vere resurrexit in Christo IV 908 b — eius resurrectio est causa nostræ III 247 f. 3 — eius resurrectio est dupliciter causa efficiens et exemplaris nostræ resurrectionis IV 895 a — Resurrectio provocat ad iustitiam, per quam acquiramus gloriam similem, et dirigit ad ambulandum in novitate vitæ III 401 a

23 — **descendit** ad inferos secundum animam Divinitati unitam III 46 f. 4. 437 f. 2 — Licet anima statim facta sit impassibilis, non debebat statim evolare III 443 4\* — descendit ad partem inferni, in qua erant iusti, qui appellatur limbus, propter victorum consolationem et confutationem adversariorum III 459 b. 462 1\* — ad ostendendum non tam virtutem quam dignationem III 459 3\* — descendit ad inferos non ex impotentia, sed ut faceret alios ascendere III 460 4\*

— ei competit ascendere et descendere secundum divinam naturam relatam ad humanam III 465 d. 4 — dicitur exaltari per ascensionem secundum naturam humanam, secundum naturam divinam vero quantum ad cognitionem nostram III 395 d. 3 — eum descendere et ascendere non dicit minorationem Divinitatis factam, sed apparentem, et exaltationem manifestatam III 465 d. 4 — Christo soli convenit ascendere in caelum propria virtute *ibid.* — dicitur sedere a dexteris Patris secundum divinam quidem naturam propter omnimodam æqualitatem, secundum humanitatem autem propter excellentiam in loco et dignitate II 85 d. 2. III 395 d. 3

24 — secundum humanitatem localiter non est nisi in uno loco III 454 b. 465 d. 3 — est in uno loco tantum definitive IV 221 a — in uno tantum loco est secundum apparitionem sensibilem, in multis secundum veritatem IV 220 1\* — Christi anima non est, ubicumque est Verbum III 317 6\* — homo potest dici esse ubique ratione personæ, vel per communicationem idiomaticum, non vero, esse ubique homo I 643 5\*. III 455 a, 3\* — dicitur esse totus ubique, sed non totum sive quantum ad utramque naturam III 465 d. 3 — sacramentaliter est in pluribus locis, personaliter ubique III 454 b sq.

— secundum humanam naturam est in empyreo, excellentissimus loco et dignitate II 85 d. 2 — dicitur semper fuisse totus in caelo non secundum quascumque partes naturæ, sed secundum perfectionem personæ III 465 d. 2 — localiter est in caelo, personaliter ubique, sacramentaliter in altari III 455 a. IV 221 a. 223 3\*. 235 b — erat in sepulcro ratione carnis unitæ III 439 f. 2. 453 5\* — in triduo erat in sepulcro ratione corporis, in inferno ratione animæ III 454 b

— secundum Divinitatem est in omnibus per essentiam, in iustis per gratiam, in Christo per unionem IV 221 a — secundum Divinitatem est cum omnibus hominibus, secundum gratiam non est semper cum omnibus fidelibus, sed secundum humanitatem est cum omnibus credentibus usque in finem, non visibiliter, sed sub Sacramento IV 216 f. 3 — ante passionem erat cum discipulis ut socius, post eandem ut dominus et quasi extraneus IV 186 4\* — in passione recessit a nobis *ibid.*, 5\*

25 — **apparuit** in aliena forma, qua se occultabat, quin sensus deciperet IV 286 d. 1 — secundum naturam assumptam et corpo-

ream apparebat sensibus, secundum divinam autem naturam omnem sensum latebat III 518 b — Divinitas Christi non cognoscitur nisi per fidem III 518 b, 4\*. 519 3\*, 4\* — eius sanctitas omnibus ex eius operibus constare poterat, quamvis lateret eius Divinitas II 934 d. 3 — In iudicio eius Divinitas videbitur a solis bonis in propria forma IV 986 h — apparebit secundum humanitatem in forma gloriosa bonis et malis IV 987 b — Cicatrices et crux signa erunt passionis praeteritae, sed gloriae praesentis *ib.* 1\* — omnibus apparebit gloriosus, sed bonis blandus et malis terribilis *ib.* 5\* — Aspectus humanitatis Christi spectat ad gaudium accidentale III 25 4\*

26 — est **medius** inter divinam naturam et humanam non tanquam natura tertia ex utraque, sed tanquam una persona in duabus naturis est medius ratione utriusque naturae III 410 b — quantum ad proprietates duabus naturis conformes est medius inter Deum et homines secundum naturam humanam *ibid.* 411 1\* — est mediator inter Deum et homines solum secundum naturam humanam et diversas proprietates, in quibus communicat cum Deo et hominibus III 410 b sq. 411 2\*, 3\* — est mediator reconciliationis per unionem divinae naturae cum humana in unitate personae III 49 f. 5. 262 f. 4. 410 b. IV 500 b — sine unione ad Divinitatem non habuisset potentiam ad eripiendum genus humanum, nec officium mediatoris ad reconciliandum III 437 b — propter officium mediatoris debebat experiri divina et humana III 356 b

27 — est **Redemptor** ratione personae secundum utramque naturam III 635 b — dicitur Redemptor quantum ad solutionem pretii ratione humanitatis, quantum ad donationem gratiae ratione Divinitatis IV 131 2\* — est noster Redemptor ut auctor secundum Divinitatem, ut executor redemptionis secundum humanitatem III 409 a sq. — solus est Redemptor secundum auctoritatem simul et executionem *ibid.* 413 d. 5 — habuit officium ministri in agendo, pugilis in patiendo, redemptoris in moriendo IV 622 2\*

28 — est verus **sacerdos** significatus per Melchisedech III 82 a. 83 f. 4. 84 b — dicitur magis sacerdos secundum ordinem Melchisedech quam Aaron IV 183 b. 612 b. 618 1\* — fuit rex et sacerdos IV 612 5\* — in triduo mortis non fuit sacerdos actu III 453 6\* — est Angelus, per cuius manus sacrificium perfertur in caelum IV 233 d. 4

29 — Sacramenta procedunt a Deo ut efficiente, a Christo vero ut mediatore et promerente I 2 b — Ex Christi morte Sacramenta habent efficaciam vivificandi IV 2 b — Ex Christi morientis latere formatur Ecclesia, sicut Eva ex latere Adae dormientis II 433 a

— voluit baptizari baptismo Ioannis, ut suo materiam praepararet sanctificando aquam IV 57 3\* — debuit circumcidi ad eruditionem nostram triplici ratione IV 84

3\*. 151 b. 199 d. 2 — suscepit baptismum et eucharistiam sacramentaliter tantum et non rem IV 206 b, 4\*

— vivificavit nos assumendo vitam nostrae naturae et impertiendo nobis vitam gratiae III 7 b — Deus convivificavit nos in Christo et cum Christo et per Christum in eius incarnatione, conversatione et passione III 2 a. 7 a — Deus vivificat nos secundum Christum per eius imitationem secundum virtutes et dona, quae Christus exercuit et docuit III 2 b. 7 a

— potuit sanare homines et vivificare per unctionem spiritualem et virtutem vitalem IV 2 b — congrue assumpsit poenitates ad curandam nostram aegritudinem III 331 3\* — per vetustatem poenae cum novitate gratiae liberavit nos a vetustate duplici poenae et culpae III 341 d. 4 — curavit morbum per congruentissima remedia III 331 3\*. 428 a — sanat nos per gratiam et regenerat spiritualiter per Sacramenta III 43 2\*

— tribus generibus peccatorum tentatus vicit diabolum, sicut iste vicerat Evam II 517 b — sua prudentia vicit diabolum, qui deceperat hominem III 428 a — per infirmitatem vicit adversarium, unde manifestatur fortitudo divinae potentiae I 5 a sq. — vicit mortem et auctorem mortis per humilitatem et potestatem, patiendo et resurgendo III 414 d. 5 — vicit hostem per fortitudinem iustitiae, non potentiae III 331 4\*

— ut homo remittit poenam, ut Deus culpam III 284 b — habet potestatem dimittendi peccata in forma hominis, sed non secundum hominis formam III 227 4\* — ut homo non habet potestatem effectivam dimittendi peccata, sed dispositivam per modum meriti III 400 b. 401 2\*, 3\*. IV 130 b — ut homo habet potestatem excellentiae dimittendi poenam IV 130 b sq. — solus habet clavem excellentiae IV 470 a, 2\*. 482 d. 2. 500 b

— est iudex secundum Divinitatem per naturam, secundum humanitatem constitutus per gratiam IV 895 a — fert sententiam secundum humanam naturam *ibid.* — ut homo communicatam habet auctoritatem et potestatem divinam IV 984 b — secundum humanam naturam habet omnem potestatem quantum ad potentiam praesidendi III 326 d. 4 — induit fortitudinem iustitiae in merito, potentiae in praemio III 331 4\*

— est fluvius, qui crevit in lucem et solem I 2 b — est fluvius Dorix medicinalis *ibid.* — fluvius Tigris I 3 a — est sagitta *ibid.* — significatur ligno vitae II 428 d. 4 — est lignum vitae in medio paradisi Ecclesiae II 708 d. 2 — est fundamentum spiritualis aedificii ut locus, in quo stabilitur IV 583 a

30 — dicitur **caput** respectu Ecclesiae ratione conformitatis naturae, ratione principiandi et influendi sensum et motum III 284 a sq. — est caput nostrum, sed non simpliciter eiusdem naturae III 210 5\* — est caput totius Ecclesiae, in quantum

omnes ab eo accipiunt II 786 a — est caput ut principium naturae et gratiae III 285 3\* — potius dicitur caput quam cor III 289 1\* — ut caput influit sensum et motum spirituales per fidem et dilectionem III 289 a sq. — Accipimus de gratia Christi non ut a substantia, sed ut a principio III 292 d. 3

— coepit esse caput ex tempore III 283 f. 1 — Gratia capitis inest Christo secundum quod homo III 283 f. 2 — secundum utramque naturam III 236 b. 635 b — Gratia capitis secundum rationem principiandi competit Christo ratione naturae divinae, secundum conformitatem vero ratione naturae humanae III 27 7\*. 284 b — secundum humanam naturam potest dici principium membrorum quantum ad esse gratiae III 285 3\* — Influit sensum et motum in Ecclesiam competit ei secundum divinam et humanam naturam diversimode III 284 b — ut homo praeparavit gratiam merendo et satisfaciendo, ut Deus eam confert III 284 b

— Gratia capitis redundat diversimode in Angelos et in homines et aliter in eos qui eum praecesserunt, aliter in eos qui sequuntur III 289 b. 290 6\* — influit in Angelos quoad praemium accidentale de sua restauratione *ibid.* 290 ad 3\*, 4\* — est caput Angelorum et influit in eos secundum naturam divinam et etiam humanam III 290 3\*

— ut caput secundum humanam naturam est in singulis membris spiritualiter per fidem et dilectionem III 285 2\*, 4\*. 290 5\* — secundum quod caput non est incircumscribitus III 285 2\* — non debet uniri singulis hominibus sanctificandis sicut Spiritus sanctus, in quantum sanctificat ut causa meritoria III 265 4\* — habitat in cordibus fidelium non corporaliter, sed spiritualiter III 285 2\*. IV 287 d. 3

— iungit homines cum Deo in conformitate voluntatis, non naturae III 414 3\* non est simpliciter unum cum membris, sed unum efficit corpus I 546 4\* — non ad nos finaliter ordinatur, sed nos ad ipsum tanquam membra ad caput III 706 3\* — potest sibi unire membra dispositive et effective III 290 2\* — est sponsus Ecclesiae IV 654 a — habuit Synagogam ut concubinam *ib.* b

31 — est nostrum **exemplar**, ad quod debemus respicere in credendis et expectandis et operandis III 246 a. 626 f. 4 — eius humanitas est exemplar excitativum virtutum III 776 b — fuit exemplar etiam eorum qui eum praecedebant III 246 4\* — dedit nobis exemplum specialiter in virtute humilitatis, patientiae et pietatis III 331 a. 754 d. 1. 776 b — factus est parvulus, ut superbiam extirparet et humilitatem commendaret III 91 b — ad humilitatis exemplum omne, quod suum est, Patri attribuit I 213 5\* — recusavit honorem regalem propter humilitatis exemplum IV 612 b — ipse pauper et mendicus fuit, sed ad hoc alios non arctavit *ibid.* — quaedam fecit ad nostram eruditionem et non ad



imitationem III 421 5\*. IV 84 3\*. 199 d. 2 — Non omne factum Domini est praeceptum IV 199 d. 2 — conformamur Christo per remotionem a malo et per ordinationem ad bonum quoad intellectum et affectum III 237 b — Imitatio Christi attenditur maxime in crucifixione sui III 783 b. 784 4\*

32 — poterat mereri, in quantum erat in statu viatoris III 384 2\*, 5\* — non meruit secundum actum caritatis, qui pertinet ad praemium substantiale III 388 f. 5, 2\* — a principio suae conceptionis meruit, in quantum habuit habitum gratuitum, quo fuit dignus praemio III 381 a — probabiliter in primo instanti conceptionis et infusionis animae exivit in actum meriti *ibid.* — post conceptionem habuit usum et exercitium merendi II 926 f. 3. III 384 a — Infinitas meriti Christi consurgit ex unione illius animae ad personam divinam III 279 b. 280 3\* — Meritum humanitatis Christi maximum I 4 a — in merito non profecit, quia non sibi, sed nobis meruit III 392 2\*

— proprie non meruit sibi praemium substantiale III 388 b — Unio praecedit omnia merita secundum ordinem naturae *ibid.* — prius ordine naturae habuit gloriam quam usum liberi arbitrii III 389 4\* — sibi non meruit, nisi faciendo debitum pluribus modis quod iam debitum erat III 384 a, 3\*, 4\*. 390 3\* — meruit sui corporis glorificationem in agendo et patiendo III 390 b — Glorificatio corporis cadebat sub merito, in quantum non necessario comitabatur unionem *ib.* 2\* — Christo maxime conveniebat habere corporis glorificationem per merita III 391 4\* — non indigebat meritis ad sui glorificationem, sed eam meruit necessario ex sufficientia suorum meritorum III 391 5\* — Glorificatio corporis non fuit principaliter movens ad passionem, sed per modum consequentis III 390 1\*. 391 6\* — quomodo per passionem meruerit sui nominis clarificationem III 394 d. 2

— Meritum Christi consistit in passione, per quam nos redemit, et in actione, per quam nos informavit I 4 a — Passio fuit maxime meritoria ratione sustentiae et complacentiae voluntatis III 386 a, 2\*, 3\*. 395 d. 4 — meruit nobis faciendo de non debito debitum III 384 a. 393 4\* — nobis meruit gratiae infusionem, gratiae provectionem, bonorum operum multiplicationem secundum triplicem modum merendi de condigno III 384 a — Super merita Christi fundatur efficacia omnis meriti III 393 5\* — Meritum et satisfactio est infinita quantum ad sufficientiam III 279 b

— In Christo facta est reconciliatio III I a. IV 500 b — est secundus Adam, reparans et exaltans humanam naturam III 27 6\* — ad reparationem generis humani debuit habere veram animam III 47 a — veram naturam communem III 48 f. 4 — Humana natura in Christo nunquam indiguit reconciliatione, sed erat iramunis ab omni culpa III 411 4\* — eius sanctitas necessaria ad opus redemptionis IV I b sq. — se obtulit Deo pro omnibus hominibus IV 2 a — ad redemptionem exposuit cor-

pus et animam IV 257 a, 4\* — vitam suam pro nobis posuit, sed non amisit III 706 1\* — maxime nos dilexit in passione I 4 a — dilexit nos, cum essemus iniusti et peccatores III 626 f. 4

33 — oportuit esse Deum et hominem, ut pro hominibus **satisfaceret** III 26 4\*. 423 a — solus potuit satisfacere IV 470 a — solus ut Deus et homo potuit satisfacere pro peccato originali ratione suae munditiae et gratiae capitis III 426 a — solus potuit satisfacere pro peccatis actualibus quantum ad offensam *ibid.* — pro nobis satisfecit, in quantum Deus eum magis appetiatur quam totum genus humanum III 705 f. 3

— poena sua satisfecit pro nobis IV 530 f. 6 — satisfecit pro nobis modo congruentissimo et a Deo maxime acceptando III 427 b sq. IV 130 b — praecipue meruit et satisfecit pro nobis per tolerantiam poenalitatem III 330 f. 3, 4. 345 f. 4, 5 — maxime debuit satisfacere per mortem suam III 428 4\* — Passio Christi fecit damni satisfactionem II 676 a — Satisfactioni Christi non obstitit peccatum Iudaeorum III 429 5\*

34 — **Passio** habet virtutem iustificandi ex unione ad divinam personam III 401 4\*. IV 131 2\* — Passio est causa nostrae iustificationis per modum meriti et exempli et signi III 401 a. 412 d. 1, 2 — Passioni et resurrectioni attribuitur quaedam causalitas respectu nostrae iustificationis in quolibet genere causae, licet neutra sit proprie causa III 400 b — Passioni attribuitur ratio merendi, ratio terminandi attribuitur resurrectioni, ad quam ordinatur iustificatio III 401 a — utrique attribuitur excitatio per modum exempli et regulatio per modum causae exemplaris *ibid.* — Passioni attribuitur ablatio mali, resurrectioni collatio boni III 401 a. 407 1\*

— Per passionem aperitur lumen veritatis contra diaboli fraudulentiam, et adiutorium virtutis tribuitur contra eius violentiam III 406 4\* — Passio est exemplum provocans ad dilectionem Dei et exemplar dirigens ad moriendum peccatis III 401 a — Passio est efficacissima ad attrahendum hominem ad amorem Dei III 428 a — Passio inflamat affectum eius qui ad eam se convertit, maxime ut est in eucharistia expressa IV 290 b. 550 a

— Christi passio est fons nostrae salutis, per quam redundat in nos plenitudo gratiae III 412 d. 1 — Nulli peccatori datur gratia nisi merito satisfactionis et passionis Christi III 426 1\*, 4\* — In sola passione Christi remittitur omnis culpa IV 351 a — sua passione, quae erat Deo gratissima, in se acerbissima, nullo modo ex delicto suo, sed propter solvenda debita nostra, meruit nobis remissionem culpae et relaxationem poenae III 407 f. 3, 4. IV 130 b — Christi passione sufficienter punta sunt peccata nostra IV 98 2\*. 478 5\*. 533 1\* — Passio delet chirographum peccati, in quantum tollit reatum III 404 a — Per passionem liberamur a culpa et reatu poenae aeternae et in baptismo a

poena temporali III 407 b. 408 3\*. IV 97 b — eius passione liberati sumus a poena carentiae visionis divinae III 407 b

— Passio Christi non liberat a poena promotiva, sed ab oppressiva III 408 2\* — Passio non liberat ab omni poena temporali in praesenti, sed in futuro *ib.* 4\* — Corpus Christi non datur in eucharistia ad salutem corporum in via, sed in patria IV 265 d. 3 — non venit, ut curaret ipsam naturam, sed personas II 764 2\*. III 273 2\* — Meritum passionis Christi respicit personas, non naturam IV 97 b. 98 3\*

— per passionem meruit nobis dimissionem poenae III 393 3\* — per suam satisfactionem meruit nobis apertionem paradisi caelestis III 392 b — per passionem potius quam per actionem *ib.* 2\*, 3\* — si fuisset purus homo sine peccati originalis reatu, introisset in caelum, cum non fuisset unquam clausum ipsi, sed aliis maneret clausum III 423 5\* — est ostium paradisi de se semper apertum IV 470 1\*

— Efficacia passionis se extendit ad omnes culpas quantum ad sufficientiam, non quantum ad efficaciam III 403 1\*, 3\*. 429 6\*. 461 b — quantum ad sufficientiam delevit peccatum crucifixorum III 404 3\*. 429 6\* — quantum ad sufficientiam liberavit omnes a potestate diaboli, sed illos solos, qui sunt de eius corpore, quantum ad efficaciam III 406 a — non liberavit ex limbo nisi animas electorum III 461 b — non debuit liberare parvulos III 462 b — liberavit illos, pro quibus patiebatur quantum ad efficaciam *ib.* 5\*

— Passio non habet in omnibus efficaciam nec aequalem in omnibus IV 99 3\* — eius meritum non ordinatur efficaciter nisi his qui ei adhaerent III 428 a. 461 b. 540 b. IV 98 3\* — eius passio coniungitur animae quantum ad efficaciam mediante fide per dilectionem III 401 5\*. 412 d. 2 — iustificat ut hostia oblata, credita et amata III 412 d. 2 — Passio habet efficaciam mediantibus aliis remediis III 404 2\*

— Merito passionis Christi collata est Sacramentis gratia sanativa III I b — Passio est radix et fundamentum virtutem praebens omnibus Sacramentis IV 182 4\* — eius meritum operatur in Sacramentis et potestate clavium IV 533 b — Omnia Sacramenta habent efficaciam a passione Christi I 2 b. III 404 2\*. 406 3\*. IV 70 4\* — Passio ut satisfactio plena influit in Sacramenta, maxime in baptismum III 426 a — Christi satisfactio habet effectum plenum in baptismo, in poenitentia secundum partem IV 351 a — solvit debitum Adae in passione sua et tantum superabundavit, ut ministris communicaret virtutem solvendi a parte poenae IV 500 b — A Christi passione merita nostra habent efficaciam II 706 f. 3. 707 b — Omnis satisfactio habet efficaciam a satisfactione Christi II 786 a. IV 351 a

35 — est fundamentum gratiae et salutis per **fidem** III 385 3\* — Sine fide Christi post lapsum nemo potest salvari II 786 a. III 540 b — Christi fides fuit in cordibus

praecedentium cum III 246 4\*. 285 4\* — per fidem est caput iustorum praecedentium II 786 a. III 285 4\*. 288 4\*. 290 5\* — A Christo habebant gratiam et satisfactionem etiam qui praebant III 426 1\* — Meritum Christi ratione fidei se extendit etiam ad praecedentes III 248 1\*. 288 4\*

— Satisfactio Christi habet efficaciam per fidem et ante novam legem et etiam post IV 351 a — in cruce est botrus, qui portatur a praecedentibus et sequentibus III 290 6\*. 550 b — Deus dabat gratiam per fidem Christi ante eius passionem, sed non gloriam ante satisfactionem solutam III 393 6\*

— Mystera Christi non curiose perscrutanda III 466 b — est subiectum theologiae ut totum integrum I 7 b — Articuli septem de Christo quantum ad humanitatem secundum septem actus Christi redemptoris III 536 b — Septem articuli spectantes ad Divinitatem comparantur septem stellis, septem vero spectantes ad humanitatem septem candelabris *ibid.*

36 — **Corpus Christi** non est in Sacramento tantum sicut in signo IV 217 b — In altari est corpus Christi verum, integrum et perfectum, sed occultum IV 220 a sq. 223 2\* — Christum esse in carne sua et natura propria in Sacramento est possibile respectu divinae potentiae, congruum respectu sapientiae, utile respectu bonitatis IV 217 b. sqq. — ostendit, divinam potentiam posse super omnem potentiam operativam in conversione, super imaginativam et super intellectivam *ib.* b — Corporalis Christi praesentia est utilis ad augendum meritum fidei et inflammandam devotionem caritatis et sublevandam spei fiduciam IV 218 b

— Praesentia Christi non est intelligibilis intellectui nostro, ut est humanus IV 235 a sq. — Intellectus adiutus lumine fidei assentitur credendo et concordat ratiocinando secundum causas superiores, sed non comprehendit *ib.* b — fit intellectui apprehensibile per gratiam fidei IV 273 4\* — magis est supra intellectum quam alia mysteria, quia repugnat imaginatio IV 216 f. 6. 225 b. 230 b. 235 b — Non est consentiendum sensui, sed fidei, et ideo nihil falsitatis est ibi, sed veritatis IV 237 3\*. 273 2\*

— Corpus Christi est sub specie panis per conversionem; Divinitas, anima et sanguis per indivisionem IV 247 b. 264 b — non fit praesens per motum localem IV 221 3\*. 241 f. 3. 242 1\*. 245 a — incipit et desinit esse sub speciebus sine motu locali et mutatione sui IV 217 1\*. 309 3\* — tropice dicitur descendere et deferri ad caelos IV 242 1\*. 253 d. 4 — per conversionem non fit, sed sine mutatione sui incipit esse in altari IV 229 4\*. 230 b, 1\*. 241 f. 3. 245 4\* — fit praesens in conversione, non in usu IV 593 5\*

— est in pluribus locis, quia multa convertuntur in ipsum II 80 5\*. IV 217 1\*. 218 2\*. 220 b. 221 a sq. — non potest esse in omnibus locis I 643 a. III 465 d. 3.

IV 221 b, 2\*. — convenit esse in pluribus locis ut cibus omnium fidelium I 643 4\*. II 80 5\*. IV 218 a. 221 b — potest esse in pluribus locis ut Divinitati unitum IV 218 a *Vide supra, locus* — non est sub speciebus proprie definitive, sicut quodcumque individuum IV 221 b

— sub Sacramento est invisibiliter et insensibiliter III 164 d. 1. IV 226 d. 4. 237 4\* — Corpus Christi sub Sacramento non attingitur a visu glorioso IV 237 a — miraculose ostensum est, sed nunquam in forma, quam habet in Sacramento *ibid.* — non est visibile, non quia velatur specie, sed quia non est ibi per modum corporis sensibilis *ib.* 2\*, 4\*. 236 f. 2. 264 a — Sensu glorioso potest cognosci certis indicis praesentia corporis Christi IV 237 2\* — Corpus Christi invisibiliter contentum sub speciebus est signum corporis eius visibilis IV 226 d. 4

— datum discipulis in Coena non fuit immortale et impassibile IV 263 b — in Coena datum erat passibile, sed erat ibi impassibiliter secundum modum existendi, nec poterat ibi pati nisi secundum compositionem intellectam circa subiectum IV 237 4\*. 264 a — in triduo mortis fasset sub eucharistia mortuum IV 264 4\* — modo est palpabile ex potestate, non ex necessitate IV 227 d. 5 — verum fractis speciebus non frangitur IV 283 b sq. — corporaliter non masticatur nisi ratione specierum IV 283 f. 2. 284 1\*, 3\*

— in altari non solum est secundum veritatem, sed etiam secundum quantitatem suam IV 220 a sq. 235 a — in speciebus habet propriam dimensionem nec illis configurari debet IV 223 f. 3, b. 235 a — non est in speciebus dimensive IV 223 b, 4\* — est in eis sicut signatum contentum in signo *ib.* 1\*. III 164 d. 1. IV 225 b. 287 d. 4 — non abstrahitur a proprietatibus absolutis, sed comparatis IV 223 2\* — est definitive, ubi est, et est in pluribus locis IV 236 f. 2 — in pluribus locis easdem habet proprietates absolutas, sed diversas relatas ad locum IV 264 a — est mobile in uno loco et immotum in alio IV 220 f. 4. 221 3\*. 264 a

— habet positionem partium in toto, sed non in loco IV 223 2\*. 225 1\*. 264 b — probabilius est totus in qualibet parte, in qua salvatur species totius IV 225 a. 236 f. 2 — sed semel tantum in toto indiviso IV 225 2\*, 4\*. 287 d. 4 — in parva parte hostiae est tantum, quantum in toto IV 220 b. 223 b, 2\*. 234 f. 4. 283 f. 3. 287 d. 4 — Existencia corporis Christi in Sacramento est supra naturam corporis glorificati et cuiusunque rei IV 235 a. 236 f. 2. 237 a. 288 d. 4

— Christi corpus est praesens, quamdiu ibi est species IV 284 3\* — continetur in speciebus inseparabiliter, quamdiu sunt Sacramentum, ubicumque ponantur IV 308 a. 310 b — non manet in illo Sacramento, nisi quamdiu est ordinabile ad manducationem hominum, quo usu cessante, redit substantia panis IV 308 b. 311 a

— Species non videntur amplius habere rationem Sacramenti, cum completa est manducatio, vel probabilius, quamdiu sunt idoneae ad refectionem humanam IV 310 b sqq. — Species non tamdiu solum continent corpus Christi, quamdiu percipiuntur sensu IV 311 a

— probabilius descendit in stomachum et manet, quousque species ibi sunt ut cibus IV 311 b — Cavendum, ne vomantur species, et vomens inste punitur *ibid.* — Corpus Christi quantum ad cibandi efficaciam non vadit in ventrem, sed in mentem, quam reficit IV 276 3\*, 4\*. 310 a — non alit corporaliter IV 276 2\* — non vadit in mentem quantum ad substantiam IV 310 a — non intrat animam corporaliter, sed spiritualiter per fidem IV 287 d. 3 — magis convenit sumi a peccatore ratione naturae rationalis quam a bruto IV 308 2\*

— est cibus actu effectus decoctione in igne passionis et compressione in torculari crucis IV 255 4\*, 5\* — caro est cibus, decoctus, cum fuit ad redimendum exposita, et reficiens in recogitatione fidei IV 204 2\* — exponitur ad cibandum, non in se nec visibiliter, sed sub Sacramento IV 216 f. 4. 221 b — vere est cibus propter coniunctionem cum Divinitate I 643 4\*. II 80 5\*. III 223 b. 401 4\*. IV 196 1\*. 216 f. 4. 218 a. 221 b. 264 4\* — non prodest carnaliter intelligenti IV 218 5\*, 6\*. III 223 b De eius manducatione *vide V. Communio* — est lignum vitae II 708 d. 2. IV 184 3\* — Caro Christi est carbo ignitus IV 218 b. 290 3\*. 292 f. 4. 293 a

— corpus nobis datur ad sumendum et Deo offerendum IV 182 3\* — exposuit humanitatem in pretium et in cibum IV 184 3\* — omnibus se offert in Sacramento, sicut pro omnibus se obtulit in cruce IV 208 a — corpus est unica oblatio in cruce et in altari IV 218 a — quotidie conficitur ut panis quotidianus IV 593 7\*

— Species visibilis est signum corporis Christi veri et mystici, corpus verum est res speciei, et signum et causa corporis mystici IV 184 2\*. 196 a. 226 d. 3 — Species ratione materiae, ex qua sunt, habent similitudinem ad corpus Christi mysticum, ad corpus verum ratione effectus, vel etiam ratione materiae IV 196 1\* — Species significant ratione substantiae, quae erat ante consecrationem *ibid.* — Species habent efficaciam respectu corporis Christi veri mediante verbo, respectu corporis mystici mediante corpore vero *ib.* 2\*

37 — Corpus verum non est proprie signum **mystici** III 210 4\* — Corpus Christi verum repraesentat corpus mysticum, prout ipsum subest speciebus visibilibus institutis, sed secundum se est effectivum IV 191 a. 196 3\* — Corpus mysticum est res huius Sacramenti ratione unionis, quae est eiusdem effectus IV 196 5\*. 213 d. 4 — Ex corpore Christi et signis fit unum Sacramentum significans unionem Ecclesiae III 164 d. 1. IV 225 d. 4

— Corpus mysticum coepit ab Abel IV 184 2\* — constat ex fidelibus puris,

## CIB

— eorum amor maximus est intentione, non radicatione IV 809 4\* — Displicentia inter coniuges mirum generat odium *ib.* a — adulteram occidere est contra legem civilem et omnino contra legem divinam et ecclesiasticam IV 807 b — debet alterum corrigere, non occidere *ibid.* 808 3\* — si per iudicium et causam procurat mortem adulterae, non iudicatur homicida secundum leges civiles *ib.* 2\* — eam quis potest occidere aut persequendo culpam, aut naturam, aut ipsum matrimonium IV 810 a — Uxoridicium gravissime punitur ad restringendam pronitatem IV 809 a. 827 d. 8

CON

— innocens non tenetur reddere debitum fornicanti, nec crimine probato, ab Ecclesia cogitur IV 735 a — innocens, cognito certitudinaliter alterius adulterio, in occulto potest vel debet ei debitum denegare IV 784 b — innocenti, qui cognito adulterio per censuram ad reddendum debitum compellitur, nullum ex hoc praedictum generatur *ibid.* — innocens propter fornicationem culpabilem alterius potest postulare divortium IV 781 b — peccans in occulto non potest iuste petere divortium ob alterius adulterium, nisi, acta ab ipso poenitentia, alter perseveret in adulterio IV 788 d. 1 — Septem casus, in quibus uxor adultera potest excipere contra virum petentem divortium *ibid.*

— propter fornicationem spiritualem non licet separari quoad cohabitationem, nisi in quantum alter per eam laeditur IV 843 d. 3 — Propter scandalum alterius aliquando debet solvi cohabitatio IV 789 d. 3. 843 d. 3 — sine peccato potest cognoscere uxorem adulterantem IV 735 3\*. 783 b — innocens potest repetere nocentem IV 786 b — innocens post divortium non debet cogi invitus ad reconciliationem, nisi ipse post divortium fornicetur *ibid.* sq.

— iniuste separati debent ab Ecclesia iterum coniungi vel ante vel post sententiam, exceptis quinque casibus IV 863 d. 1 — solutus per errorem et postea ordinatus, nisi altera possit induci ad continentiam, debet ei reddi et tenetur debitum reddere, quin possit petere IV 789 d. 4 — Contrahens cum altera prima vivente non potest eam cognoscere, etiam Ecclesia compellente IV 828 d. 12

CONIUNCTIO — dicit eandem habitudinem ex parte utriusque extremi, associatio dicit subauctoritatem in altero I 347 b — fit per aliquid, in quo extrema communicant II 26 f. 5 — Quae concurrunt ad constitutionem alienius, necesse est per virtutem alicuius coniungi II 335 f. 4 — Aliquid coniungi alteri vel est per substantiam, vel per efficaciam III 401 5\* — Separata possunt coniungi, si manet appetitus et inclinatio IV 884 6\* — supernaturalis non solvitur sicut naturalis III 437 3\* — hominum inter se vel est in conformitate naturae, vel in conversationis familiaritate, vel in sanguinis propinquitate III 653 d. 3

CONNOTATIO — Connotans effectum potest esse essentielle, aut etiam notionale I 263 3\* — Connotari dicitur aeternaliter et temporaliter I 608 3\*. II 331 d. 3 — dicitur respectu effectus praesentis vel futuri I 486 4\*. 649 4\* — non ponit realem multitudinem nisi ex tempore I 608 3\*. II 332 a — Quae connotant effectum sive ens in actu dicuntur incipere et desinere circa Deum, quae autem connotant temporale ut ens in potentia non dicuntur incipere, sed desinere, cum ens fit actu I 742 d. 4

CONSANGUINITAS — secundum legem naturae est aliquod vinculum IV 847 f. 2, 3. 848 a — facit coniunctionem in ascendendo et descendendo III 653 d. 3 — est tantum ex parte corporum III 628 f. 4 — venit ex

carnis propagine IV 857 a — est vinculum personarum ab eodem stipite descendendum, carnali propagatione contractum IV 846 a

— non oritur ex eo, quod tota substantia geniti sit secundum veritatem in generante IV 848 a — est vinculum proveniens ex propagatione carnali propter relationem ad eandem originem ut principium materiale et efficiens, et propter naturalem affectionem, quae sequitur cognitionem mutuae relationis *ibid.* — vinculum deficit, deficiente virtute assimilativa et cognitione propinquitatis et affectione naturali *ib.* b — Affectio naturalis est inter consanguineos secundum naturale inclinativum, etsi non sit secundum actum *ibid.* — non est proprie inter bruta animalia *ibid.* — non dicit vinculum secundum proprietatem absolutam, sed secundum relationem ad radicem communem *ib.* 2\* — Consanguinei diliguntur affectu naturali, sed alio modo quam coniuges IV 850 a, 2\*

— Linea est ordinata collectio personarum consanguinitate coniunctarum, ab eodem stipite descendendum, diversos gradus continens IV 846 a — In linea consanguinitatis est ordo secundum prius et posterius *ibid.* — tres lineae assignantur *ibid.* — Gradus est habitudo distantium personarum, qua cognoscitur, quata generationis distantia duae personae differunt inter se *ibid.* sq. — Toto gradu personae descendentes a stipite distant a se invicem, quoto distant a stipite *ib.* b — Pater et filius faciunt gradum IV 854 d. 2 — Secundum iura civilia gradus accipiuntur secundum numerum personarum collectarum in linea IV 846 a sq. — Quando personae inaequaliter distant a stipite, linea et gradus debent computari secundum distantiam remotioris *ib.* b sq.

— Nulli licet contrahere matrimonium cum aliqua usque ad quartum gradum inclusive IV 846 b — Matrimonium inter consanguineos repugnat bono matrimonii vel bono maiori, quod oriretur ex vinculo affinitatis IV 850 4\* — stipitis ad prolem impedit matrimonium propter dictamen naturae *ib.* a — Lege divina impeditur matrimonium per consanguinitatem usque ad secundum gradum *ibid.* — quae impedit matrimonium, non erat inter Adam et Evam *ib.* 1\* — propter statutum Ecclesiae impedit matrimonium in ulterioribus gradibus, ut dilectio dilataretur per affinitatem extra propriam parentelam *ib.* a sq. — secundum legem Ecclesiae impedit matrimonium usque ad quartum gradum inclusive IV 851 b sq. — impedimentum non debuit protendi ultra quartum gradum IV 852 a sq. — Utiliter temporibus exigentibus, impedimentum ultra quartum gradum est sublatum *ib.* b sq. — antiquitus quadruplici ex causa impediēbat usque ad septimum gradum IV 853 d. 1

CONSCIENCIA — aliquando sumitur pro ipsa lege per eam cognita II 899 a. 911 a — dicit habitum, quo conscimus vel ipsam potentiam II 899 a sq., 1\*. 909 b. 910 a —

CON

est naturale iudicatorium II 897 b. 908 f. 4 — est quaedam scientia II 898 f. 3 — habet quinque actus spectantes ad cognitionem *ib.* f. 5 — potest esse erronea, in quantum est cognitiva *ib.* f. 4

— ut habitus est in potentia cognitiva, in quantum est practica et dirigit in opere II 899 b. 910 a. 911 a — vi nominis non significat perfectionem potentiae speculativae in se, sed ut coniunctae affectioni et operationi II 899 b — ut lumen directivum ad bene agendum est in potentia cognitiva III 580 1\* — ut potentia se extendit ad cognoscenda ea tantum, quae sunt moris II 900 1\*. 910 a — dicitur regulas agendorum II 899 b

— dicit habitum naturalem, vel acquisitum II 900 1\*. 915 4\* — dicit habitum innatum respectu primorum principiorum moralium et luminis directivi, quo illi statim cognoscuntur II 903 b — dicit habitum acquisitum respectu agendorum particularium et respectu specierum ipsorum cognoscibilium *ibid.* — quantum ad quaedam, quae cognoscuntur per sui essentiam, est habitus simpliciter innatus II 904 a

— semper bonum dicitur II 897 b. 910 a. IV 1052 a — est mutabilis quantum ad habitum acquisitum II 900 1\*. 902 arg. 3, 6 — potest errare, in quantum descendit ad particulare et movetur motu collativo II 915 4\* — Error non venit ex ipsa, ut est naturale iudicatorium, sed potius ex ratione erronea et ex libero arbitrio *ibid.*

— sine synderesi ut movente principaliter non potest movere II 900 4\*. 910 3\* — Gaudere et dolere non est in conscientia nec ab ea nisi ut dictante et disponente II 900 5\* — est lex mentis ratione cognitionis praeambulae *ib.* 3\*

— potest esse bona et mala ratione habitus acquisiti, vel potius ratione potentiae II 900 1\*. 915 4\* — est bona, quando dicitur bonum, et in quantum habet quandam concomitantiam cum voluntate et affectione II 900 2\* — bona dat quandam securitatem et certitudinem de merito et praemio III 567 1\*. 580 1\* — eius securitas magnum bonum IV 437 b — Bona conscientia confortatur qui facit quod in se est ad obtinendam veniam IV 401 d. 12

— secreta est in omni natura rationali I 189 d. 4 — maxime residet in intimis animae II 234 b — non potest latere oculum proprium II 234 6\* — humanae secreta solus Deus penetrat, neque ulla creatura ea nosse potest nisi per coniecturas II 233 b — nos accusabit de occultis et secretis *ib.* 1\* — In conscientia manent bona et mala quantum ad notas et similitudines IV 900 3\* — Libri conscientiarum aperientur in resurrectione IV 899 a — In libris conscientiarum erit lectio et memoria omnium meritorum bonorum et malorum *ib.* b sq.

— in iis quae dicitur secundum legem Dei, simpliciter ligat et universaliter seu potius ligatum ostendit lege divina II 906 b — in iis quae dicitur praeter legem Dei li-

gat, quamdiu manet *ibid.* IV 211 7\* — in his quae dicuntur contra legem Dei non ligat ad faciendum vel non faciendum, sed ad ipsam deponendam II 906 b. IV 818 5\* — erronea non excusat factum iniustum III 862 3\*. IV 211 6\*

— habet vim ligandi ut quidam nuntius Dei et media inter nos et Deum II 907 3\*, 4\* — Faciens contra conscientiam facit contra legem Dei vel vere, vel interpretative *ib.* 3\* — Facere contra conscientiam semper est peccatum, non tamen facere secundum conscientiam semper est bonum *ib.* 1\* — non est lex suprema, sed supra ipsam est lex divina *ib.* 2\* — Plus standum est praecepto praelati quam conscientiae propriae *ib.* b — non facit perplexum nisi ad tempus *ibid.*

— Quod est contra conscientiam peccatum est II 906 b. IV 835 1\* — eius vinculum etiam in indifferentibus facit peccare mortaliter III 849 1\* — erronea, qua aliquis credit se teneri ad id, ad quod non tenetur, ligat IV 818 5\* — in dubio, utrum aliquid sit mortale, obligat ad illud omitendum IV 458 4\* — Quantitas peccati pensatur secundum dictamen conscientiae, ut dirigit in agendis, non ut regit in cognoscendis III 847 3\* — Faciens contra conscientiam dictantem aliquid refugendum ut contrarium iustitiae, peccat mortaliter; non vero, qui facit contra vel praeter eam dictantem aliquid refugendum, sicut quod facit aliquo modo a iustitia declinare III 847 5\*

CONSENSUS — est concordia rationis et voluntatis ad unum aliquid faciendum II 599 3\*, 893 a — dicit actum rationis ut arbitrantis et voluntatis ut praecipientis II 595 f. 3. 893 a sq. — respicit rationem, sed principaliter et completius voluntatem II 953 1\* — est actus liberi arbitrii II 595 f. 3. 599 5\*. 893 a — Ex consensu rationis et voluntatis pendet dispositio et regimen animae II 893 b

— semper sequitur cognitionem II 953 6\*. IV 707 f. 1, b — est actus voluntatis interior, qui sequitur aestimationem IV 708 4\* — verus potest elici ex aestimatione falsa IV 712 d. 3 — requirit usum rationis et discretionis IV 652 a

— deficit a ratione voluntarii per coactionem et per errorem IV 698 a. 769 a — ex parte rationis deficit propter errorem in ratione, aut propter obliquitatem in intentione IV 706 a — semiplenus propter defectum voluntatis non est actus virtutis, sed semiplenus propter defectum voliti, quod est impossibile, at plenus ex parte voluntatis, est a virtute IV 384 4\* — plenus est, cum voluntas supra se reflectitur et vult, se sic velle *ibid.* — non est in coactione sufficienti, et minus plenus est coactus per metum IV 100 b. 699 b sq. — nullo modo potest cogi II 616 b *Vide V. Coactio* — Eliciens consensum conditionatum sibi adhuc reservat consensum praestandum IV 712 d. 3 — expressus per verba de futuro non est verus consensus *tunc*, sed promissio consentiendi IV 689 a, 1\*

— Consentire alieni est velle idem quod ipse vult, aut est velle, ipsum velle III 368 b. 370 a — sensualitatis et rationis pertinet ad naturam institutam III 370 b

— interior facit peccatum, quod consistit in interiori deordinatione IV 693 2\* — Non est peccatum mortale sine consensu vero vel interpretativo II 580 f. 3. 582 a. III 718 2\* — interpretativus facere videtur mortale peccatum in inferiore parte rationis, quod tamen imputatur parti superiori II 581 b. 582 4\*. 586 d. 1 — plenus spectat ad portionem superiorem rationis II 580 f. 3. 581 a — in delectationem convenit tum superiori tum inferiori II 581 b. 582 b — semiplenus est in delectationem, plenus autem est consensus in opus II 581 b. 582 b — plenus est non tantum, cum ratio superior movet membra, sed etiam cum movetur voluntate plenaria II 582 b — plenus dicitur arma iniquitatis praebere peccato *ib.* b

— in actum prohibitum facit peccatum mortale II 505 2\*. 581 a sq. — in delectationem semper est peccatum vel mortale, vel veniale II 581 b. 582 a — in delectationem carnalem est mortale, cum haec sit via ad mortale II 580 f. 6. 582 a — verus inducitur ex diuturna delectatione, quando vult omnino in ea persistere; interpretativus vero, quando homo advertens periculum negligit eam reprimere, exponens se discrimini II 586 a — Regulae pro dubio de consensu praestito II 582 a. 586 b — adest, quando ratio post delectationis adersionem et perceptionem in delectatione persistit II 578 b — Non sentire pravas delectationes est naturae institutae, non consentiendo autem Christo aliquo modo conformamur III 370 b. 729 d. 4

CONSEQUENS — Posito antecedente ponitur consequens, sublato consequente auferitur antecedens IV 903 d. 3 — in cognitione est coniunctum cum antecedente, in voluntate autem potest ab eo separari III 570 a — si est contingens, impossibile est, antecedens esse necessarium I 677 f. 1-3. 708 b — Quod consequitur voluntatem Dei non est necessarium necessitate consequentis, sed consequentiae I 829 b. II 426 d. 1

— in privativis et contradictoriis non tenet in ipso, sed e contrario II 247 4\*. IV 583 3\* — In contrariis sequitur consequentia in ipso III 627 arg. 3 — e contrario non tenet in contrariis, sed in contradictoriis I 824 1\* — Per consequentiam in ipso ad contraria sequuntur oppositae proprietates III 570 a

CONSERVATIO — omnis rei est a Deo, sicut ipsum esse II 864 f. 2 — non est actio Dei successiva secundum id quod est, sed duratio est successiva, non ratione exigentiae ex parte Dei conservantis, sed ex parte rei conservatae II 865 1\* — Ad continuandum esse non sufficiunt principia rei, nisi conservetur a Deo II 460 1\*. 470 6\* — est supra posse naturae principiorum I 161 7\*, 9\*, 10\* — rei non est sine adiu-

torio Dei, cum ipsa rei principia a Deo dependeant II 864 f. 4. 866 2\*, 5\* — Res artefacta conservatur in propriis principii sine dependentia a potestate artificis II 866 2\*

— est formaliter a virtute rei, efficienter a Deo II 866 3\*. III 445 4\* — est a Deo tanquam ab immediato principio, concurrente virtute conservativa ipsius creaturae II 865 b. 866 4\* — quae est ad tempus, est ab ipsis rei principii II 470 5\*. 556 f. 3 — corporum est ex influentia corporis caelestis II 340 a. 346 4\*

— est a gratuita Dei influentia I 161 7\* — est a gratuita Dei bonitate, congruente natura principiorum rei II 460 b, 1\*. 866 4\* — est a gratia, quae non est habitus superadditus, sed quae habet modum naturae I 161 9\* — Divina praesentia sola conservat creaturas per propriam naturam earum II 686 5\* — est a Deo secundum idoneitatem creaturae et secundum dispositionem sapientiae suae II 866 4\*

— Deus sua gratuita bonitate cetera continet, ne in nihil cedant I 460 b — Deus dicitur conservare res ratione voluntatis I 624 a — Deus conservat res, in quantum est in ipsis I 639 a — Deus dicitur locus animae et Angeli, in quantum eos conservat II 77 2\*

— speciei est finis matrimonii IV 662 b, 4\* — speciei non est tota ratio multiplicationis numeralis in hominibus II 404 2\*. 447 3\*. 478 3\*

CONSILIUM — dicitur a consiliando III 780 f. 2-4 — est aliquid faciendi vel non faciendi vere excogitata ratio *ib.* f. 2 — est contra praecipitationem *ib.* f. 3 — est solum de contingentibus II 613 a — dicit actum consiliandi, vel terminum, vel habitum expedientem et dirigentem electionem III 781 a — comprehendit suasionem et dissuasionem I 811 6\* — in Deo dicit cognitionem rei occultae et dispositionem firmam I 432 d. 5. III 782 2\*

— accipere est ignorantiae, dare autem est scientiae I 132 d. 5. III 780 f. 4. 782 2\*. IV 953 d. 8 — quaeritur propter instructionem, vel propter auctoritatis commissionem IV 543 d. 5 — praecedit rectam observantiam vel ut inquirens, vel ut disponens III 781 4\*

— dicitur proprie de consilio evangelico, vel large pro quacumque monitione expediente ad salutem II 945 4\* — est de operibus perfectionis III 662 3\*. 782 4\*. 783 b. 784 4\*. IV 754 f. 2 — evangelica sunt de dictamine naturae in generali tantum IV 436 b — sunt de bonis et libere possunt suscipi a quolibet IV 823 b — non imponunt obligationem I 858 b. III 662 3\* — respectu boni supererogationis non habet oppositum I 810 b. 814 4\*, 6\*

— Donum consilii dirigit in eligendis arduis III 781 a. 782 4\*, 5\*. 784 4\* — dirigit secundum regulam iuris divini III 781 a sq. — Ad donum consilii accidentaliter spectat discussio, essentialiter vero electio III 751 4\*. 781 a sq. 782 3\* — proprie respicit directionem actus proprii, per



## CON

accidens autem respicit dandum vel accipiendum ab aliis III 781 b

CONSONANTIA — percipitur, in quantum una vis iudicat simul de duobus sonis IV 391 3\* — Unitas consonantiae significatur in Spiritu sancto, quae non excludit unitatem essentiae I 552 d. 8

CONSPIRATIO — non dicitur de cognitione, sed de affectu communi I 203 f. 3

CONSTELLATIONES — non habent efficaciam in homines nisi valde remote II 363 a sq.

CONSUETUDO — reddit facile id quod prius erat difficile I 30 arg. 1. II 917 d. 3. III 723 a — auget et complet aliquo modo virtutes politicas III 723 a *Ind. philos. V. Habitus* — etiam in re licita frequenter parit libidinem et contemptum III 866 4\*. 869 4\*. IV 571 d. 2 — mala attenditur in vitiosa pronitate III 80 d. 4

CONTACTUS — facit actionem et passionem, secundum quod est formae in materia IV 281 arg. 4 (b)

CONTEMPLATIO — requirit animae puritatem et inferiorum virium subiectionem II 545 b — perfecta requirit mentem purgatam per fidem et iustitiam quoad intellectum et affectum I 59 d. 1 — impeditur per phantasticam imaginationem IV 225 b — per se solam non aufert sensum doloris III 347 3\*

— potissime vigeat in statu innocentiae II 545 b — Dei cuilibet viro iusto in via ista est quaerenda II 546 6\*

— Per contemplationem Dei ordinatur anima quantum ad partem superiorem IV 559 d. 3 — Ad vitam contemplativam spectant actus purgandi, illuminandi et perficiendi, qui correspondent actibus hierarchicis et tribus potentiis animae III 746 a *Vide V. Activa Vita* — Vis contemplativa est in Angelis secundum se et ordinatur ad conversionem in Deum II 182 a

— videt Deum in effectu proprio IV 545 a — Per eam Deus videtur visione intellectuali II 223 d. 2. 546 5\* — Per eam oculi aspectus in Deum figi potest, ita quod ad nihil aliud aspiciat, cum per ablationem omnium elevatur in caliginem II 546 6\* — Per contemplationem Deus non videtur in sui essentia, sed per ignotam ascensionem, vel in effectu interiori II 544 a sq. 546 6\* — est tanto eminentior, quanto effectum divinae gratiae magis in se sentit homo, vel quanto melius scit considerare Deum in exterioribus creaturis II 545 a

CONTEMPTUS — *vide V. Aversio*

CONTENTIO — impugnat veritatem I 25 d. 7

CONTERMINATIVE — dicitur aliquid esse in loco vel privative tantum, quia nec excedit nec exceditur, vel positive, quia totum in toto et pars in parte IV 223 4\*, f. 3

CONTIGUA — sunt quorum ultima sunt simul II 82 arg. 2. IV 249 b. 4028 b

CONTINENTIA — est prima virtus in acquirendo III 734 a — non habet excessum in suo actu III 743 4\*. IV 373 8\* — datur a Deo non infundendo, sed cooperando III 723 2\* — nullo bono temporali potest com-

pensari IV 825 b sq., 2\* — carnis, quae est annexa virtuti mentis, secundum regulam fidei servanda est magis quam vita corporis III 853 6\*

— est virginalis, vidualis et coniugalis IV 717 f. 2. 835 f. 4 — In continentia maxime distinguuntur status, quibus debetur praemium fructus maioris et minoris IV 757 a — vidualis est maior quam coniugalis, et virginalis maior quam vidualis *ibid.* 668 2\*. 763 d. 3 — Tempore naturae institutae et corruptae in statu primo non erat perfectius continere quam nubere IV 665 2\* — perfectior est apud fideles quam apud infideles IV 835 b

CONTINERI — localiter non potest esse mutuum in creaturis corporalibus I 353 d. 40 — dicitur quod est in aliquo integraliter vel causaliter III 809 d. 5

— Continens est maius, vel aequale illi quod continet IV 234 f. 3. 235 b

CONTINGENTIA — opponitur certitudini, quae est ex parte rei I 712 a. 723 d. 6 — Contingens futurum non habet esse nisi indeterminatum II 496 a — potest esse verum immutabile I 679 6\*. 712 a. III 509 1\* — Quod de sui natura est contingens, cum transit in praeteritum, est necessarium III 248 4\* — Quod est contingens quantum ad esse absolutum potest habere ordinem necessarium I 675 b. 786 4\*. 841 1\* — Actus contingens potest esse tum circa contingens, tum circa necessarium II 612 b sq. — stat cum omni necessario III 510 3\* — Totum copulatum ex necessario et contingenti denominatur contingens I 246 6\*. 522 a. 678 b sq. 707 a. III 510 b

— de se habet causam indeterminatam et fallibilem II 194 b — Liberum arbitrium de se est causa contingentium I 674 f. 2 — Humana voluntas habet contingentiam in effectu et in actu suo, divina vero tantum in effectu I 799 4\* — non est in aeterno, nisi in quantum connotat temporale I 679 7\*

— respectu divinae praescientiae non habet necessitatem consequentis, sed consequentiae I 675 b. 840 b — ut pendet a libertate divinae voluntatis, potest esse causa necessarij III 248 4\* — manens contingens potest a Deo certo praevideri et ordinari I 676 5\*. 678 a sq. 689 3\*. 699 d. 5. 707 b. 708 b. 723 d. 6. 840 b. III 509 b, 2\*. 510 3\* — Futurorum contingentium praecognitio certa est solius Dei vel a Deo II 137 b. 495 a — non potest certo sciri a creatura in se ipsa II 420 2\*. 429 d. 2. 194 f. 2, b

CONTINUARI — non dicit iterationem nec successionem I 187 4\*

CONTINUUM — venit ab unitate materiae secundum esse II 303 arg. 4 — omne est divisibile mathematice secundum intellectum, vel naturaliter secundum actum IV 1024 3\* — In continuo non possunt signari duo indivisibilia, quae se habeant consequenter, quin ipsum dividatur IV 250 a sq. — est divisibile in infinitum secundum partes proportionales, sed non secundum partes aequales II 811 3\*. 833 b

## CON

— non potest esse totaliter divisum in actu I 661 b. 773 6\*. III 310 f. 5 — In divisione continui est status naturalis quantum ad partes secundum formam IV 225 2\* — Continui divisio facit numerum corporum eiusdem naturae II 352 1\* — Corpus continuum subtile potest moveri pluribus simul motibus *ib.* a, 2\*

CONTRACTUM — dicitur, quod est in nobis a natura generantium II 768 2\*. III 334 f. 5. 335 a *Vide V. Poena*

CONTRAHENS — non semper addit aliquid absolutum II 604 3\*

CONTRARIA — curantur contrariis III 331 3\* — unum non expellitur perfecte nisi per contrarium I 251 arg. 4 — unum non potest informare aliquid, nisi prius aliud intelligatur expulsum IV 426 a — non intelligitur expulsum ab aliquo, nisi contrarium prius intelligatur egredi a suo principio *ibid.* *Vide Ind. philos. V. Opposita*

— quaedam in materia nullo modo resistunt formae, quaedam resistunt inductioni, quaedam solum actui formae IV 391 5\* — resistens inductioni formae facit successionem in inductione. *ib.* 4\*, 5\* — non pugnant inter se, quando non habent contrarios appetitus interminatos II 466 2\*. IV 4023 1\* — In contrariis resistentia confert ad operationem I 835 d. 3. II 29 2\* — Per contrarietatem corpora possunt ad se invicem agere et pati II 421 f. 1. 466 2\*. III 442 f. 2. IV 281 arg. 4 b. 932 f. 4 — Contrarietas est causa corruptionis I 459 arg. 4. II 464 4\*. 466 2\*. IV 281 arg. 2 a. 1022 b — non est in natura caelesti I 461 4\*. II 421 arg. 3, f. 1. 422 b. IV 1022 b

— non est in contrariis affectionibus, quae sunt in diversis voluntatibus, si una alteri sit subiecta III 356 b, 2\*. 369 1\*, 4\*, 5\* — omne, quod est praeter veritatem sacrae Scripturae, est ei contrarium I 217 d. 2

CONTRITIO — est dolor voluntarie assumptus pro peccatis IV 383 f. 1. 393 2\* — per essentiam est dolor generatus ex dissensu voluntatis rationalis in ipsa voluntate IV 383 b. 386 1\* — dicit dissensum a re ut nunc non voluta et coniuncta IV 383 f. 3. 384 3\* — Contritus non vult voluntate absoluta non peccasse, sed velleitate ob defectum voluti IV 384 4\* — est dolor de praesenti secundum aspectum cum certitudine *ib.* 5\*. 393 2\* — non consistit in pudore, qui sequitur dissensum ob peccati turpitudinem, nec in gaudio, quod consequitur ob elongationem a peccato IV 384 1\* — eam sequitur passio sensibilis, quin sit de essentia *ib.* b sq. 386 1\*, 3\*. 387 b — frequenter habet magnam laetitiam coniunctam IV 384 1\*. 393 5\*. 400 d. 10 — est in irascibili, sed simul est dolor quidam in concupiscibili, imperatus a poenitentia IV 386 3\*

— est dolor, qui terit cor, vel peccata in corde IV 398 d. 3 — non dicitur proprie a contritione peccatorum IV 384 b — Conteritur cor peccatoris ut vas plenum



veneno a duplici mola spei et timoris *ibid.* sq. — est fractio in minores partes, ut totus liquor effundatur IV 385 a — non dicitur attritio, quia partium tritarum est unio, ut fiat novum vas *ib.* b — est in poena aeterna et per gratiam *ib.* a

— est motus virtutis poenitentiae IV 386 a — est detestari culpam sive peccatum, quia Dei offensivum, ad reconciliationem et emendam IV 322 a. 386 a, 3\* — supponit spem veniae IV 390 1\* — fit timore et spe ut duplici mola IV 392 f. 3 — oritur ex cognita gravitate peccati et misericordiae abundantia IV 542 d. 4

— est actus virtutis poenitentiae formatae, attritio est actus informis IV 104 d. 1 — oritur ex adventu gratiae ad detestationem peccati IV 394 f. 2. 428 b. 447 3\* — est actus formatus a gratia adveniente prius natura quam potentia, sicut dispositio intermedia IV 429 1\* — est simul cum infusione gratiae IV 386 2\*. 422 f. 3, 4. 423 4\*. 424 6\*. 428 b, f. 2. 430 3\* — Dolor de culpa ut Dei offensiva non est sine gratia gratis data II 177 a

— est unus actus, in quantum plura accipit sub una ratione IV 391 3\* — licet sit actus successivus, tota et simul procedit a gratia et libero arbitrio *ib.* 4\* — Quantum ad durationem est successiva *ib.* a — eius esse ut actus est in instanti *ibid.*, f. 3 — in fieri quoad praeparationem est successiva, sed quoad inductionem formae fit in instanti *ib.* a — habet dispositionem contrariam in subiecto, sed nullo modo resistentem inductioni eius *ib.* 5\* — usus impeditur per pronitatem *ibid.*

— **necessaria** est in iustificatione, qua liberum arbitrium concordet gratiae expellenti peccatum IV 422 b. 428 f. 2. 550 a — debet praecedere actus aliarum virtutum IV 422 f. 2. 423 3\*, 4\* — non est necessaria ut pars Sacramenti, sed ut actus virtutis IV 424 6\* — magis respicit poenitentiam ut virtutem quam ut Sacramentum, et sic est de lege naturae IV 436 5\*

— Praeceptum contritionis est affirmativum, nec deleta culpa, obligat ad semper IV 393 a — debet semper esse in habitu, sed in actu pro loco et tempore *ib.* 1\* — ut pars poenitentiae purgativa culpae obligat solum semel, sed ut motus interior voluntatis, qui est poena satisfactoria, impetrativa augmenti gratiae et gloriae, obligat semper *ib.* 3\* — ut medicina praeservativa et meliorativa semper habenda est *ib.* 4\* — non semper est necessaria quantum ad gemitum et planctum vel dolorem sensibilem *ib.* 5\* — exercenda ab imperfectis *ibid.*

— debet praecedere baptismum in adulto, qui habet mortale IV 405 b — perfecta non est necessaria ante baptismum IV 104 d. 4 — debet praecedere confessionem quantum ad detestationem peccati, non quantum ad informationem gratiae IV 447 3\* — Confessio non primo efficit contritionem, sed auget IV 668 1\* — Contritus non debet accedere ad communionem ante confessionem nisi in necessitate IV 401 d. 12

— **Obiectum** contritionis sunt peccata tantum IV 398 d. 3 — Contritione deflenda sunt etiam sequelae et poenae actae IV 400 d. 9 — Quaedam peccata debent singula revocari et defleri, quaedam in genere, non secundum circumstantias IV 399 d. 8 — non oportet esse singillatim de quolibet peccato, sed sufficit, ut sit de omnibus IV 571 d. 4 — non est necessaria de peccato originali IV 32 b. 404 a sq.

— habet **quantitatem** virtutis IV 394 b — potest intendi et augeri sicut virtus poenitentiae *ibid.* 395 4\* — Ex aequali virtute potest procedere motus ferventior secundum cooperationem liberi arbitrii IV 396 b — potest intendi per assuefactionem *ib.* f. 4 — non intenditur respectu peccati expellendi ut obiecti, sed secundum virtutem, a qua oritur *ib.* 1\* — eius augmentum est a Deo effective, a libero arbitrio dispositive, a gratia complete IV 395 4\*

— tantum est Deo accepta, quanta est gratia IV 386 b — ut displicentia rationis mensuratur secundum quantitatem caritatis IV 387 b — Dolor sensibilis non consequitur amorem, sed affectionem et experimentalem cognitionem divinae dilectionis *ibid.*

— Peccatum debet displicere rationi super omnia IV 388 a — In casu necessitatis praeeligenda est omnis poena pro satisfactione peccati praeteriti *ibid.* 389 4\* — Dubitatio et timor naturalis de displicentia summa stat cum caritate IV 388 a — In confessione nunquam interrogandum de displicentia summa comparate ad alia mala *ibid.* — Displicentia rationis non debet esse maxima quantum ad intensionem motus absolute, sed in comparatione ad omnes alios dolores *ib.* b — Non est necesse magis dolere de peccato quam de re temporali, quantum ad passionem sensibilem IV 387 b — Magis dolere sensibilibus de peccato quam de aliquo damno est perfectionis et congruum, non necessarium *ibid.*

— est dolor rationalis, qui consequitur existimationem rationis IV 396 f. 4 — Quoad displicentiam rationis non potest esse excessus quantitatis IV 389 b. 393 5\* — prout respicit subiectum habet obiectum finitum, et posset excedere, sed non prout respicit peccatum IV 390 2\* — Passio in sensualitate vix aut nunquam est nimia III 349 4\*. IV 390 a — Dolor sensibilis nimius esset temperandus, secus videretur non amplius esse actus virtutis IV 390 a, 1\*. 400 d. 10 — nunquam debet excludere gaudium de spe veniae IV 390 1\* — Dolor ex gaudio adiuncto quodammodo intenditur, quodammodo mitigatur IV 388 1\* — Dolor mitigatur per spem in misericordiam Dei, sed quia contritus de se non sperat, ita se affligit, ac si omnino perdidisset *ib.* 2\*

— ut delens culpam in instanti actu non potest habere ordinem secundum diversam gravitatem peccatorum, habet tamen ordinem secundum habitum, quia magis disponit ad detestandum maius ma-

lum IV 396 b — ut deletiva poenae habet maiorem vel minorem intensionem respectu specialium peccatorum etiam secundum actum *ibid.* — licet parva sufficiat, tamen necessario habet ordinem et gradus *ib.* 5\* — Dolor minimus sufficit, si sit gratia informatus, sed haec vindicat sibi dominium in corde quoad actum voluntatis rationalis IV 389 3\* — potest esse vera, quin sit in termino secundum rationem gratuiti, cum expellat omne peccatum, sed paulatim tantum sequelas et pronitates peccati, et auget gratiam IV 395 3\*

— habet **effectum** curandi a morbo vel ut virtus, vel ut praeparatorium ad Sacramentum IV 434 d. 5 — delet culpam ut actus virtutis, quae concernit gratiam IV 386 2\* — ut actus virtutis iustificat, in quantum est Sacramentum, curat, in quantum est gratiae, vivificat, in quantum comprehendit haec omnia, renovat animam IV 433 d. 4 — delet culpam, in quantum per usum liberi arbitrii praeparat ad ultimum ad infusionem gratiae IV 386 2\* — natura praecedat peccati expulsionem IV 428 b — non est sine iustificatione nec e converso IV 424 a

— est res interior Sacramenti poenitentiae IV 474 2\*, 4\*. 581 a, 2\*-4\*. 645 a — est illud in poenitentia, quod peccata depurgat IV 383 f. 2 — respondet per appropriationem peccato cordis, sed non sufficit sola ad emendam IV 397 d. 2. 460 1\* — Contritus habet confessionem et satisfactionem in proposito IV 397 d. 4. 581 4\* — facit vincere verecundiam confessionis IV 448 d. 2 — est satisfactoria ratione doloris sensibilis coniuncti IV 397 d. 2 — et gemitus cordis plus frequenter medetur et reparat animam quam diuturna poena exterior IV 531 a — unius non valet pro altero *ib.* 3\*, 4\*. 540 b

— non est infinitae virtutis per se, sed ratione gratiae coniunctae IV 395 2\* — In contritione principaliter operatur divina misericordia IV 364 2\* — In contritione dimittitur poena aeterna IV 434 d. 7 — est simul cum liberatione a poena aeterna IV 533 b — expellit etiam sequelas et pronitates peccati IV 395 3\*

**CONTUMAX** — iudicatur aliquis in quatuor casibus IV 487 b — et rebelles Ecclesiae possunt et debent excommunicari IV 485 a — absolvendus a censura quid debeat praestare IV 494 3\*

**CONTUMELIA** — Stulti se miscent contumeliis II 5 b — Creatoris non solvit matrimonium ratum IV 841 1\*, 3\*

**CONVENIENTIA** — est relatio aequiparantiae, et quae hanc habitudinem important conversim dicuntur I 350 6\*. 537 f. 2 — est ordinis, vel commensurationis seu dignitatis III 11 4\*. 18 4\* — et commensurationis, vel participationis alicuius communis, vel proportionalitatis, vel ordinis II 394 b. III 305 3\* — aliquorum est essentialis, vel originis, qua eodem modo se habent ad aliquod producendum, vel qua duo ab eodem procedunt I 203 2\*, 3\* —

CON

formalis est in aliquo tanquam in uno communi, convenientia ordinis in eis quae concurrunt ad constitutionem unius tertii II 962 5\*. 974 5\*. — proportionis attenditur secundum similiter se habere II 395 a

— non est nisi in aliquo communi pluribus I 358 b — per unius naturae participationem facit univocationem, per comparisonem communem facit analogiam I 38 4\*. 601 a. II 394 b. 412 3\* — consistit in aequalitate parium et gradatione disparium II 255 b — in qualitate vel substantia est ratio similitudinis I 537 f. 2. 600 arg. 2. IV 29 d. 3 — facit delectationem I 38 1\*. III 577 3\*

— In convenientia ordinis unum est similitudo alterius, in convenientia proportionis non est similitudo in uno, sed in duabus comparationibus I 38 4\*. II 395 2\*. III 11 4\* — ordinis requiritur ad aliquorum unionem, ad quam non facit convenientia in participatione alicuius communis III 11 4\*, 5\*. 18 4\* — Quod se ipso convenit cum alio factum est propter alterum, unde ad illud ordinatur et eo indiget I 39 1\* — inter Deum et creaturam non est secundum alicuius communis participationem nec secundum adaequationem II 394 b. 412 3\*. III 11 5\*. 305 3\* *Vide V. Creatura*

CONVENIRE — alicui est secundum habitudinem causae vel concomitantiae III 226 a. 239 d. 1 — Quod convenit alicui secundum quod ipsum aut est per se accidens, aut definitio vel pars definitionis III 225 f. 1 — Quod dicitur per superabundantiam in comparatione convenit uni soli III 365 4\* — uni soli est formae immultiplicabilis, vel formae multiplicabilis, sed actu non multiplicatae propter determinationem additam, aut propter defectum materiae I 102 3\*

CONVERSIO — est superioris partis rationis II 580 f. 4. 581 a — ad delectationem est rationis tum superioris tum inferioris secundum proprios actus et potest esse in parte inferiori sine superiori II 581 a — ut dicit tendentiam in finem, est actus voluntatis II 893 a — est ad id quod magis diligitur vel secundum appetitum naturalem, vel secundum voluntatem electivam, vel secundum gratiam II 155 4\*

— non solum requirit potentiae facultatem, sed ad bene esse etiam eiusdem expeditionem IV 528 d. 3 — Anima potest se ad aliquid convertere totaliter vel quantum ad actum, vel quantum ad habitum, vel quantum ad potentiam II 966 4\* — requirit obiecti existentiam et praesentiam II 120 2\*

— Secundum quod anima convertitur ad Deum et ad se ipsam, conformatur Deo I 83 b — In conversione ad Deum attenditur rectitudo substantiae spiritualis II 154 arg. 2. 155 a — In conversione ad Deum homo rectificatur non tantum ad superiora, sed etiam ad inferiora II 5 a — in ea consistit dies secundum Augustinum II 154 f. 2 — est per cognitionem et affectionem

*ibid.* — Per conversionem ad Deum deletur omnis aversio III 426 5\*

— est vel a rectitudine naturae, vel gratiae II 155 a — perfecta et meritoria est supra naturam et a gratia *ibid.*, 3\* — Liberum arbitrium lapsum nunquam potest converti ad Deum sine gratia excitante II 682 1\* — inchoatur a voluntate libera, sed consummatur a gratia subsequente [sanctificante] II 155 a. 682 1\* — non fit per sermonem humanum sine inspiratione divina III 854 b

— In superiori parte non semper est ordinata conversio ad Deum II 575 6\* — Voluntas aliquando convertitur ad bonum simpliciter, aliquando ad bonum proprium et ut nunc II 846 b — inordinata est ad bonum commutabile, vel ad incommutabile, quod appetitur ut commutabile II 150 7\*. 575 3\* — ad Deum inordinate ut ad bonum proprium est averti a Deo et converti ad se ipsum II 150 7\*. IV 649 6\* — ad bonum creatum non est culpa nisi ratione aversionis, prout dicit deordinationem a Deo tanquam a fine II 974 a — est radix omnium peccatorum, unde trahunt fomentum et nutrimentum II 979 a — consistit in cupiditate sive libidine *ibid.* — Conversioni actuali respondet in habitu peccati habitatio quaedam ad peccatum II 761 a

— In eucharistia est conversio panis in totum corpus Christi IV 242 b — Panem ibi manere repugnat Sacramenti veritati, congruitati et utilitati *ibid.* — elementi non fit in aliis Sacramentis *ib.* 4\* — Corpus Christi non coniungitur substantiae panis *ib.* 1\*, 2\* — Panis non convertitur in corpus Christi ut cibus IV 243 6\*

— comparatur speciebus mutationis IV 245 a. 251 b — dicitur optime transsubstantiatio IV 245 a. 246 b — In conversione nihil est commune nec manet subiectum nisi secundum genus logicum IV 228 b. 245 a, 4\* — Non manet materia panis sine forma nec forma sine materia IV 244 b — Totus panis transit in totum corpus Christi, solis accidentibus manentibus *ibid.* sq. — Panis non annihilatur, sed in meliorem substantiam mutatur IV 246 a sq. — Per conversionem nihil perit in natura, sed quodam modo ad tempus cessat *ib.* 3\*. 275 f. 4

— non terminatur ad rem novam vel non existentem, sed ad ens actu completum et non mutatum IV 191 a — Per conversionem nihil fit novum, sed solum quod erat in caelo sine mutatione fit praesens in altari IV 230 1\* — Corpus Christi non fit praesens per mutationem sui nec per motum localem IV 241 f. 3 — Christus non descendit vere de caelo IV 242 1\*. 252 d. 3 — Per conversionem corpus Christi potest esse in pluribus locis IV 218 2\*. 221 a sq. — facit corpus Christi esse in multis locis sine mutatione in ipso, sed in pane, qui convertitur in ipsum IV 217 1\*. 229 a — Panis convertitur praecise in corpus, quod tamen non est ibi sine Divinitate, anima et sanguine IV 247 b

CON

— panis in Christi corpus fit in instanti IV 191 a. 249 a — non est simul cum prolotione verbi secundum totum, nec secundum partem, tamen secundum aliquid sui IV 249 2\* — De ultimo esse panis et primo esse corporis quinque opiniones *ib.* b sqq. — Quatuor regulae de propositionibus exprimentibus conversionem IV 251 b sq., d. 2

— ostendit, Deum posse super omnem potentiam creaturae IV 217 b — facit quatuor miracula congruentia Sacramento, in quantum est mysterium fidei verum et occultum IV 220 a sq. — Virtus creans et transsubstantians quantum ad se est una et aequalis IV 228 b — non est maior effectus quam creatio alterius rei, nisi ratione excellentiae corporis Christi IV 229 a — Virtus transsubstantiandi comparatur virtuti Christum concipiendi IV 230 a sq. — Virtus transsubstantiandi non videtur esse data verbo ut qualitas quaedam, sed ut efficax ordinatio IV 232 a sq. — fit a Deo ad prolotionem verbi creati *ib.* b 279 a

— Per repugnantiam et praedominantiam fit conversio unius in naturam alterius III 158 a. IV 260 3\*. 266 d. 5. 279 1\* — specierum in substantiam naturalem est miraculosa IV 246 3\*. 275 1\*. 282 b

CONVERSUS — In recenter conversis Ecclesia multa tolerat IV 855 d. 4

COOPERATIO — Cooperari alteri agenti vel est per modum vere efficientis, vel per modum disponentis IV 128 b

— Deus usque modo operatur vel per se, vel cooperando agentibus creatis II 199 1\* — Deus dicitur facere aliquid vel creando, vel concreando, vel cooperando creaturis II 876 d. 2 — Deus movet omnia per se, vel cooperando virtuti creatae II 346 2\*

— Deus in aliquibus est tota causa, in aliquibus ita agit, ut virtutem agendi communicet creaturae II 346 a — Deus non est omnium tota causa, sed sine ipso non potest agere aliqua virtus creata II 690 a — Nulla creatura aliquid agit, Dei influenza remota I 224 1\* — Nulla virtus alicuius motoris potest vel medicum operari sine auxilio eius qui penitus est immobilis II 346 2\* — Sine primo agente nullum agens potest agere II 689 b — Nullus actus est, qui non sit a Deo immediate II 864 f. 2 — Omne, quod est potentiae, est ab omnipotentia Creatoris II 867 f. 2 — Cuiuscumque natura per modum naturae est causa, Deus similiter est causa II 174 b. 870 6\*

— Deus principaliter operatur in operatione cuiuslibet creaturae II 568 b — Deus ut prima causa omnium operatur immediate et intime in omni operatione I 807 a. II 346 a — Divina virtus existens in omni creatura potentialiter, essentialiter et praesentialiter sicut conservat eam in essendo, sic adiuvat in operando II 863 6\* — Deus est intime agens in omni actione et intimus ipsi potentiae agenti, ita quod potentia in nihil exit, quod non sit ab ipso *ib.* 5\* *Vide V. Actio sub finem.*

— Deus operatur in omnibus rebus, et tamen eius operatio non excludit operationes creaturarum, sed conservat et adiuvat II 278 5\* — Opus nostrum non excludit opus et munus divinum, sed praesupponit et necessario exigit III 723 1\*. 814 4\* — Dei operatio non est imperfecta, nec operatio creaturae superflua II 278 5\* — Actio libera tota est a Deo et tota a libero arbitrio, a quo nihil exit, quin sit a Deo II 863 5\* — Idem opus potest esse creaturae et Dei cooperantis II 407 d. 2 — Deus cum creatura potest facere eundem effectum, sed differt actio respectu virtutis agentis II 272 1\*

— Quamvis Deus sit principale operans in operatione cuiuslibet creaturae, tamen dedit cuique vim activam ad propriam operationem II 568 b — In operatione naturali Deus cooperatur naturae, cui dat virtutem operandi, et sic natura est agens praecipuum et efficiens IV 232 5\* — Deus communicat virtutem rebus secundum congruentiam ipsarum IV 303 arg. 1 — Deus propter bonitatis suae manifestationem et ordinis sapientiae ostensionem creaturae communicavit posse operari et in alias creaturas effectum suum imprimere, ipso tamen cooperante I 172 7\*. II 278 5\* — Summae bonitatis est communicare creaturae operationes nobiles, prout ipsa nata est suscipere II 346 a. III 422 6\* — Secundum actum regiminis et propagationis Deus operatur mediante creaturis II 29 1\*, 2\* — Dei potentia magis ostenditur in eis quae facit per suos ministros II 277 b — Deus unicuique naturae concessit propriam operationem nec utitur miraculis, ubi natura sufficienter per se potest operari III 91 b — Deus non inducit formas naturales per se ipsum IV 42 arg. 4. 232 a

— Deus cooperatur creaturae in operibus naturalibus et moralibus I 670 a — Operationi creatae liberae Deus non cooperatur per virtutem increatae tantum, sicut naturali, sed mediante virtute creata, qua conformatur voluntas Deo in movendo I 293 f. 7. 295 5\* — Deus actibus, qui non sunt ordinati in ultimum finem, non cooperatur per gratiam proprie, sed per gratuitam influentiam, qua res conservat et adiuvat ad operandum II 689 b. 863 6\* — Dei dona sunt infusa vel acquisita, sed non sine Dei adiutorio II 191 6\* — Deus aliquid dicitur dare cooperando et adiuvando, aliquid vero, ipsum habitum infundendo III 723 2\* — In cognitione naturali Deus dicitur docere non inspirando, vel infundendo, sed cooperando lumini dato illudque conservando II 191 6\*. 412 6\*. 690 a *Vide V. Cognitio in Ind. philos.*

— Deus in omni actione principaliter agit cooperando, sed non excitando et praeveniendo quoad actiones malas II 863 6\* — Deus operatur cum creatura, sed non deficit cum deficiente *ib.* 2\*, 4\*. 870 6\* — Quod dicitur positionem cum defectu secundum id quod est positionis est a Deo, sed defectus et privatio non habet nisi

causam deficientem II 768 3\*. 870 4\*, 5\* 872 a sq. 873 4\*, 5\* — Deus cooperatur actioni malae considerando naturam, non vitium II 454 6\* — Actio iniusta secundum quod privatur bonitate moris, non est a Deo, sed in quantum est bona bonitate naturae II 777 d. 5. 863 5\*. 869 b sq. — Cooperando actioni malae Deus non facit contra suam prohibitionem II 863 1\*. 938 2\* — Deus faciendo aliquid, quo facto sequitur malum, non facit malum culpae, quia ad illud non directe ordinatur, sed solum per accidens, et quia non intendit malum, quod inde fit II 773 2\* *Vide V. Deus-actio*

— Homo accepta a Deo potentia potest cooperari Deo in iustificatione IV 128 a *Vide V. Iustificatio* — Virtus cooperandi augetur aucta gratia III 283 6\*

— Omnia cooperantur in bonum vel adiuvando, vel excitando, vel resistendo, quo actio vigoratur I 835 d. 3

— ad peccatum licita et illicita II 870 3\*. III 873 b, 1\*

**COPULA** — maritalis significat naturaliter consensum matrimonialem, secundum fidem et institutionem Sacramenti unionem Christi cum Ecclesia, vel Dei cum anima IV 666 b — post lapsum non potest fieri sine peccato, nisi excusetur per matrimonium IV 748 a — per Sacramentum excusatur a culpa mortali IV 723 a — per matrimonium excusatur tanquam morbus per medicinam IV 722 b — Deordinatio potentiae generativae non erat ordinanda per divinum praeceptum, sed per statutum sacramentale IV 723 a — Corporum potestas ordinatur ad copulam, sed non necessario IV 696 3\*. 713 d. 5 — maritalis apud infideles potest esse sine culpa IV 835 b

— in matrimonio debet esse singularis, utilis et inseparabilis IV 668 b — ad multiplicationem prolis debet fieri ordinate, et ut nulli fiat iniuria IV 750 3\*, 4\* — tempore menstruorum non est licita, in quantum est prohibita propter bonum prolis IV 736 b sq. — nisi in reddendo raro est sine peccato IV 298 2\* — gratia prolis potest esse sine omni culpa IV 723 a — habita causa fornicationis vitandae in altero ab omni culpa excusatur, in altero vero non excusatur a veniali IV 725 b. 728 d. 6 — dupliciter dicitur fieri causa incontinentiae IV 671 d. 4 — propter delectationem etiam per se intentam, sed non ut finem ultimum, excusatur a mortali per Sacramentum IV 726 b — licita excusat motus antecedentes IV 723 6\* — quomodo impediatur orationem IV 744 d. 5 — non est mala ut causa peccati originalis IV 723 3\*

— cum concubina repugnat legi naturali IV 748 a sq. — Fornicatio est prohibita, quia mala *ib.* b — illicita est mala ratione deformitatis in voluntate, non ratione actus substrati IV 859 2\* — omnis non matrimonialis prohibetur implicite in lege veteri, expresse vero in nova III 834 d. 6. 846 4\*. 893 d. 4. IV 748 a. 750 2\* — Fornicatio in veteri lege non puniebatur IV 748 a. 760 f. 3

— illicita differt genere secundum circumstantias personarum IV 864 d. 3 — Adulterium et stuprum se habent ut excedentia et excessa *ib.* d. 4 — ex parte coniugis, qui eam habet non ex affectu maritali, est adulterium IV 727 d. 3 — contra naturam fit tolerabilius cum meretrice quam cum coniuge IV 827 d. 9 — incestuosa filiarum Loth non excusatur a mortali IV 762 d. 2 — illicita inducit affinitatem IV 859 a

**CORPULATUM** — ponit utramque partem et falsificatur pro utraque parte et pro altera I 522 a — habet denominationem a parte imperfectiori, quia destruitur destructione cuiuslibet partis I 246 6\*

**COR** — est pars dignior corporis IV 177 d. 4 — est principium omnium motuum III 289 4\* — influit in ceteras partes ut speciale organum animae I 472 7\* — est calidissimum II 424 arg. 2

— Cordis puritas est conditio caritatis et disponit ad eius actum II 895 d. 2. III 616 a — Munditiae cordis est videre Deum per simplicem contuitum III 778 a — ut vas plenum veneno peccati conteritur per contritionem, ut emollescat, vel ut liquor totaliter effundatur IV 385 a — duplex habet qui statuit sibi duos fines ut aequae principales II 887 a

— Cordis Iesu amor in passione I 4 a

**CORONA** — Clericorum est signaculum ad distinctionem ratione nobilis officii et ad eruditionem IV 608 b — non est Sacramentum, sed dispositio ad ordinem IV 610 b sq. — In corona nulla traditur potestas *ib.* f. 2. 614 4\* — fit propter spirituale officium non conferendum, sed figurandum IV 614 2\* — datur a persona eccellente non ratione sui, sed eius, ad quod disponit *ib.* 3\* — potest dari extra Missam IV 610 f. 3

— convenit ad significandum officium nobile ratione situs et ratione formae IV 608 b. 620 d. 4 — per amotionem superfluitatis erudit de superfluitate terrenorum vitanda, per summitatis capitis denudationem erudit de apertione mentis ad caelestia IV 608 b sq. — Coronae figura orbicularis significat simplicitatem mentis, dilatationem affectus et munditiam conversationis IV 609 a — Clericorum tonsura debet servare honestatem *ib.* 5\* — est aliquo modo stultitiae signum *ib.* 6\*

— gloriae debetur alicui secundum iustitiam praesentem, vel secundum praedestinationem aeternam I 712 1\* — aurea et aureola IV 755 f. 4

**CORPUS** — Corporalia creata sunt, ut serviant participantibus divinam bonitatem in se ipsa II 42 4\* — inferiora deserviunt creaturae rationali II 383 a. 419 b — inferiora mediante anima rationali quodam modo perducuntur in ultimum finem II 382 f. 4. 420 a — Per animam rationalem natura corporalis etiam sub inferioribus formis fit particeps aeternae beatitudinis II 42 2\* — Iuste anima pro peccato subiicitur rebus corporalibus IV 23 2\*. 555 2\*



## COR

apud Deum esse et habere identitatem cum essentia I 630 b — Res non possunt dici esse in Dei essentia *ibid.* 698 d. 2 — Res non sunt in Deo proprie ratione personae nec essentiae absolute, sed ratione appropriatorum I 622 b — Res sunt in Deo vita ratione potentiae et notitiae simul, in quantum ista concurrunt ad rationem exemplaris I 624 2\* — Res cognitae sunt in Deo immutabiliter I 621 3\*. 694 f. 4 — Quae sunt in Deo sine connotatione effectus sunt uniformiter, alia non uniformiter, ut praedestinatio et reprobatio I 647 b

— Res sunt in Deo secundum suas rationes intelligendi, quae sunt in Deo viventes per essentiam I 623 f. 4. 624 4\* — Res dicuntur in Deo, esse vita, quia sunt in eo non secundum esse corporeum, variabile et corruptibile I 624 4\* — Imperfecta sunt in Deo, secundum quod habent aliquam rationem entitatis I 629 b — In Deo nihil est, nisi quod cognoscit notitia approbationis I 631 d. 3 *Vide V. Creatura-relate ad Deum et V. Esse*

— In Deo sunt rationes rerum viventes infinitae I 623 b — In Deo sunt rationes rerum viventes secundum potentiam et notitiam, sine respectu ad productionem in esse exterius *ibid.* — Omnia quae sunt in Deo ut in exemplari exprimente, sunt in ipso vita, non solum futura, sed omnia possibilis *ibid.* sq. — In Deo sunt res, quae sunt ex Deo et per Deum non solum secundum actum, nec solum secundum habitum, ut aliquando futura, sed praecise secundum aptitudinem, ut possibilis I 631 d. 2 — Omnia sunt Deo praesentia non secundum veritatem existentiae rerum, sed secundum cognitionem Dei I 616 d. 6. 696 a sq. 738 4\*

— Omne, quod est in Deo, est ex ipso et per ipsum I 627 f. 2 — Res dicuntur esse ex Deo, per Deum, in Deo, ut significetur, Deum esse principium primum, sufficientissimum et infinitissimum I 632 d. 4 — Secundum quod connotant ordinem in habitudinibus, haec tria appropriantur tribus personis *ibid.*

— Res in Deo ratione exemplaritatis sunt ab aeterno I 645 3\*. II 36 d. 2 — Res in Deo dicuntur fuisse ab aeterno secundum similitudinem et potentiam I 621 a. 686 3\* — Res sunt in Deo actualiter secundum exemplar, potentialiter secundum causalitatem productivam I 621 3\*

52 — ut principium primum dicitur operari secundum rationes primordiales, ut ultimus finis, qui est causa causarum, secundum rationes causales II 436 b — facit effectus in creaturis vel solum secundum rationes causales, quas servat in sua voluntate, vel simul secundum rationes seminales *ibid.* 438 b — facit ex creaturis quaedam, ad quae habet solam potentiam obedientiae, alia, ad quae habet potentiam activam II 436 b sq. — secundum potentiam obedientiae potest producere ex creatura omne, quod vult II 437 5\*

— solus per artem virtute propria producit formas naturales, cum sit actus ple-

nus et perfectus respectu omnium II 202 b. 398 4\*. 408 a — Virtus Dei operatur perfecte interius, producendo ipsa primordialia semina II 207 d. 3, 4 — solus producit rationes seminales et essentias formarum II 15 f. 6. 207 d. 3, 4 — ab initio mundi indidit rebus rationes causales, et secundum has cetera fiunt II 118 f. 6. 198 a. 215 a. 217 b

— potest ipsas rationes seminales sine inmissione alicuius novi ad perfectum esse deducere IV 889 b, 2\* — solus potest corruptum reparare et mortuos suscitare II 214 f. 3. 438 5\* — imprimit formam materiae, sicut convenit formae et materiae suscipienti II 246 3\*. IV 421 3\* — inducendo subito formam nihil omittit de dispositionibus et qualitatibus requisitis in susceptibili ad informationem III 389 5\* — in omni productione est principaliter agens, sed non tota causa efficiens formarum naturalium, sicut respectu animae humanae II 198 a *Vide V. Cooperatio* — qui solus habet vitam in semetipso et vitam indeficientem, potest solus producere principium vitae perpetuum II 453 a

— non potest facere contra naturam, sicut nec contra voluntatem suam II 618 f. 1. 853 3\* — nihil facit contra naturam, ut dicit id quod rei creatae respectu Creatoris convenit, sed aliquando facit contra solitum cursum naturae, aliquando supra eundem I 775 2\*. 813 d. 6. II 437 5\*. 438 b — non facit contra naturam, ut dicit naturalem creaturae obedientiam, vel naturale hominis iudicium II 853 3\* — facit contra naturam, ut dicit vim operantem secundum solitum cursum, sive per miracula potentiae, sive per supplicia iustitiae *ibid.* — Quod Deus facit in creatura secundum potentiam obedientiae non est violentum, licet violentia inferatur potentiae naturali II 437 5\*. 618 f. 2. 620 4\* — Quod fit contra solitum cursum non est pura privatio, sed est potius supra naturam II 873 4\*

— facit miracula per vim supra naturam II 203 6\* — Quae sunt immediate a divina potentia procedunt secundum cursum mirabilem II 346 f. 4 — in miraculis solus operatur sine virtute naturae IV 232 5\* — Quae Deus operatur per se ut tota causa vocantur mirabilia, quae operatur communicando creaturae virtutem agendi et movendi dicuntur naturalia, vel voluntaria quantum ad egressum II 346 a — in prima productione rerum operabatur supra naturam II 438 5\* — Deum decet multa facere miraculose ad manifestationem suae potentiae et confirmationem fidei nostrae III 26 3\*

53 — Omne, quod est in opere Dei a Deo, est de perfectione vel inclinatum ad perfectionem II 114 a — omni operi suo communicat nobiles condiciones, non quod teneatur operi illas dare, sed quia decet eius voluntatem *ibid.* — Opus Dei necesse est esse laudabile, ordinabile, acceptabile, perfectum vel perfectibile II 113 b sq. — producit effectum perfectum et subito, ubi



agit secundum totum suum posse II 298 b. III 91 arg. 3 — Nec dicere nec facere Dei dicit quid successivum secundum id quod est, sed in producendo est successio ex parte rei productae II 865 1\* — A summa potentia videntur convenienter omnia produci simul II 296 b *Vide V. Creatio (80 a)* — in principio simul creavit Intelligentias et mundum II 37 a

— semper facit quod est melius et magis congruum III 37 f. 1 — Omne, quod possibile et congruum est, ponendum est circa opus Dei IV 932 f. 3 — ordinate facit quidquid facit I 772 a. II 449 f. 5 — facit omnia sapientissime quantum ad ordinem IV 961 3\*. 962 b — in omnibus operibus suis maxime servat ordinem sapientiae III 31 f. 2. 32 2\* — licet omnia possit de potentia absoluta, tamen inviolabiliter servat ordinem sapientiae, secundum quam operatur potentia ordinata II 177 1\*

— non facit quidquid potest, sed quod congruit I 785 3\*. II 297 a. 764 2\*. III 38 1\*. IV 421 3\* — Divina sapientia nihil incongruum facit III 417 f. 3. IV 888 arg. 2. 977 f. 3 — nihil facit, quod non deceat suam maiestatem et sapientiam II 113 b sq. — Nihil attribuendum Deo, nisi quod decet suam potentiam, sapientiam et bonitatem II 870 a — sic se infirmitati nostrae contemperat et sic facit quod est rationale, ut tamen intellectum excedat IV 220 3\* — Quod non est secundum ordinem sapientiae non debet nec potest esse, quia consilium Dei et dispositio non potest mutari II 132 6\*. 177 1\* — non potest facere quod est inconveniens secundum se, etsi faciat aliquid inconveniens secundum nostram aestimationem III 18 1\* — nihil facit frustra II 44 arg. 3. 197 f. 1. 633 arg. 5 — non facit per plura quod potest per pauciora IV 975 f. 2. 1045 arg. 6

— fecit res perfectas in ordine II 41 f. 2. 43 5\*. 774 b. IV 51 1\* *Vide V. Bonum - in creatura* — potentiam obedientiae non totaliter complet I 782 3\* — dedit unicuique rei tantum bonitatis, quantum erat capax secundum debitam dispositionem et exigentiam *ibid.* II 245 arg. 4. 246 3\* — Divina bonitas ad sui manifestationem communicat creaturae, quod ipsa nata est suscipere II 297 a. 346 a. III 422 6\* — Dei bonitas consistit in communicatione actus nobilissimi, qui est vivere et intelligere II 41 f. 3

— Dei bonitas debet dare unicuique suam inclinationem, salvo ordine sapientiae II 716 3\* — in conditione rerum facit, secundum quod competit naturis ipsarum, nec condit rem sine eo, ad quod habet naturalem inclinationem; aliter in miraculis II 91 3\* — complet appetitum naturae II 214 f. 4 — Omne, quod Deus indidit unicuique rei a sua conditione, est ei naturale II 113 f. 3. 331 d. 2. 336 arg. 6. 396 f. 1. 618 f. 2 — Deum ut conditorem deest appetitui naturae satisfacere, ut conservatorem deest conservare, secundum quod nata est conservari II 772 b — perficiens rem in esse primo vel secundo dat ei to-

tum, quo possit in illo esse conservari et singulis vitiis obviare III 792 b sq. — Defectum naturae quantum ad bonum supra naturam supplet et semper praesto est complere et dare quod natura non potest II 699 5\*

— communicat bonitatem suam in effectibus naturae omni creaturae, non vero in effectibus gratiae III 700 b — Dei opera sunt perfecta quantum ad esse naturale, non omnia autem perfectione supernaturali II 699 3\*, 5\*. 777 d. 5. 938 2\* — omnibus praestat beneficium naturae, vel etiam gratiae II 774 5\* — In rerum conditione plus pensatur ordo divinae sapientiae quam ordo misericordiae et iustitiae II 176 b. 774 b — non fecit hominem a principio in statu miseriae II 716 a — non debuit Angelos et homines statim facere beatos II 132 6\*. 134 4\*. 296 f. 3. 297 a

— In effectibus divinis est ordo et gradus secundum sapientiam, cuius est ordinare IV 960 f. 2 — impossibile est, quod faciat effectum, quin habeat modum, speciem et ordinem, quae respondent unitati, veritati et bonitati I 772 f. 5, a. IV 966 f. 4 — Sapientiae lex est, ut postrema per media deducat ad summa II 277 b. IV 508 b. 629 f. 4 — omne, quod facit, facit salva connexione naturarum II 41 arg. 4 — potest separare quae sunt naturaliter coniuncta II 137 arg. 3 — non vult dissolvi quod bene coniunctum est II 460 b

— Nihil procedit a Deo contra ordinem iustitiae, sapientiae et bonitatis II 715 f. 6 — nullo modo facit contra iustitiam II 174 b — non facit contra ius naturae, quod ordinat in ipsum, sed potest facere potius supra quam contra illud, ut ordinat ad proximum IV 752 1\*. 822 arg. 3

— eius liberalitas non excludit ordinem sapientiae et iustitiae II 132 6\*. 134 4\*. 243 1\*. 533 2\*. 716 3\* — est liberalis, sed sine vertibilitate voluntatis III 267 2\* — non debet sententiam suam retractare, sed per misericordiam, stante sententia, remedium adhibere IV 98 3\* — nunquam sententiam suam definitivam retractat III 418 5\*. 461 f. 3 — Ordo et decor in operibus Dei non debet intermitteri propter incommodum alicuius specialis creaturae II 429 a — propter aliquod malum non debuit ordinem sapientiae immutare II 774 b. III 32 3\*

— In omnibus rebus consideranda Dei sapientia, et laudanda bonitas I 830 f. 1. II 382 a — Ordo et pulchritudo divinatorum operum in universo spectandus II 774 b

— Dei sapientia cognoscitur ex creaturis I 5 a — Dei sapientia maxime manifestatur in ordinis perfectione II 41 f. 2 — Dei potentia manifestatur in productione rerum multum distantium et in earum coniunctione I 765 f. 4. 773 3\*. II 41 f. 4 *Vide V. Creatio - activa* — Dei potentia, sapientia et bonitas perfecte manifestatur per opus creationis et distinctionis et ornatus III 26 3\* — in productione de *non-esse* magis manifestat potentiam, in formatione magis sapientiam et bonitatem II 298 4\* *Vide V. Creatio - distinctio* — Dei potentia manifestatur in

productione ad esse creaturae minus nobilis, sicut et magis nobilis III 38 5\*

— Dei potentia et sapientia maxime manifestantur in assumptione naturae humilis et infirmae III 20 1\* — Dei fortitudo cognoscitur in infirmitate assumptae humanitatis I 5 a sq. — Dei misericordia cognoscitur ex remissione peccatorum, ex remediis et ex praemiis *ib.* b — In conditione praecipue manifestatur potentia, in reparatione misericordia, in utraque sapientia III 703 b — omnia fecit propter hominis instructionem, ut hominem non solum verbo, sed etiam opere erudiret II 298 b. 390 d. 5

54 — A Deo sunt imperfecta secundum id quod sunt, sed quantum est ex se, Deus ea perficit I 629 2\* — In actione, quam Deus agit per se ut tota causa, non potest esse defectus ordinis II 114 3\*. 868 2\* *Vide V. Defectus* — non facit privationes II 114 2\*. 1000 f. 1

— non facit aliquid malum, sed omnia optima II 113 f. 4, 2 *Vide V. Bonum - in creatura* — Nulla creatura a Deo potest habere conditionem malitiae *ib.* b sq. — non facit rem ordinandam per poenam II 114 a — illius rei est ultor, cuius non est auctor *ibid.* — non potest malum producere, sed ordinare *ib.* 4\* — non facit aliquid, quo quis necessario inducitur in peccatum II 874 b — non est causa malorum eo quod se subtrahit, in quantum subtractio non est principaliter ab ipso I 721 6\*, 8\*. II 870 2\* De concursu ad actiones malas *vide V. Actio - mala* et *V. Cooperatio* in fine

— non potest mala facere I 627 f. 3. 631 d. 2. 760 d. 4. II 615 3\*. 1001 f. 5, 2\* — non potest facere nisi bonum, cum sit summe bonus I 772 a — non potest facere malum propter sui dignitatem II 583 arg. 1 — potest facere aliquid, quod est malum in se, sed non secundum se III 18 1\* — non facit malum culpae, sed poenae II 38 d. 5. 853 6\* — salva condescendia bonitatis et sapientiae potest facere malum poenae et defectum naturae, non rem malam malo culpae I 836 d. 6. II 414 3\* — malis infert poenam, sed non in quantum est defectus boni I 720 b. II 853 a, 2\* — puniendo non facit contra naturam, sed potius secundum naturam II 853 3\* — non fecit mortem secundum institutionem naturae, sed secundum punitionem iustitiae I 836 d. 6

55 — Omne, quod fit a Deo, fit per **providentiam** II 871 f. 1, b — Nihil fit, quod non pertineat ad Dei providentiam I 831 3\*. II 872 b — in quantum regit omnia per modum dominantis, nihil potest evenire citra eius cognitionem et intentionem, vel casu II 365 5\* — A sola Dei voluntate pendet gubernatio universi IV 977 b — aequaliter curat de omnibus, quin excludatur ordinata bonorum communicatio, sed inordinata personarum acceptio I 699 d. 6. III 702 1\* — eodem modo se habet ad omnia quantum ad gubernationem, non quantum ad productionem, vel quantum ad naturalia, non quantum ad gratuita I 821 4\*

— non disponit de rebus aspiciens ad aliud a se, sed unumquodque praevidit in se et disposuit secundum rationem propriam III 246 a — aliquid disponit facere non in omnem eventum, sed praesuppositis congruentibus antecedentibus III 372 5\* — Quaedam exeunt a Deo cum alio ad hoc ordinato secundum necessitatem, quaedam cum alio ad hoc ordinato secundum congruitatem I 733 a

— continue operatur ad rerum successionem II 387 a, 1\*, 4\*, 5\* — Omnes operationes Dei reducuntur ad eas quae respiciunt esse naturae, aut esse gratiae, aut esse gloriae III 537 4\* — nihil est, quin egrediatur a Deo faciendo vel permittendo I 812 d. 5 — Aliquid est a Deo imperativo, vel consultorio, vel insinuatorio, vel permissive II 870 1\*

— res conditas administrat, secundum quod cursui rerum congruit I 775 a. II 641 6\*. 773 1\* — regit naturam, sicut instituit I 295 5\*. 772 b — ut universitatis administrator omnia secundum propriam virtutem agere sinit I 844 b. II 460 2\*. 772 b. 773 1\*. 870 3\*. III 91 b *Vide V. Cooperatio*

— Divina liberalitas nullo modo deficit in necessariis, sed omnia administrat affluenter III 792 b — pronior est ad miserendum quam ad condemnandum, ad donandum quam ad subtrahendum I 315 a — non subtrahit influentiam suam nisi offensus per aversionem et contemptum I 314 f. 2. 315 a — non debet suam influentiam subtrahere bonis nec malis II 863 1\*. 870 3\* — nunquam deserit creaturam, quin sit in ea secundum praesentiam et potentiam et essentiam II 460 2\* — de se nemini se absentat, sed paratus est omnes iuvare I 721 8\*. 821 a. II 870 2\*. III 418 3\* — propter negligentiam hominis non debuit dimittere curam circa eiusdem salutem III 814 1\* — semper providit remedia necessaria ad salutem III 33 4\* — Dei bonitas ostenditur, cum beneficium, quod disposuit servare, propter peccata hominum non immutat vel interrumpit II 454 6\* — semper fuit promptus tribuere gratiam adiutricem ad implenda mandata III 814 1\*

— ut conditor omnibus operibus suis certam legem et limitem praefigit III 813 f. 1 — exigit a nobis mandatorum observantiam et satisfactionem non propter suam indigentiam, sed propter ordinationem nostram III 421 2\*

— Nihil potest esse contrarium Deo II 826 f. 2 — Nihil potest resistere Deo in suo opere ex parte virtutis agentis, quae est omnipotens II 827 f. 4, b — Nihil potest contrariari Deo in opere suo ex parte effectuum simpliciter et universaliter, ita ut perturbetur ordo universi, sed tantum ex parte, ut aliquis Dei effectus non attingat finem proprium *ib.* b — Nihil resistit voluntati beneplaciti, sed haec semper impletur, malum autem potest resistere voluntati signi et ita Deo adversari *ibid.* — Sola voluntas adversatur Deo II 174 b — vincit suos adversarios per exercitus Angelorum II 277 b

— ut administrator universi permittit, mala fieri I 721 5\*. 844 b. II 773 1\* — peccata non cohibet propter ordinem universi I 830 f. 5. 833 a. 843 f. 2. 844 b. 845 3\*, 4\*. III 418 3\*. 433 d. 3 — nunquam cohibet voluntatem, ne in peiora ruat II 207 d. 5 — cum permittit mala, non consentit, sed continue arguit et punit transgressores I 844 1\* — Omnia mala secundum voluntatem beneplaciti per poenam a Deo ordinantur, quamvis videantur repugnare ordini in particulari I 831 a, 1\*. II 827 b sq.

— permittit mala fieri ad augendam gloriam electorum et divinam laudem I 844 b — permittit mala, quia inde scit elicere bona II 701 4\*. 773 1\*. 870 3\* — eliciendo bona ex malis totum reducit ad ordinem sapientiae congruentem I 833 b. II 774 b — Deum decet de malo facere bonum I 834 d. 1. III 418 6\* — elicit bonum ex malo, vel in universo, vel ipsi facienti IV 337 6\* — Dei sapientia vincit malitiam I 833 b. III 27 6\* — non patitur esse malum aliquod, de quo non eliciat bonum et etiam maius bonum III 27 6\*

— ex malo potest et scit maius bonum elicere I 833 b. II 429 b — Deum decet de malo maius bonum elicere, quam sit illud quod malum adimit II 707 b — Dei sapientia maxime manifestatur, cum ordinat bona cum malis, et elicit bona ex malis I 5 a. II 532 b. 533 3\* — dum ex magnis malis maiora elicit bona, commendabilior redditur et potentia et sapientia et bonitas II 774 b — In hoc manifestatur summa sapientia Dei, quod de malis non solum elicit bona, sed etiam optima III 429 5\* — Occasione mali summe manifestatur divina misericordia in electis et iustitia in reprobis I 834 4\*. 844 b — propter dilectionem et misericordiam ex lapsu hominis maius elicit bonum I 833 b. III 27 6\*

56 — immediate influit in mentem II 46 1\* — solus immediate format et perficit mentem secundum suum supremum *ibid.* II 346 4\* — mentem nostram per se ipsum informat II 272 a — solus format mentem quantum ad intellectum et affectum I 189 d. 4 — solus potest ut principale agens in animae intimis cogitationes et affectiones formare II 231 a — solus potest illuminare superiorem portionem rationis et infundere lumen II 265 b. 266 a sq. — immediate illuminat mentem ut lux spiritualis II 265 b sq. 568 a *Vide V. Anima - ordo ad Deum*

— solus potest influere efficienter in nostrum affectum II 263 b sq. — solus est super liberum arbitrium *ib.* f. 1. IV 127 f. 3. 128 b — solus est supra id quod est supremum in anima II 611 a. 616 f. 4 — voluntatem non cogit, sed nec tantum inducit, immo eam immutat, immittendo varias affectiones II 619 b, 1\* — potest voluntatem sine coactione ad diversa movere, cum ipsa sit naturaliter vertibilis II 620 4\* — non nos trahit per coactionem, sed per inductionem et sublevationem IV 421 2\* — influit in liberum arbitrium vel per continuationem influentiae, vel per apposi-

tionem novae gratiae II 557 a. 689 a sq. — ad bona meritoria excitat per aliquem effectum gratiae praevientem voluntatem II 863 6\* *Vide V. Gratia* — solus infundit calorem spirituales, qui est amor divinus II 264 4\*

57 — Divinitas ob summam completionem nata est alia complere I 55 f. 4 — solus ut bonum summum et infinitum finit animam quantum ad cognitionem et affectionem I 38 b. 39 3\*. 40 f. 2, 3, b sq. — est nostra beatitudo I 38 f. 1 — Anima immediate a Deo completur, movetur et beatificatur II 264 a — perfecte hominem beatificat in se ipso III 19 f. 4 — solus est obiectum beatificans animam II 266 a — solus implet animae appetitum I 40 f. 3 — In Deo solo anima invenit perfectam quietem II 412 2\* — spiritualiter facit creaturam spirituales per contemplationem in se quiescere II 387 3\*. 390 d. 5 — est animae intimus et amabilissimus III 9 f. 4 — est melius animae quam ipsa sibi III 643 6\* — solus perfecte delectat animam I 38 f. 3, b, 1\*. 41 a. II 125 f. 3 *Vide V. Anima - ordo ad Deum et V. Beatitudo*

— Deo solo proprie fruendum est I 38 b. 40 b sq., 4\*. 249 b. II 125 f. 5 — Serviens Deo intuitu mercedis, quae est ipse, eo non dicitur uti I 35 1\* — est unicus finis intentionis, licet dicatur tres res, quibus est fruendum II 895 d. 3 — ut complens creaturam se habet secundum perfectionem essentialem, quae est una III 13 a — Inhabitatio et missio in mentem est communis toti Trinitati I 267 d. 3. III 13 4\*, 5\*

58 — Anima secundum mentem immediate unitur Deo II 264 a — Inter Deum et animam non cadit medium quantum ad praesentiam, sed quantum ad unionem in cognitione et amore media est gratia II 636 7\* — solus illabatur animae et perfectissime coniungitur I 41 a. II 226 b. IV 127 f. 2. 387 d. 3. 309 f. 4. 310 a — solus illabatur animae, cum intret in eam quantum ad substantiam IV 310 a — est in anima intimior quam ipsa sibi I 41 a. III 643 6\* — solus est et operatur intime in anima II 226 b — solus est menti intimus, in quantum solus est superior mente humana II 227 a *Vide V. Anima - ordo ad Deum*

— Omnis, qui habet spiritum Dei, habet Deum et omnia, quae sunt Dei I 332 b — Omne, quod est Dei, potest dici esse nostrum secundum habitudinem possessionis, sed magis proprie Filius et maxime Spiritus sanctus *ibid.* — Ea divina dicuntur nostra, quae dicunt ad nos habitudinem causalitatis vel relationis I 333 a sq. — De nominibus abstractivis non potest dici nostrum, sed de iis quae dicunt actum vel relationem ad nos *ibid.*

— Anima habet Deum ut obiectum, quo fruatur I 249 b sq., 1\*, 2\* — ab anima capitur finite I 41 2\* *Vide V. Comprehensio et V. Beatitudo* versus finem — non capitur ab anima plene, nisi ametur, intelligatur et praesens habeatur I 80 f. 2

— Animam habere Deum est Deum habitare in ea II 660 a — utrumque aliter

est secundum statum viae et aliter secundum statum patriae *ibid* — specialiter dicitur esse cum Sanctis propter effectum gratiae inhabitantis I 387 d. 2 — diligendo homines facit eos suum habitaculum III 705 f. 4 — dicitur requiescere in anima II 432 b — Dei triplex sedes IV 1053 b — habitans in anima cognoscitur actu, vel habitu per habitum fidei I 650 d. 3 — Deum expelli ab anima non est aliud quam gratiam Dei repelli II 856 3\*

— animam non acceptat secundum modum specialem sine gratia gratum faciente II 695 b sq. 701 5\* — non acceptat hominem propter opera, nec per merita potest obligari stricte ad retributionem, nisi in operante praecedat gratuitae bonitatis influenza II 698 b — facit sibi amicos non approbando, sed dando gratiam, propter quam approbantur II 701 3\* — per gratiam assumit servum in filium, ancillam in sponsam et habitat in ea ut in templo II 695 b sq. — Dei cum anima est quaedam amicitia familiaritatis et quaedam large dicta, quam facit gratia II 701 5\* *Vide V. Acceptatio et V. Dilectio* — Deum decet habere multos servos et filios adoptivos, sed unum hominem Filium unigenitum III 43 4\* *Vide V. Filius; quantum ad incarnationem vide hoc V.*

— quod acceptat, hoc est ex se, quod non acceptat, est ex nobis I 315 b — nullo modo indiget bonis nostris II 698 f. 2 — non considerat opus, sed affectum II 906 b. 930 2\*. IV 353 f. 1 — votum iudicat pro opere II 928 5\*. IV 423 f. 1. 424 a, 2\* — nullius indiget et non acceptat opus, nisi accepta sit voluntas II 680 3\*. IV 353 f. 1 — non acceptat bona praeterita, de quibus quem poenitet II 174 b — non acceptat bonam voluntatem, nisi eius qui proponit semper ei servire IV 691 4\* — exaudit invocationem, quae est ex amore divinae misericordiae, non quae est ex timore poenae IV 527 d. 2 — praeponderat salvationem unius iusti damnationi multorum impiorum III 889 3\* — A solo Deo speranda est salus I 251 f. 6. 252 5\* De remissione peccati *vide V. Culpa - deletio et V. Iustificatio*

59 — Omne creatum debet Creatori honorem II 555 f. 3 — Quia omnia Deo subsunt, Deus ab omnibus est colendus et adorandus I 746 f. 3 — Deum decet a creatura rationali summa reverentia coli III 813 b *Vide V. Cultus* — potissime requirit a creatura rationali honorem II 696 a — Natura simpliciter dicit Deum colendum, et hominem esse Dei servum II 1009 4\* — Natura dicit, Deum laudandum non tantum corde, sed etiam ore IV 435 arg. 4 — Ad Deum spectat quaerere gloriam et vindictam III 421 5\* — cum servat iustitiam, quae est ipse, recte dicitur se vindicare IV 922 5\*

— Deo impendendus est honor respectu boni collati per gratiarum actionem, respectu mandati iniuncti per obedientiae subiectionem, respectu imperii maiestatis per patriae adorationem, respectu peccati

commissi per satisfactionem IV 365 1\* — est laudabilis in se et in omni opere II 113 b. 141 f. 4 — honoratur, cum in ipsum omnia referuntur tanquam in omnium auctorem et finem II 696 a — Dei gloria est finis principalis universi II 44 b. 382 b — Omnis natura, sive bona sive mala, ordinatur ad Dei gloriam II 44 f. 4 — Finis rerum est summa bonitas manifestanda I 724 d. 7 — omnia propter semetipsum fecit, non propter suam utilitatem vel indigentiam, sed ad suam gloriam II 44 b, 3\*. 382 b. 394 b. 696 a — Dei honor plus est quaerendus quam nostrum commodum, quin debeat excludi commodum nostrum spirituale II 44 2\*. III 645 6\*

— Nomen Dei assumitur in vanum, si assumitur ad confirmationem sermonis inutilis, vel magis, sermonis falsi III 831 d. 2. 865 f. 4 — Nomen Dei non est in testimonium assumendum pro re incerta III 864 4\*

— Dum homo Deo vacat et sibi, melius cognoscit agenda et fugienda III 832 a — Homo inhaerendo Deo et per contemplationem ei soli vacando sanctificatur II 390 d. 5 — Deo maxime placet, quod homo sibi soli intendat et in se requiescat *ibid.* — Deum prae oculis habere, considerare eius amabilitatem retrahit a peccando II 701 3\* — non solum vult honorari in se, sed etiam in suis servis II 277 b

— ut summa bonitas est summe amabilis I 68 f. 5. II 125 f. 5 — Deum, in quantum est summum bonum, nemo potest odisse, sed Deum ut iustum, ferentem leges et punientem II 158 d. 1 — naturaliter desideratur ut beatificans II 155 4\* — est obiectum principale caritatis III 608 b. 610 b — diligendus est super omnia, ita ut pro nullo damno vel incommodo offendatur IV 388 a — ut summe bonus diligendus est summe et propter se II 125 f. 4. 126 3\* — Omnia diligenda sunt propter Deum et Deus solus propter se I 39 f. 1. 42 5\*. 45 d. 15 — secundum ordinem caritatis plus est diligendus quam ipse diligens III 642 a — plus diligendus ut bonum sibi quam ut bonum diligenti *ib.* 4\* — diligitur amore amicitiae sine intuitu praemii III 607 2\* — est obiectum virtutum theologiarum I 83 f. 4

60 — In Deo idem est secundum rem cognitum et ratio cognoscendi I 152 4\*. 391 5\* — In Deo idem est ratio essendi et cognoscendi I 457 f. 5 — non habet formam, quae possit a nobis in se cognosci, sed ipse est forma, quae est ipsi ratio se cognoscendi I 391 4\* — cum sit simplex, non habet representans secundum partem I 73 a — a nulla creatura potest representari secundum totum *ibid.* — De Deo non habetur perfectum exemplum in creaturis, sed multa manucentia I 352 d. 7 *Vide V. Cognitio-Dei ex creatura et-naturalis et V. Creatura-relate ad Deum*

— visione intellectuali videtur in se ipso lucens, visione autem imaginaria et corporali in subiecta creatura apparens II 271 b — Apparitiones et sensibiles locutiones aut semper aut frequenter factae sunt ministerio Angelorum II 272 a. 273 a sq.

— cognoscitur vere per fidem, cum in forma corporali apparet II 223 d. 1 — non habet effigiem in propria natura, quae est spiritus nobilissimus III 24 5\* — invisibilis factus est visibilis secundum carnem, ut per visibilia intellectum obfuscatum reduceret ad invisibilia cognoscenda et amanda III 26 3\*

— in se pure lux est et cognitio et ratio cognoscendi II 141 b — est summa lux summe intellectum nostrum complens I 69 a est lux spiritualis sapientiae, non corporalis II 305 2\* — solus est lux illuminans, in quantum intelligit et cetera intelligere facit II 266 a — Lumen spirituale propter sui dignitatem a fonte luminis immediate procedit *ib.* 3\* — solus est fons lucis spiritualis II 555 1\*

— non est lux complens formaliter animam, sed producendo et conservando lucem creatam II 412 6\* — est lux faciens intelligere, sed non vice intellectus agentis, qui sit potentia animae II 568 b — Verbum increatum non potest uniri animae ut perfectio perfectibili III 296 f. 1 — Increatum non potest esse forma animae III 297 a — non est illud donum, quo anima formaliter gratificatur II 635 a sqq. — Verbum est sapientia, qua omnia cognoscuntur, in quantum causaliter ea facit cognosci I 304 arg. 2. III 297 1\* — Sapientia aeterna et Spiritus sanctus non est id quo anima beata Deum formaliter cognoscit et diligit I 318 d. 3. III 296 b

— potest esse intellectui ratio cognoscendi quodcumque creatum III 308 1\* — Cognoscens Deum secundum ipsum iudicat de aliis, in quantum adminiculo illius dirigitur in aliis cognoscendis I 69 4\* — a nobis non videtur ut exemplar et causa creaturarum I 301 arg. 2. 807 4\* — Exemplar etiam a Beatis non omnino videtur I 834 4\*

— Sacramenta divina magis sunt admirabilia quam intelligibilia I 637 b — De Deo agendum est cum modestia, timore et diligentia, secundum intellectum fidei I 50 a — fide multo nobiliter cognoscitur quam cognitione naturali II 126 3\* — Cognitio de Deo sine fide est valde imperfecta et errori obnoxia III 524 4\* — est subiectum theologiae ut principium radicale, ad quod omnia reducuntur I 7 b

— Dei similitudo ordinate appetitur quantum ad imitationem in his quae nostrae sunt aptitudinis et divinae acceptionis II 149 a — Deum non debemus imitari in iis quae proprie ad eum spectant III 421 5\* — Omnia assimilantur Deo, in quantum habent rationem boni et pulchri et entis I 629 3\* *Vide V. Creatura - relate ad Deum*

DEVOTIO — Per devotionem anima aggravata sursum elevatur IV 589 a — impeditur per peccata venialia IV 550 a. 589 a — est actus gratia informatus, repugnans veniali peccato IV 550 a

DEXTRUM — et sinistrum significat terminos latitudinis II 343 f. 3, b — et sinistrum est in corporibus per comparisonem ad motum localem, secundum quod suscipiunt influentiam motoris prius in una par-



## DIA

te quam in altera *ib.* b. 344 1\*, 5\* — et sinistrum supponit sursum et deorsum ut terminos dimensionis corporis II 344 3\* — Secundum dextrum et sinistrum attenditur motus in loco *ibid.* — dicitur, unde est principium motus II 343 f. 2 — In parte dextra est maior virtus *ib.* arg. 2, b

— et sinistrum est proprie in animalibus, in statua similitudine II 343 b — in corporibus animalium est in determinata parte ut dispositio absoluta, quia moventur a motore unito II 344 a. 345 6\* — et sinistrum non facit principaliter distinctio membrorum, sed ratio diversae dispositionis ad suscipiendam influentiam motoris II 344 1\* — est secundum diversas dispositiones in animalibus, in quantum motor eis unitur per modum perfectionis *ib.* 2\* — est in caelo non ratione diversitatis partium, sed ratione influentiae motoris II 72 3\*. 344 a, 4\*, 6\*

— Christus dicitur sedere a dextris Patris secundum naturam divinam ratione omnimodae aequalitatis, secundum humanam ratione excellentiae loci et dignitatis II 85 b

DIABOLUS — dicitur deorsum fluens II 147 8\* *Vide V. Daemones*

DIACONUS — dicitur minister IV 636 a — nominantur a proprio actu et principali, qui est ministrare sacerdoti specialiter et immediate in sacris IV 637 d. 3 — immediate assistunt sacerdotibus, et ad eos pertinet transferre corpus Domini, primitus etiam sanguinem dispensare *ibid.* — eorum officium principale est offerre hostias sacerdoti IV 636 a — eorum officium est consimile officio levitarum, et per illud erat praefiguratum IV 637 d. 3 — debent Evangelium praedicare IV 635 a, b

— In diaconatu confertur potestas per impositionem manus episcopi IV 628 2\* — Diaconatus character imprimitur in traditione potestatis principalis IV 637 d. 3

DIACONISSAE — dicebantur feminae, quae communicabant cum diaconis in legenda homilia, quibus non conferebatur ordo, sed aliqua benedictio IV 650 a

DICERE — est cum intentione proferre IV 152 f. 2 — includit verbi prolationem et assertionem I 723 d. 6. III 267 6\* — Dictum exterius prolatum comparatur ad intentionem dicentis vel ad rem significatam III 840 a — est intelligibile et sensibile I 488 arg. 2 *Vide V. Verbum* — est actus virtutis interpretativae II 268 f. 2 — Ad vocis articulationem tria concurrunt II 509 d. 1 — non imprimit speciem in audientem, sed excitat ad suscipiendam speciem II 270 5\*

— Omni dicere respondet verbum I 482 a. II 3 b. 332 b — addit super intelligere concipere, quae tamen in nobis sicut in Patre sunt inseparabilia I 482 b. 483 4\*, 4\* — vel est ad se vel ad alterum, cui respondet verbum conceptum vel prolatum I 482 b. II 268 b. 269 4\*. 272 2\* — Locutio interior non est aliud quam cogitatio II 268 b — ad alterum dicit actum superadditum cogitationi et in homine etiam

signum sensibile II 269 a — sive dicatur apud se, sive exterius ad alterum, implicat actum absolutum simul et relativum et ratione absoluti reflectitur super dicentem, ratione relativi super dictum I 483 5\*

— potest convenire cuilibet personae divinae vel proprie vel transsumtive II 332 a sq. — est essentialiter et personaliter I 482 b. 483 3\*, 5\* — de Deo dicitur essentialiter respectu verbi creati, sed notionaliter respectu Verbi aeterni I 483 a, 3\* — secundum aliquos dicitur tripliciter, vel pro intelligendo vel pro generando, vel pro creando I 482 a — importat generationem et eius modum, qui est per expressionem sive declarationem I 558 3\* — Pater dicit apud se, cum intelligendo concipit, dicit ad alterum, cum se exterius exprimit et se per creaturam declarat I 482 b. 483 5\* — importat originem et etiam effectum in creatura, quem Pater efficit per Verbum I 563 5\* — Pater dicit se suo Verbo et creaturas ratione notionis I 206 d. 3 — Pater Verbo suo dicit se et omnia I 484 f. 1, 4. 557 f. 5. 563 5\* — Deus semel locutus est, quia Filium genuit, in quo omnia disposuit I 484 f. 3 — Deus pluries dixit in rerum formatione secundum multiplicationem actu connotatorum, sed semel in productione Verbi II 332 a

— Dei vel importat actum ad exterius, vel actum interius aut relativum aut absolutum II 331 d. 3 — ponit effectum vel in actu vel in habitu vel nullo modo *ibid.* — Dei vel connotat effectum actualiter vel in habitu, prout dicit actum ad extra, vel actum interius cum relatione ad creaturas *ibid.* — ut dicit comparisonem ad Verbum conceptum, per quod dicens se et omnia loquitur, importat dispositionem et effectum in habitu II 332 a — Deus dicit res, vel cum eas actu producit, vel cum eas producendas ab aeterno disponit *ibid.* sq. — Ad dicere sequitur facere I 484 f. 1 — Dei dicere est facere, quia licet faciat in tempore, non est nova operatio superaddita ad dicere II 332 a. 865 1\*

— Deus dicit ad exterius vel producendo creaturam, in qua se declarat, vel aliquid animae inspirando, in quo voluntatem suam demonstrat II 331 d. 3 — Deum loqui ad nos ultra intellectum notat revelationem, qua aliquam illustrationem in nobis efficit II 268 b sq. — Deus loquitur nobis ministerio Angelorum per aliquod signum exterius auribus oblatum vel interius in imaginatione formatum, et per se ipsum loquitur per verbum inspirationis menti instillatum II 272 a — Deus non videtur sensibiliter loqui per se ipsum II 271 f. 4. 273 a sq. — Angelus loquitur ad imperium Dei, vel in persona Dei, vel ut nuntius Dei II 272 a, b *Vide V. Angeluslocutio*

DICTAMEN — Quod est de dictamine naturae semper idem perseverat IV 617 arg. 4 — Aliquid est de dictamine naturae in speciali, vel tantum in generali IV 436 a sq. 618 4\*. 1003 b — Quaedam sunt de dictamine naturae simpliciter et secundum

## DIE

omnem statum, quaedam tantum secundum statum naturae conditae aut lapsae II 1009 4\* *Vide V. Conscientia*

DIES — dicitur illuminatio in nostro hemisphaerio II 315 b. 316 3\* — dicit claritatem aëris et successionem temporis II 316 4\* — Secundum diem et noctem fit successio temporum *ib.* 2\* — dicit terminationem motus solis cum firmamento II 315 b. 370 b — et nox attenditur secundum revolutionem corporum caelestium II 305 4\* — et nox dividitur per motum stellarum, qui fit ad motum ultimae sphaerae II 369 b — crescunt et decrescunt secundum motum solis et planetarum in zodiaco *ibid.* — Ecclesia computat dies solemnes secundum motum solis, excepto solo paschate et consequentibus, Iudaei autem secundum motum lunae *ibid.*

— Diei et noctis distinctio non erat ante formationem lucis, licet fuerit tempus II 305 4\* — incepit esse simul cum luce, et lucis formatio vere est opus primae diei II 304 f. 1. 316 4\* — De integritate primae diei II 316 4\* — et nox primis tribus diebus fiebat a luce primo creata II 313 a, 4\*, 5\*. 315 a sq. 331 d. 2 — ante formationem solis et post est eiusdem naturae II 312 f. 3

— Ultra septimum alius non enumeratur, sed fit regressus ad principium II 387 2\* — numerantur usque ad septem per respectum ad effectus speciales in primaria rerum conditione II 391 d. 6 — denominantur a planetis, quae in singulorum principio dicuntur dominari *ibid.* — Retenta in denominandis diebus consuetudine gentilium, dominicam tamen diem denominamus a nobis, sabbatum a Iudaeis, Ecclesia autem ponit ferias *ibid.* — In prima enumeratione dierum Scriptura connumerat noctem sequentem diei, in custodiendis solemnitatibus vero nox praecedens connumeratur diei sequenti II 330 d. 1 — Quatuor modi computandi dies *ibid.*

— spiritualis dicit illustrationem lucis super haec teubrosa II 141 b — est cognitio Dei in se *ibid.* sq. — Nox copulata cum die praecedente significat lapsum hominis a luce gratiae in tenebras culpae; dies copulatus cum nocte antecedente significat mysterium redemptionis II 330 d. 1

— quibus factum est opus distinctionis, secundum Augustinum significant considerationem angelicam II 297 b. 312 b — Augustinus posuit ordinem spiritualium dierum secundum septem conversionem intellectus angelici super res II 117 2\*. 312 b — Secundum plures Patres distinctio dierum est materialis et sensibilis II 296 b. 312 b sq. — non possunt esse simul, nisi intelligantur spiritualiter II 296 f. 5 — In numero senario dierum ostenditur perfectio universi II 297 a — sex significant tempus merendi *ibid.* — sex praesignant decursum mundi per sex aetates *ibid.* — septem significant septem illuminationes gratiae III 746 a — septimus significat quietem sine fine II 297 a. 387 2\* — septimus non habet vesperam II 297 a. 312 b. 387 2\*



— septimus est quodam modo in aliis productus ut similis specie II 387 2\* — Deus dicitur die septimo quiescere propter operis inchoati completionem quantum ad principalem universi constitutionem *ib.* a, 2\* — Post sextum diem Deus nihil producit novum, cuius non praecesserit simile vel seminarium II 118 f. 6. 388 b. 390 d. 4. 437 1\* — Deus post sextum diem multa fecit et facit miraculose vel mirabiliter contra solitum cursum naturae et consuetudinis humanae, quae possunt dici nova II 390 d. 4 — Deus facit quaedam nova contra solitum cursum naturae, vel quae non spectant ad universi complementum *ibid.* 437 5\*. III 32 1\* *Vide V. Creatio (80 a)*, ubi de operibus singulorum dierum — Opus secundi consummatum est die tertio II 350 d. 3

— dicitur sanctus et malus non ratione sui, sed ratione actionum, quarum est mensura II 390 d. 5 — septimus dicitur benedictus et sanctificatus ratione benedictionis et sanctitatis, quam homo acquirere debet inhaerendo Deo *ibid.* — Sex diebus licet operari et intendere rebus inferioribus, sed septimo die ab omni opere cessandum est, et Deo per contemplationem inhaerendum *ibid.* — dominica observanda est in memoriam beneficii redemptionis, in praefigurationem futurae resurrectionis et ad exclusionem erroris gentilium, qui eandem soli sacram habebant III 832 a — Quaedam in diebus solemnibus licita sint, et quibus operibus sint sanctificandi *ib.* b

DIFFUSIO — proprie dicitur humoris I 255 d. 6 — secundum quod huiusmodi est in aliud I 746 f. 1 — prius attingit propinquiora quam remotiora III 648 b *Vide V. Calor* — proprie est ad extra in productione effectus I 345 3\* — per modum multiplicationis, vel per modum operationis II 264 3\* — eius magnitudo attenditur secundum intensionem, vel extensionem III 43 3\* — bonitatis est improprie ad intra, ut persona procedat a persona, non ratione bonitatis essentiae, sed bonitatis in hypostasi I 345 3\* — est naturalis in Deo quoad productionem personarum, voluntaria et non in summo in productione creaturarum I 785 4\* *Vide V. Bonitas* — De diffusionem lucis I 663 1\*. II 264 3\*. 325 1\*. 349 3\* — Amor diffunditur, cum dilatatur affectum ad dilectionem multorum I 255 d. 6

DIGITUS — Dei est Spiritus sanctus I 595 d. 2

DIGNITAS — omnis creata est infra dignitatem summam Dei et propter illam II 611 a — ponit aliquid in eo, in quo est II 630 f. 3 *Vide V. Ambitio*

— est illa quam quisque probat auditam II 903 a — aliqua est ita vera, quod non sit ei contradicere corde I 153 f. 3. III 482 a — Dignitatibus contingit contradicere exterius, non tamen interius I 155 6\*

DIGESTIO — ordinatur ad generationem humoris et carnis IV 275 f. 3

DILECTIO — ad amorem addit electionem I 205 d. 1 — est voluntatis deliberativae III 616 b — est in plus quam caritas *ibid.*

— est actus completionis et perfectionis et reflectitur super se I 297 3\* *Vide V. Caritas-obiectum* — spiritualis possessa excitat desiderium *ib.* 2\* — in qua est acceptatio ipsius amoris, ipsa diligitur *ib.* a. 304 d. 1 — unit liberaliter et fortiter IV 1015 b — transformat amata et conformatur ipsi amanti III 700 f. 5. 701 2\* *Vide V. Amor* — mutua perfectior est quam reflexa I 194 f. 1. 199 f. 3 — mutua non potest esse minus quam ad unum I 196 4\* — est actio, sed nihil influit in amatum, nec dilectum aliquid patitur vel recipit ab amante III 305 b

— Aliquid diligitur non solum ratione indigentiae, sed etiam ratione convenientiae et complacentiae II 126 4\* — Aliquid amore amicitiae vel concupiscentiae diligitur propter se, vel propter aliud II 125 b — Dilectione fruitionis diligitur aliquid propter se et super omnia, dilectione usus vero propter aliud I 44 d. 12. III 642 a — secundum quod est actus concupiscentiae, est aliquid bonum desiderare vel acceptare III 631 2\* — Diligere aliquem super omnia amore amicitiae est, nullo commodo vel incommodo velle illum offendere nec amicitiam solvere II 126 a — Diligere aliquid super omnia dilectione concupiscentiae est, nullo commodo vel incommodo velle illud perdere *ibid.* *Vide V. Amor et V. Caritas-actus*

— deliberative simul et semel potest tantum in unum ferri III 608 f. 2 — Cum multa diliguntur ut relata ad unum, non minus diliguntur quam pauca III 691 4\* — Actus dilectionis est perfectior quam actus expectationis III 575 6\*

— sequitur cognitionem I 91 b. 197 f. 1. 225 f. 1. IV 707 b — et cognoscere sunt diversi actus et diversarum potentialium, licet secundum rem sit idem obiectum II 561 3\* — maior est, ubi est maior cognitio, saltem in gloria II 249 6\* — Maiorem cognitionem sequitur maior dilectio, secundum quod se tenet ex parte potentiae concupiscibilis, sed non ex parte gratiae animam elevantis II 708 4\* — Dei commensuratur cognitioni non cuicumque, sed experimentaliter *ibid.*

— Diligere idem est, quod velle bonum alicui I 537 arg. 1. III 594 b. 608 b. 631 2\*. 632 b — dicit liberalitatem affectionis se ipsam alteri communicantis III 698 b — Diligere magis aliquem est ratione boni optati, vel affectus intensi, vel effectus impensi propter maiorem indigentiam II 127 b sq. — est affectu vel effectu III 618 d. 3. 667 a — Diligere effectu est communicare effectum, qui potest connotari in actu, vel in habitu III 699 3\* — affectus sine dilectione effectus non est vera III 666 f. 3. 667 a

— naturalis amat bonum II 125 f. 2 — est appetitus boni II 179 arg. 7. III 632 b — Affectio animae nata est diligere omne bonum I 40 b — Diligenda sunt bona concretive sumta, et abstractivae sumta ut rationes diligendi III 630 b — oritur ex consideratione bonitatis, vel est princi-

pium bonitatis I 715 4\* — est boni, quod habet esse in actu, vel in causa III 698 1\* — est respectu absentis et praesentis II 545 4\*. III 577 a. 689 a

— gratuita non diligit se nisi propter Deum II 126 3\* *Vide V. Amor et V. Caritas-Deus* — Inordinate se diligentes affectu sibi nocent effectu III 618 d. 3 — naturalis quaerit proprium commodum, sed non se extendit ad bona spiritualia III 630 a sq. — Amor proprii boni cum defectu caritatis generat invidiam IV 1039 f. 4 — deordinata boni creati est in omni peccato III 601 a *Vide V. Amor*

— Diligere proximum sicut se ipsum est facile amanti, aliter autem saepe valde difficile III 891 2\* — proximi ordinat voluntatem in se et disponit ad bona opera IV 559 d. 3 — proximi maxime adiuvat ad servandam iustitiam III 721 3\*

— naturalis respicit similitudinem II 127 arg. 4. III 634 d. 2 — naturalis intenditur per familiaritatem et domesticitatem II 127 arg. 5 — Affectus naturaliter intensior est erga aequales et coniunctos, ubi non est morum diversitas et invidiae malignitas II 128 a — Affectus naturalis in sibi proximos manet in impiis hominibus IV 1039 arg. 2 — In dilectione naturali saepe est peccatum veniale IV 559 d. 3

— Dei est a voluntate naturali, vel ab electiva, vel a gratuita II 155 4\* — Tempore naturae institutae voluntas habilis erat ad diligendum Deum propter se et super omnia II 125 b. 696 3\* — Affectu naturali recto Deus summe diligitur ut summe bonum diligenti II 125 f. 2. 126 1\*, 3\* *Vide V. Deus 59* — Dei naturalis plurimum differt a caritate et non est meritoria II 126 3\*. 658 6\*. 696 3\*. III 616 b — Dei super omnia ut motus naturae institutae est ex quadam habilitate et rectitudine respectu boni, gratiae vero, quia captivatur affectus in obsequium Christi contra naturalem inclinationem II 126 3\* — per gratiam est nobilior non solum ex parte modi diligendi, sed etiam ex parte principii et motivi *ibid.* *Vide V. Caritas-habitus gratuitus et -actus (44 a)*

— acquisita per assuefactionem manet cum peccato I 299 b — Dei, quae remanet in peccatore, non habet rationem virtutis, nec habet actum perfectum circa suum obiectum III 601 1\* — in peccatore non se extendit ad omnia diligenda, nec excludit amorem libidinosum sibi oppositum *ib.* 2\* — quaedam remanet in peccatoribus communiter ut quoddam adiutorium concupiscibilis, sed non ut virtus theologica *ib.* 5\*

— immediate fertur in Deum II 545 4\* — Dei potest esse perfecta et imperfecta *ibid.* — Petrus et Ioannes in dilectione Dei secundum diversas considerationes se mutuo excedebant III 707 b sq. — est communis viae et patriae IV 1009 1\* — est dos perficiens concupiscibilem III 562 a. IV 1009 b — In dilectione Dei non sunt gradus, sed diversae rationes moventes III 653 d. 3

## DIL

— **divina** non est affectio aliqua unitiva, sed essentia III 699 2\*. 701 2\*. 708 d. 1 — Deus non dicitur creaturam diligere ratione affectionis animi, sed ratione communicationis alicuius boni I 41 3\*. III 700 b — Dei potius dicit effectum quam affectum II 631 b. III 623 1\*. 700 b — Dei in se est fruitio, sed relata ad creaturam potest dici usus ratione connotati III 699 5\*. 703 b — Deus diligit hominem amore, quo diligit se, non tamen eo fruitur I 41 3\* — Deus nos diligit se fruendo, ex conversione voluntatis supra suam bonitatem I 41 3\*. 44 d. 12

— Dei non causatur a rebus III 698 f. 4 — Dei est principium bonitatis nostrae I 715 4\* — Dei magis respicit gratuita quam naturalia III 704 1\* — In dilectione divina est prima et summa ratio omnis acceptationis I 304 d. 1

— Deus est plenus dilectione et misericordia ex sua bonitate III 27 6\* — In beneficiis erga hominem manifestatur nimietas dilectionis Dei III 704 a — In Deo laudabilis est excessus dilectionis erga homines III 21 2\* — Deus homines dilexit in statu amicitiae et inimicitiae III 703 f. 4 — Dei maxime manifestata est in hoc, quod dilexit nos, cum essemus inimici III 669 2\*

— Deus diligit omnia generaliter III 699 f. 1 — Deus diligit omnem creaturam in quantum bona *ib. f. 2* — Nihil procedit a Deo, quod non ametur ab ipso *ib. f. 3* — Deus influit in omnia mediante dilectione III 700 f. 4 — Dei quantum ad effectum naturae est omnibus communis et generalis, et secundum hanc dicitur diligere omnem creaturam *ib. b* — Deus diligit omnia ex caritate increata ut principio motivo et producente; sed ex caritate, ut habet rationem exemplaris repraesentantis diligit illos solum, quibus communicat caritatem creatam III 701 1\* — Deus diligendo conformat sibi omnem creaturam generaliter secundum similitudinem vestigii, et specialiter per caritatem secundum similitudinem imaginis *ib. 2\** — Quantum ad effectum gratiae Deus quosdam diligit, quosdam odit III 700 b. 701 3\* — Deus secundum voluntatem antecedentem diligit omnes, secundum voluntatem consequentem omnes salvandos I 714 2\*. III 695 d. 3 — Deus diligit creaturas irracionales, in quantum eas conservat in esse naturae III 623 1\*. 700 b

— expressius repraesentat distinctionem personarum, quia in homine est personalis discretio per originem II 400 arg. 1 — repraesentat Trinitatem summam, et prout est in se ipsa et prout est in rebus, ut sic in qualibet parte corporis sit tota, sicut summa essentia est in creatura *ib.* arg. 2 — repraesentat Deum, non solum ut ens est in se, sed etiam ut est principium aliorum *ib.* arg. 3 — repraesentat Deum, in quantum est exemplar et spiritualium et corporalium *ib.* arg. 4

— repraesentat Deum secundum actum nobilissimum, qui est intelligere II 394 f. 4 — maxime natus est Deo configurari et assimilari, quia Dei capax est II 393 f. 3. 395 a — dicitur esse genus Dei, quia habet aliquam convenientiam specialem secundum habitudinem analogiae II 412 3\* — De similitudine cum Deo remansit imago II 5 b

5 — est de terra quantum ad corpus, secundum imaginem Dei quantum ad animae naturam II 4 a — sumtus est de terra, in quam postmodum erat rediturus II 427 d. 2 — dicitur de limo terrae productus, ut ex hoc proficiat et ascendat per humilitatis meritum II 420 a — Corpus hominis est de natura inferiori, ut se ipsum pulverem reputans, Deo per omnia subiaceret *ibid.* — Corpus hominis in statu viae est conformis naturae caelesti, sed super illam exaltatum in empyreo II 423 6\* — Corpus hominis debuit constitui ex natura terrae convenienti, quae est elementaris II 420 a — Corpus hominis debuit constitui ex natura elementorum, ut creaturae inferiores possent ei servire et in homine quodam modo glorificari *ibid.* — conditus est in corpore animali ad procreandam prolem ad cultum Dei I 784 b. II 476 b

6 — specialiter dicitur *productus* opere Trinitatis ratione imaginis II 406 d. 1 — eius productio narratur ut distincta a productione bestiarum ratione dignitatis *ibid.* — productus est sexto die quantum ad



corpus et animam II 417 1\* — Corpora humana spectant ad terrae ornatum, unde productum est sexto die II 418 2\* — creatus est die sexto, quia omnibus indiget II 46 2\* — productus est post ceteras creaturas II 385 a, 7\* — productus est post omnia ut finis omnium et consummatio II 418 6\* — congrue productus est eodem die, quo cetera animalia gressibilia II 385 a, 5\*, 6\*. 406 d. 1 — Anima producta est cum corpore post productionem brutorum, quia eorum imperfectionem sua dignitate consummat II 417 2\* — Licet productio animae concordet productioni Angelorum, tamen ratione corporis, quod spectat ad terrae ornatum, producta est sexto die *ibid.* — Productio corporis non concordat productioni Angelorum, sed spectat ad terrae ornatum I 418 2\* — non debuit produci cum Angelis II 385 5\*. 418 2\* — debuit fieri in terra, sicut Angelus in empyreo II 420 a, 3\* — positus est in paradiso terrestri, sed productus extra paradysum II 427 d. 2 — conditus est in loco distante a loco gloriae ad merendum II 176 b

— omnes processerunt ab Adam sicut rami a radice et rivuli a fonte II 718 f. 4 — omnes convenienter producti sunt ex uno homine, sed uterque sexus immediate a Deo II 434 b — Totum genus humanum multiplicatur et disseminatur ex uno propter repraesentationem Dei ut universalis principii III 262 b. 271 a — Tota humana natura erat in Adam non quantum ad existentiam possibilem, sed actualem II 731 2\* — producitur ab homine, ut magis se invicem diligant II 434 b. 478 3\* — quatuor modis producitur, qui pertinent ad perfectionem universi II 433 3\*. III 23 arg. 9. 33 b. 272 b

— post infusionem animae est in triplici statu: in utero manifestus Deo, natus manifestus nobis, adultus notus sibi IV 150 a sq. — In homine assignantur sex aetates IV 834 d. 3 — Sicut homines diversas habent facies, sic diversas habent mentes et proprietates mentales II 104 4\*

— Ordo divinae misericordiae, iustitiae et sapientiae in conditione et conservatione hominum II 774 5\* — conservatur in esse in se per vitam, in simili per filiorum procreationem II 437 a — multiplicantur ad perficiendum numerum electorum in laudem Dei II 104 1\*. 447 3\*. 478 3\* — congruenter multiplicantur successive II 478 3\*

7 — nulli generi creaturae est obnoxius, sed soli Deo III 262 f. 3. 263 a — natus est dominari ceteris creaturis II 383 a — dum est ad Deum conversus et subiectus, cetera sunt ei subiecta ad diiudicandum, ad utendum, ad gubernandum II 5 a — Si anima servaret ordinem sub Deo, nihil exiret eius imperium II 504 f. 3 — post peccatum amisit dignitatis praesidentiam II 383 3\* — Animalia homini magis mansuescunt, secundum quod plus reformatur et reducit ad statum innocentiae III 622 b

— in statu innocentiae habebat **immortalitatem** quantum ad aptitudinem per na-

turam, sed quantum ad complementum per gratiae donum, quae vocatur iustitia originalis II 469 b sq., 3\* — Per originalem iustitiam natura erat immortalis, et non poterat intervenire mors nisi per culpam *ib.* 2\*, 3\* — poterat dici mortalis, licet non esset necessitas moriendi II 473 d. 2. 478 1\* — per naturam est mortalis et corruptibilis II 43 f. 3 *Vide V. Corpus mortale.*

— in statu innocentiae erat omnino impassibilis II 504 f. 6 — Defectus non sunt ex constitutione naturae III 333 1\* — Non potuit esse defectus in corpore humano sive per defectum virtutis animae sive alimenti, nisi praecederet transgressio inobedientiae II 425 b — Defectus sunt annexi in statu miseriae III 341 d. 2 — Homine stante, nulla animalia ipsum laederent, sed omnia ei mansueta essent II 383 3\* — servabatur a laesione extrinseca speciali Dei providentia II 470 a

8 — Liberum arbitrium hominis de conditione primaria **rectum** erat II 556 f. 4 — Deus fecit hominem rectum II 125 b — eius rectitudo est a Deo, obliquatio a se ipso II 3 b — Deus fecit hominem rectum, dum ad se eum convertendo sibi assimilavit II 5 a — per imaginem est possibilis ad rectitudinem, rectus vero per conversionem ad Deum II 4 a sq. — per continuationem ad summam potestatem efficitur rectus, immo rector et rex *ib.* b — In homine post peccatum mansit aliqua naturalis rectitudo II 507 3\*, 4\*

— in statu naturae institutae idoneus erat ad colendum Deum integre et perfecte III 819 b — in natura instituta habuit habilitatem ad amandum Deum propter se et super omnia II 125 b — in statu innocentiae erat maxime Deo propinquus, et ideo nihil poterat inordinate diligere II 505 3\* — Tempore naturae institutae corpus subiectum erat animae II 486 b

— In statu innocentiae distinguitur probabilius tempus, quo habuit tantum naturalia, et quo habuit naturalia et gratuita II 703 b — in statu innocentiae indiguit gratia gratum faciente, ut Deo placeret II 695 b sq. — in statu innocentiae poterat per liberum arbitrium propria virtute sine appositione novae gratiae resistere tentationi II 557 a — peccat consentiendo tentationi, in quantum sine gratia superadita poterat resistere II 556 f. 2 — Ponderus carnis non inclinabat hominem primum ad peccatum, ideo non excusat adeo, ut faceret illud remediabile II 175 b — in statu innocentiae nullum habebat impellens ad peccandum II 504 f. 1. 505 a — nullum habebat impellens interius, sed exterius II 507 2\*. 529 d. 5

9 — per rationem est capax beatitudinis et iustitiae, et culpae et miseriae II 716 1\* — Quia homo rationis capax est, ideo habet libertatem arbitrii II 383 a — In prima sui constitutione debebat habere vertibilitatem arbitrii III 267 2\* — Melius est, ut Deo liberaliter serviat I 784 b — conditus est in vertibilitate arbitrii, qua poterat converti et

reverti II 507 a — Animae humanae data est libertas arbitrii vertibilis et revertibilis, id est potens stare et cadere et resurgere II 42 b — productus fuit in statu vertibilitatis, ut ordinato processu veniret a merito ad praemium, ab imperfecto ad perfectum, ab inferiori ad supremum II 533 1\*. 555 f. 4, a — relictus fuit in manu consilii sui III 413 d. 3 — Deus a principio hominem reliquit in manu consilii sui dando ei libertatem arbitrii III 813 arg. 3 — habet vertibilitatem liberi arbitrii, qua potest vivere et mori spiritualiter, et corpus habile ad vivendum et moriendum II 419 b. 420 2\*

— debuit condi in statu vertibilitatis arbitrii, et ita impugnabilis et expugnabilis II 533 a. 534 b — congrue fuit creatus peccabilis ad manifestandam Dei potentiam, sapientiam, misericordiam, iustitiam II 532 b — Melior simpliciter fuisset homo confirmatus in gratia, sed secundum quid in ordine ad finem melius factus est in libertate peccandi I 792 d. 2 — habet habilitatem ad labendum frequenter et possibilitatem ad resurgendum II 46 b

10 — omnes naturaliter desiderant **beatitudinem** II 517 a. 528 d. 3. 795 arg. 2 *Vide V. Beatitudo.* — immediate ordinatur ad aeternam beatitudinem II 46 a — a natura habet aptitudinem ad beatitudinem, sed dispositionem sufficientem habet per gratiam II 469 b

— Naturaliter appetit excellentiam et sufficientiam et laetitiam II 517 a — in bonis creatis nunquam quiescit II 5 b — Nihil creatum potest compensare bonum amissum *ibid.* — in gloria undique completur, intelligentia absorbetur ab eminentia lucis, affectio a torrente voluptatis II 546 7\*

— debet pervenire ad beatitudinem per merita et bona opera, unde prius est viator quam comprehensor II 420 3\* — longo tempore debebat esse viator II 507 a — erat in statu sublimi, sed minus propinquus statui gloriae *ib.* 1\* — ei praefixus est terminus diuturnus ad merendum, quia conditus est in dispositione remotiori a gloria II 176 b — in statu innocentiae fuissent translati in gloriam successive II 488 d. 4 — non erat Deo immediate quantum ad statum, sed promovendus ulterius ad deformitatem gloriae II 546 6\* — lapsus in statu praesenti venit ad suum finem per vias asperas, quae non conveniunt statui innocentiae II 717 6\*

11 — In **statu** viae comprehenduntur tres status: innocentiae, naturae lapsae, naturae sub lege gratiae III 360 d. 4 — In statu innocentiae natura perfectior erat quam in statu viae II 478 a — Naturalia post lapsum eadem sunt substantialiter, sed minus possunt quam in natura instituta II 557 2\*

12 — est principalis auctor sui **lapsus** III 41 4\* — impugnatus fuit non ex defectu Dei custodientis, sed ex ingratitude hominis custoditi II 535 4\* — contra tentationes habet multiplex adiutorium II 165 3\*

— Si homo stetit, non videntur plures salvandi fuisse I 833 b — Lapsus hominis facit ad rationem eligendi, in quantum fuit ab aeterno praevius I 715 3\* — In conditione humani generis Deus praevit lapsum III 27 5\*

13 — Humana natura **corrupta** est merito primae praeviationis, non a primordio suae conditionis II 715 b sq. — Natura corrupta est a primo parente II 719 b sq. — Totum genus humanum per peccatum primi parentis prolapsus fuit de statu innocentiae III 4 a — Totum genus humanum corruptum est, secundum quod processit secundum legem concupiscentiae III 87 4\* — eius corruptio non cognoscitur per rationem solam II 716 a. 719 b — Tota natura corrupta est non solum poenaliter, sed etiam culpabiliter II 714 f. 2. 719 a *Vide V. Corruptio.* — In generatione prolis infectae malum non praeponderat bono II 720 2\* — merito culpae originalis non debebat comparere coram Deo propter foeditatem culpae, propter offensam Maiestatis divinae, et propter mortalitatem in carne IV 89 d. 3

— evanuit per culpam I 3 b — In homine est duplex vetustas, poenae et culpae III 80 d. 4. 341 d. 1 — post peccatum amisit habitum scientiae, non tamen naturale iudicium II 549 d. 3 — non solum corruptus est quantum ad vim motivam, sed etiam quantum ad sensitivam et phantasticam II 900 3\* — Post peccatum subtracta est ei perfecta lucis increatae influenza, unde multa ignorat et facile errat I 24 d. 5 — in praesenti statu retardatur per corpus, quod aggravat animam III 704 3\* — in praesenti statu indiget multiplici auxilio et mediatoribus III 704 4\* — indiget custodia Angelorum contra tentationes diaboli etiam in statu naturae institutae II 279 b — Ex humana infirmitate et indigentia homini innotescit divina potentia II 532 b. 533 4\* — Nostra virtus instabilis nunquam invenit quietem II 6 a sq. — ex carentia iustitiae originalis incurrit necessitatem indigentiae et inevitabilitatis I 126 a — corruptus accipit occasionem peccandi ex cognitione, et ideo melius est ei quaedam nescire I 689 1\*

— multum diligit carnem II 502 f. 4 — Inferior portio rationis multum trahitur a sensualitate II 588 a — fere omnes carnales sunt et desideriis carnis obsequuntur II 503 a, 5\* — semper magis et magis sequebantur concupiscentiam et de uno errore labebantur in alterum IV 52 2\*

— per conversionem fit impurus, per aversionem infirmus, per exspoliationem mendicus II 5 b — impeditur in bene agendo et ineptus est ad opera maioris excellentiae ratione reliquiarum peccati III 739 b — omnes generati de massa peccati habent difficultatem ad vitandum peccatum et necessitatem ad committendum III 77 b in statu naturae lapsae facilis est ad desiderium et ad superbiam III 78 d. 1 — ex prima transgressione multipliciter deordinatus est quantum ad ordinationem ad pro-

ximum III 819 b — Multiplex est deordinatio respectu sui III 893 d. 2

— Peccatum punitum fuit poena **mortis**, quae est irremediabilis, de qua nullus evadit II 174 f. 4 — per peccatum factus est mortalis, ut quemadmodum voluntarie Deum deseruerat et se ipsum morte culpae occiderat, sic spiritus invite desereret corpus, et mors exigatur in poena, sicut commissa fuerat in culpa II 506 b — mali statim post mortem descendunt in infernum, quia anima non est deputata ad ministrandum II 165 3\*

14 — lapsi sunt peccato remediabili III 40 f. 3 — etsi totus corruptus esset, non esset incurabilis, nisi corruptio ei inseparabiliter adhaereret III 87 4\* — lapsus de culpa potest consequi veniam propter fragilitatem carnis II 577 3 — potest rectificari, quamdiu est in statu merendi II 176 a sq. — tempore merendi transeunte, si est in aliquo peccato, non potest reacquirere bonam voluntatem II 176 a. 177 b

— Homines **reparari** decens et congruum erat propter eius dignitatem, propter modum labendi et propter statum hominis lapsi III 417 b sq. — magis erat reparandus quam Angelus III 418 2\* — quia per alium cecedit, debuit habere adiutorem et relevatorem II 507 b. 534 b — totus lapsus fuerat, per alium corruerat et reparabilis erat III 40 b. 41 3\* — Humana natura tota cecidit, alio peccante et alio suggerente, et ita decens fuit, eam per alium relevari II 175 b. III 418 a — Hominis miseria provocabat misericordiam, poenitentia placabat iustitiam III 418 a — erat perditus et redimendus secundum naturam visibilem et invisibilem I 281 f. 3 — non erat redimendus ab alia creatura, ne esset ex hoc illi subiectus III 423 a

— liberantur per missionem Filii, beatificantur per missionem Spiritus sancti III 31 b — Si Deus non esset incarnatus, homo esset beatus, dum tamen esset redemptus et ad visionem Dei perductus IV 1005 2\* — Humanum genus respectu incarnationis non fuit ratio finaliter movens, sed quodam modo inducens III 706 3\*

— Mira Dei condescensio patet, quod genus humanum sibi inimicum coniungere voluit in unitatem personae III 262 b — Dei liberalitas in redemptione hominum III 706 4\* — Propter peccati infinitatem debuit homo redimi maiori pretio, quam valeret *ibid.* — ex pretio a Christo soluto melius debet cognoscere pretiositatem suam *ibid.*

— per incarnationem coniungitur suo principio III 23 b — est magis unibilis Deo quam Angelus ratione personalis proprietatis et culpabilis infirmitatis II 399 6\* — In gratificatione et glorificatione hominis maxime ostenditur Dei misericordia et iustitia II 533 4\* — Genus humanum est finitum multiplicatione et duratione III 706 2\* — Deus maiora beneficia praestitit hominibus quam Angelis III 704 a, 2\*

— Caro simul habuit vulnus praeviationis et medicamentum vulneris III 85 f. 1

— per culpam exspoliatus gratuitis et vulneratus in naturalibus, per Sacramenta vestitur gratia et curatur IV 4 a

15 — a Deo creatus debet Deo honorem II 555 f. 3 — ad hoc, ut recte ordinetur in Deum, necesse est, ut etiam ad se ipsum et ad proximum ordinetur III 727 3\* — ordinatur ad se, in quantum sortitur rationem duplicis personae III 721 4\* — in operibus suis non tantum debet meritum suum intueri, sed etiam profectum proximi III 670 5\* — debet sibi rigidus esse et aliis pius IV 393 5\* — Ius naturale dicitur, quod homo quod sibi vult fieri faciat alii, et non faciat alii quod sibi non vult fieri IV 747 f. 6. 750 a — secundum naturalem ordinem cum omnibus debet habere pacem et concordiam III 667 5\* — est animal mansuetum *ibid.* — Hominis non est iudicare, sed iudicari et parere III 421 3\* — in dilectione inimicorum plus elevatur supra se et super ea quae sunt naturae, quam in dilectione amicorum III 668 f. 4 — naturalem affectionem habet ad proximum sanguine IV 848 a sq.

— debet cognoscere originem boni et cognoscendo requirere et ad illam pervenire et ibi requiescere, et cognoscere originem et principium mali et illud vitare et cavere II 4 a — debet potius pati mortem quam recedere a veritate vitae et iustitiae II 458 f. 4 — omnes desiderant scire, sed aliqui voluntate electiva recusant scientiam II 528 d. 3. 529 d. 4 — omnes natura scire desiderant, sed aliqui veritatem impugnant propter odium dicentis vel effectus consequentes II 995 4\* — omnes naturaliter desiderant scire veritatem, sed mali eam odium quantum ad effectum consequentem I 24 d. 6

— exterior dicitur corpus cum viribus animae inferioribus, interior est spiritus rationalis ad caelestia conversus II 587 d. 3 — Potentiae, per quas homo convertitur ad spiritualia, constituunt liberum arbitrium, illae vero, quibus convertitur ad sensibilia, constituunt sensualitatem *ibid.*

— Non licet in homine sperare, quasi posset dare meritum salutis I 251 f. 6 — In homine potest aliquis confidere tanquam in adiutore salutis, vel pro temporali beneficio I 44 d. 9 — Ad hominem non est recurrendum, ut a quo salus detur, sed administratur I 252 5\* — Ab homine non est speranda gratia et venia IV 128 a — Non licet sperare in homine ut relevante, sed ut adiuvante IV 132 d. 4 — potest orationibus adiuvare quadam congruitate *ibid.*

— inducit ad peccandum malum exemplum praebendo II 817 d. 1 — est minister vindictae Dei IV 342 d. 6

16 — est sub lege quantum ad obedientiam obligatoriam III 34 d. 3 — non potest resistere Dei voluntati beneplaciti, sed resistendo voluntati signi Deo adversatur et est eius inimicus II 827 b — in principio conversionis multa ex timore facit, sed approximans ad perfectionem ad bene operandum magis trahitur liberalitate amoris, quam stimuletur poenalitate timoris

III 764 b — mali et superbi potius volunt subesse diabolo quam Deo II 151 1\* — voluit Deo assimilari ex excessu praesumptionis III 21 2\* — inste fuit subiectus diabolo, cum se induisset in servitutem peccati III 413 d. 3, 4. 432 d. 1 — per rebellionem sensualitatis brutalis efficitur similis bestiis II 588 a. 716 3\* — fit similis bestiis quantum ad mentem per peccatum II 473 d. 1.

— debebat subiici, ut per humilitatem subiectionis ascenderet unde angelus ceciderat per sublimitatem elationis II 420 a — propter peccati meritum est infra res sensibiles IV 30 d. 8 — ratione perversitatis in poena subiicitur inferiori per naturam I 232 6\* — recte subiicitur exterioribus rebus in Sacramentis, sicut se subiecit in peccato IV 553 f. 2 — recte subiicitur rebus sensibilibus aut propter peccati meritum, aut propter Dei praeceptum, aut quia sunt gratiae signa IV 30 d. 8 — non debet se rebus creatis subiicere, ita ut in eis ponat ultimum finem *ibid.* — non debet humiliari sub creatura, ut a qua detur salus I 252 5\* — non potest esse subiectus necessario influxibus siderum II 363 a sq. — subiicitur astris, in quantum sequitur passiones II 364 2\*

HOMOGENEITAS — est unitas, quae manet simul in diversis II 100 b — Homogeneum est eiusdem naturae in toto et in partibus IV 233 arg. 4 — materiae dicit quandam unitatem possibilitatis II 101 a

HOMOUSION — dicit comparationem essentiae ad personas I 585 b

HONESTAS — personae plura requirit exteriora IV 655 b — Impedimentum publicae honestatis contrahitur ex sponsalibus per verba de praesenti IV 769 a — quantum ad coniunctionem personarum tenet medium inter consanguinitatem et affinitatem *ib.* b

HONESTUM — distinguitur contra utile I 34 f. 3 *Vide V. Bonum - honestum et - appetendum.* — Quod est opus iustitiae de se, cadit in genere honesti IV 717 f. 4. 750 4\* — Ratio honesti est in bonis spiritualibus III 630 b. 631 1\* — Bonum honestum, quod est pure bonum, terminat et quietat, et eo est proprie fruendum; eo vero, in quo est puri boni similitudo, non est proprie fruendum, sed in eo delectandum I 41 4\*

HONOR — In honore est testificatio, vel exhibitio alicuius testificantis maiestatem III 214 4\* — vel exhibetur in testimonium virtutis vel in signum alicuius nobilitatis et excellentiae et in obsequium reverentiae III 208 a, 4\* — vel est adorationis, vel venerationis *ib.* a — appetitur in ratione sufficientiae, vel excellentiae III 893 d. 2

— respicit dignitatem III 634 d. 2 — refertur ad rem rationalem et excellentem ratione sui ipsius III 208 2\*. 211 a — semper respicit personam III 201 a, 5\* — naturam respicit digniorem in subiecto *ib.* 5\*. 871 b — refertur ad aliquem aut sicut ad subiectum, aut sicut ad finem III 206 2\*

— alius debetur Deo quam homini I

252 5\* — quadruplex Deo debitus IV 365 1\*

HORAE — canonicae institutae sunt ad continuam laudem Dei et ad excitandam devotionem IV 288 d. 5

HOSPITALITAS — docetur a Christo remunerando eam in discipulis III 844 3\*

HOSTIA — *Vide V. Eucharistia - accidentia.* — Peccatori non est danda hostia non consecrata IV 242 6\*

HUMIDITAS — dicitur, prout est extra venas IV 908 a — est radicalis et nutrimentalis II 730 b. 736 a — est triplex, quae reducitur ad humiditatem nutrimentalem et complexionalem IV 908 a — est radicalis et fluens et refluens tum respectu nutritivae, tum generativae II 730 b sq. 732 b — radicalis concurret ad generationem prolis II 730 b sq. 731 4\* — nutrimentalis respicit statum et indigentiam IV 908 a — Humidum radicale paulatim consumitur nec potest reparari per quodcumque alimentum II 470 a. 736 a — Humidum nutrimentale restaurabatur per omne lignum paradisi, radicale vero per lignum vitae IV 662 4\*

— Humidum proprio termino est male terminabile II 366 d. 1

HUMILITAS — tam affectus quam intellectus habet rationem virtutis III 488 f. 5 — Humiliatio intellectus est admodum laudanda III 529 d. 1 — est pars iustitiae IV 322 a. 325 a — reducitur ad iustitiam, ut ordinat hominem ad se ipsum III 721 4\*

— dicit aliquid, quod est affectionis IV 325 a — non est in rationali *ibid.* — est in potentia irascibili *ib.* b — Humiliatio est circa vim irascibilem IV 30 d. 7

— consurgit ex cognitione sui et Dei per scientiam caritati coniunctam III 337 4\* — Ad humilitatem maxime expedit timor III 752 d. 1 — claudit oculos ad bona propria et aperit ad videnda mala I 299 b — vult corrigi I 25 b — non habet excessum in reputatione sui IV 564 3\* — inferiorem se reputat quantum ad vitae meritum, non quantum ad officium IV 615 2\* — Humiliatio virtuosa et laudabilis non debet procedere ex impetu, sed ex discretionem rationis III 333 4\*

— Christus suo exemplo docuit humilitatem III 331 a — insinuat in Scriptura et in verbis Christi I 213 5\* — commendatur in incarnatione Verbi III 41 2\*, 3\*. 91 b — Christi et beatae Virginis confundit mundanorum superbiam IV 710 a

— Quamvis humilis parum intendat facere, tamen magnae bonitatis est eius intentio II 924 3\* — Exercitium humilitatis est securius quam alterius virtutis III 803 b — est fundamentum defendens contra ventum prosperitatis IV 583 a — In humilitate maxime vincitur diabolus et peccatum III 331 4\* — in docente movet ad audiendum et captat benevolentiam I 25 b — Deus se potest humiliare in natura unita ad maiorem manifestationem suae altitudinis III 20 1\*

HUMOR — fit, dum aqua terrae miscetur II 381 a — In humoribus maxime do-

minatur natura aquea II 379 arg. 4. 381 a — aliquando dicit proprietatem corporis, aliquando substantiam sub tali forma II 318 a — venit a radice ad ramos IV 876 b

— dicitur, prout est in venis IV 908 a — immediatius constituunt corpus quam elementa IV 907 f. 1 — non sunt de substantia corporis, sed faciunt ad plenitudinem et integritatem IV 908 f. 5, a, 1\* — disponunt ad vitam et restaurant corpus IV 907 f. 3, 4. 908 3\*, 4\* — Ex humore coagulato per naturam fit corpus organicum II 376 4\*. 381 a. III 79 d. 3

— Per humores distinguuntur complexionones IV 907 f. 2 — corporis disponunt ad diversas affectiones animae, sed non necessario II 363 b. 364 2\*

HYPERDULIA — tenet medium inter dulia et latriam III 207 b — est dulia maior III 206 a — debetur beatae Virgini ut Matri Dei *ibid.*, 4\*

HYPOCRITAE — in signo exteriori ostendunt, se esse bonos, et interius replentur malitia III 844 3\* — exterius praetendunt sanctitatem et in corde portant iniquitatem IV 341 d. 3 — constituunt sibi duos fines et habent cor divisum II 887 a — Hypocrisis abscondit peccata IV 585 2\* — exterius tantum dolent IV 373 4\* — fingentes poenitentiam peccant dupliciter IV 341 d. 3 — Fama, quam appetunt hypocritae, non est eis magnum bonum IV 659 b — qui faciunt opus propter gloriam suam, receperunt mercedem suam IV 356 f. 4. 378 d. 7 — Hypocrisis prohibetur implicite IV 412 d. 2

HYPOSTASIS — est substantia cum proprietatibus I 410 a — de se non importat respectum ad accidens, sed solum ad proprietatem distinguentem I 462 d. 1 — in creaturis dicit substantiam cum accidentibus *ibid.* — non dicit proprietatem excellentiae, sed dicit fundamentum existentiae sicut persona III 231 a — nominat suppositum III 148 f. 1 — proprie significat suppositum distinctum I 406 4\*. 409 b. 410 a. 416 d. 1 — respondet subsistentiae I 409 a. 412 b — Nomine hypostasis Graeci utuntur sicut nos nomine personae ut proprio vocabulo I 406 4\*. 410 b — Nomen hypostasis erat occasio haeresis, cum significatio eius non esset determinata I 416 d. 1. 462 d. 1, 2 — est terminus emanationis in divinis I 201 a. 233 3\* *Vide V. Persona* — secundum modum loquendi magis dicitur de supposito naturae rationalis I 410 b

— creata aliquo modo differt a natura III 131 2\* — finita necessario addit aliquid substantiale super essentiam et formam II 89 f. 3 — quaedam excedit formam cuius est III 455 2\*

— In philosophia accipitur pro materia I 416 d. 1 — Materia et forma constituunt hypostasim, cum uniuntur in tertia natura II 89 f. 3. III 453 4\*

HYPOTHESIS — procedit a singulari ad universale, cum non est maior ratio de uno quam de alio II 461 arg. 3. IV 885 f. 5. 896 a



## I

## IAC

IACOB — non est credendus sanctificatus in utero III 71 b — vir simplex excusatur a mendacio III 856 d. 4 — Benedictio Isaac secundum veritatem Iacob debebatur IV 707 1\* — ab Angelo laesus est ad concupiscentiae repressionem IV 525 a

— consensit in Rachelem propter pulcritudinem IV 710 f. 1 — fortasse peccavit venialiter amando Rachelem IV 713 d. 6 — Ancillae uxorum Iacob erant concubinae potius quam uxores IV 763 d. 5 — per ignorantiam excusatur in hoc quod cognovit Liam, credens cognoscere suam IV 681 5\* — post copulam contraxit cum Lia matrimonium per consensum IV 707 2\* — tenebatur obedire patri praecipienti matrimonium et prohibenti matrimonium cum Chanaanita IV 703 1\* — Filii Iacob de ancillis sunt inter liberos computati IV 751 b

IANUA — qua homo arcebat ab aspectu Dei, est culpa, offensa et mortalitas, quae remouentur per baptismum et passionem et resurrectionem Christi IV 89 d. 3 — est clausa per reatum culpae originalis III 392 b. 423 5\* — Ante satisfactionem solutam iustum erat, ianuam nobis claudi III 393 4\*

IDEA — dicit similitudinem, quae est ratio cognoscendi I 601 b. 605 b. 631 d. 3 — est similitudo rei cognitae I 601 a. 608 a — est similitudo cogniti existens in cognoscente I 600 f. 3 — est similitudo rei, per quam res cognoscitur et producit *ib.* f. 2 — est ad dirigendum in cognoscendo et regulandum in operando *ib.* arg. 4 — non dicit similitudinem aliquam, per quam cognoscens assimilatur aliis, sed cui multa assimilantur I 606 2\*

— de ratione nominis dicunt respectum ad res cognitae I 613 b — secundum modum intelligendi dicit respectum medium inter cognoscens et cognitum I 608 a — sunt formae in mente, quae non sunt aliquid rei II 17 3\* — est forma exemplaris I 606 1\* — est similitudo exprimens ideatum secundum totum I 605 arg. 2. 629 f. 3 — Agens per intellectum producit per formas ideales II 17 3\* — Agens secundum artem producit similem secundum ideam II 202 a — Regula agentis increati est forma exemplaris vel idealis II 436 b

— sunt rationes, in quibus Deus cognoscit res I 601 a — sunt formae aeternae et incommutabiles, quae in divina intelligentia continentur I 600 f. 4. 605 arg. 4 — sunt formae rerum aeternae in mente Dei, quia sunt Deus II 17 3\* — in Deo est regula non differens, sed idem cum Deo I 602 4\* — in Deo secundum rem est divina veritas, secundum rationem intelligendi est similitudo cogniti I 610 a — sunt in Deo secundum identitatem I 630 d. 1 — in Deo est ipsa veritas divina ut

ratio cognoscendi exprimens rem ut similitudinem sui I 601 b. 602 3\*. 606 a. 686 4\* — significat divinam essentiam in respectu ad creaturam I 608 a — appropriatur Filio I 130 a, 4\*

— ut similitudo omnino expressiva summe exprimit rem et secundum omnes condiciones, ut non expressa se extendit ad omnia sine limitatione I 607 3\* — in Deo est una similitudo respectu rerum omnium generum I 606 2\* — communis est quantum ad indifferentiam et amplitudinem, et simul propria quantum ad discretissimam expressionem *ib.* 3\* — in Deo est ratio expressiva et similitudo non tantum universalis, sed etiam rei singularis, quamvis ipsa non sit universalis nec singularis I 610 a, 1\* — dicit assimilationem extra genus I 606 2\*. 629 b

— una non est ab alia I 613 f. 2, b — una non est altera nobilior *ib.* f. 2, b, 1\*, 2\* — una non est altera simplicior vel prior I 610 3\*. 613 b, 2\*, 3\* — Non est ordo in ideis ad invicem nec secundum rem nec rationem, sed tantum ad ideata I 613 a sq. — Deus habet omnium ideas praesentes et simul I 696 b — nec secundum rem nec rationem oportet, quod habeat proprietates ideati nisi quantum ad distinctionem I 610 3\*. 613 4\*. 624 3\*. 629 b — In Deo idea rerum corporalium est spiritualis, temporalium aeterna, imperfectorum perfecta I 624 4\*. 625 arg. 4. 629 b — Malorum non est idea bona I 629 b

— et ratio cognoscendi dicunt respectum ad res, in quantum distinctae sunt I 608 2\* — Plurium sunt ideae plures I 611 f. 4 — Per ideas res distinguuntur I 605 arg. 3. 609 f. 4. 610 3\* — sunt plures secundum esse rerum in proprio genere I 608 4\* — secundum modum intelligendi et dicendi multiplicantur secundum respectum ad cognita I 607 f. 3. 608 a sq. 609 5\*, f. 4. 610 3\*. 613 b. 813 d. 8 — Per unam ideam intellectus non potest simplici aspectu cognoscere diversa I 610 2\* — sunt plures, quia per eas Deus distincte cognoscit I 613 f. 1, 2\* — secundum rationem intelligendi se tenet magis ex parte cogniti quam cognoscentis I 608 a, 2\*. 813 d. 8 — In ideis est pluralitas ratione connotatorum I 608 1\*, 3\*

— Multitudo idearum dicit immensitatem divinae veritatis in exprimendo et cognoscendo omne, quod est Deo possibile I 612 3\* — multiplicantur secundum multitudinem non solum universalium, sed etiam singularium I 610 a sq. — non sunt in numero finito, sed infinito I 612 a — soli Deo sunt comprehensibiles *ib.* 1\*

— In Deo non est ponere ideas realiter differentes sive distinctas I 605 b. 613 3\* — Idea secundum rem in Deo sunt unum, quia ipsa divina veritas I 605 b

## IDO

sq. 608 a sq. 612 3\* — per respectum ad plura exemplata non multiplicantur secundum rem I 606 1\*. 608 a sq. 609 5\* — circumscripto respectu ad ideata, in Deo simpliciter sunt unum I 613 b — una in Deo est similitudo multorum, quia est actus purus, qui non determinatur a cognoscibilibus, sed illa comparantur ad ipsum per modum possibilis I 606 2\* — In Deo non est multitudo et differentia idearum sicut in nobis I 601 1\* — Omnes rationes in Deo sunt unum quid, sed non dicuntur una idea sive ratio, sed plures I 608 b — rerum unum sunt in divina substantia, sed propriae uniuscuiusque III 123 4\*

— Pluralitas idearum secundum connotata, quamvis ab aeterno dicatur, non ponit multitudinem realem nisi ex tempore I 608 3\*. 609 5\* — plures sunt ab aeterno secundum esse, quod habiturae fuerunt res in proprio genere I 609 4\* — Pluralitas idearum non venit a multitudine ideatorum, in quantum creata, sed in quantum connotata I 612 2\*

— sunt rerum, ut futurae sunt I 608 3\*. 609 4\* — non dicit tantum quod est, sed respectum ad id quod futurum est vel etiam potest esse I 609 5\* — connotat ideatum non secundum actualem existentiam, sed secundum potentiam tantum I 612 2\* — non tantum sunt entium vel futurorum, sed omnium possibilium I 612 2\*. 623 b. 802 3\* — Omne, quod est a Deo, habet ideam in Deo, per quam prius quam fiat, est in Deo I 629 f. 4

— Quod de se dicit privationem non habet ideam in Deo I 629 b — Imperfecta ratione eius quod subest privationi, habent ideam in Deo non imperfectam, sed perfectam *ibid.* — Malum et falsitas non habent ideam in Deo I 628 a. 629 b *Vide V. Exemplar.*

IDEM — In divinis est identitas essentialis, vel rationis I 578 2\* — numero et diversum habent medium in divinis I 364 a, 5\*

IDIOMATA — *Vide V. Communicatio.*

IDIOTA — Quidam laici, cum sint idiotae, superbia in rebus fidei et morum excaecantur II 811 a

IDOLATRIA — dicit peccatum, quo creatura adoratur III 215 f. 4, b — committebatur fingendo sculpturam, cuius non erat reperire simile extra, vel quae praesentabat aliquam rem extra, quae in illa imagine proponebatur adoranda III 830 a — Idololatra adorat idolum ut Deum III 211 f. 1 — dicit cultum exteriorem III 218 1\* — dicitur maximum peccatum ratione maioris offensae II 799 d. 2 — comparatur fornicationi IV 843 d. 3

INOLUM — dicitur nihil esse, quia est nomen impositum a fictione falsa II 868 1\*



— ex parte rei est aliquid artificiatum *ibid.* — non habet similitudinem extra animam secundum totum, sed secundum partem III 830 a — quantum ad materiam et figuram est aliquid in se ipso, sed dicitur nihil esse in mundo, quia nihil habet sibi simile correspondens in universo *ibid.* — Quantum ad excellentiam divinitatis, quam ei attribuit idololatra, omnino nihil est et solum in fictione consistit *ibid.* 874 4\* — secundum aestimationem idololatrae continet aliquid divinitatis, sed nihil est in mundo in re II 868 1\* — Quidquid est ibi positionis, est a Deo, illud autem, quod est privationis, est a defectu fidei *ibid.*

— Idolothytis vesci non licet in reverentiam idoli, vel cum scandalo ignorantium, quod in casu necessitatis tollendum est protestatione praemissa IV 764 d. 8

INEXUM — dicitur proprie, communiter et communissime IV 368 a — proprie est afflictio carnis secundum gustum *ibid.* — est poena assumpta IV 97 b — In ieiunio est maior poena quam in continentia II 746 1\* — iuste affligit carnem IV 373 3\* 4\*

— macerando carnem ordinat hominem ad se ipsum IV 368 b — reordinat corpus et spiritum, ne corpus repugnet spiritui contumaciter, ut spiritui subiiciatur totaliter, ne crucietur aeternaliter, ut glorificetur aeternaliter IV 373 a — appropriate opponitur concupiscentiae carnis IV 368 b — servat medium, non sobrietatis, sed iustitiae in punitione IV 373 8\* — debet procedere a poena doloris spiritualis *ib.* 1\* — In diebus ieiunii debet anima affligi IV 738 b

— est placitum Deo, in quantum punit spiritum IV 373 a, 1\* — est opus satisfactorium, in quantum poenale IV 372 b sq. — maxime valet ad satisfactionem quantum ad solutionem poenae IV 369 b — iuvat ad orationem et ad vitam activam IV 368 b sq. — quomodo dicatur ad medicum utile IV 373 2\*

— competit tempori miseriae II 330 d. 1 — In diebus ieiunii signatur absentia Sponsi Ecclesiae IV 740 b

— In observatione ieiunii dies praecedens copulatur nocti sequenti II 330 d. 1

— Species consecratae non solvunt ieiunium IV 276 3\*

IEPITE — laudatur quantum ad fidem et devotionem, sed vituperatur quantum ad indiscretionem et crudelitatem IV 817 4\*

IEREMIAS — sanctificatus fuit in utero, quia expressius prophetavit incarnationem III 70 f. 2. 71 a sq. — sanctificatus fuit in inferiori gradu III 77 b — habuit potestatem vitandi omne peccatum mortale *ibid.* — prophetavit facto, quia quasi omnia eius gesta signa fuerunt dominicae passionis III 71 b

IESUS — dicitur a salvando III 394 d. 2 — nominat personam in divina natura relata ad humanam *ibid.*

IGNIS — est nobilior inter formas corporales II 341 a — propter nobilitatem formae potest dici simplicior aëre II 411

d. 2 — maxime accedit ad naturam corporis quinti sive ad naturam caelestem II 340 6\*. 361 6\* — est completissimum elementum et dicitur species elementorum IV 992 f. 4 — elementum habet naturam contrarietatis II 339 f. 5. 340 a

— Tres species ignis materialis sunt carbo, flamma et lux II 166 f. 4. 318 a. 339 arg. 5. IV 926 3\* — in propria materia est purus, in materia aliena incorporatus, ut carbo et flamma, est ignis permixtus et fumosus IV 1041 b — in ferro non est corpus, sed proprietates corporis I 366 d. 4

— in terram non descendit desursum, sed est in terra, vel generatur per actionem alicuius agentis II 378 5\*, 6\* — eius productio, de qua non fit mentio, intelligenda est in separatione aquarum a terra II 340 1\*. 365 d. 1

— est maxime subtilis et rarus II 337 arg. 4. 378 a — habet luminositatem, caliditatem et levitatem II 340 2\* — In igne simul est lux et calor III 364 b — habet caliditatem in summo II 339 arg. 6. 340 a, 2\* — in omni specie habet naturam lucis, sed minime in materia terrestri, quae resolubilis est in fumositatem, unde magis visum impedit quam adiuvet IV 926 3\*

— est maxime activus IV 928 a — agit per influentiam in corpus IV 1024 a — naturaliter urit et subtiliat IV 976 5\*. 977 f. 2. 978 a — est causa caloris per modum naturae et necessitatis et per modum positionis et vere efficientis II 807 1\*

— Per virtutem ignis vis motiva ab anima ad membra pertingit II 380 b — praedominatur in organis sensuum quantum ad virtutem sive calorem *ibid.* — sua subtilitate penetrat usque ad intima corporum, de quorum constitutione est II 378 a

— habet potestatem faciendi se in alio et augendi I 312 1\* — apposito combustibili se multiplicat in infinitum IV 976 a — actione naturali agit in omne combustibile IV 509 3\* — consumit cremabile velocius secundum illius proprietates IV 558 d. 1 — habet statum intensitatis ex parte sua, sed extensive solum ex parte combustibilis I 317 3\* — naturaliter consumit corpus ex quatuor elementis constitutum II 469 f. 6 — non omnia consumit quae adurit IV 930 a — Quoddam animal vivit in igne IV 929 b

— movetur sursum II 340 a, 2\* — quia contrariatur terrae, movetur motu contrario directe motui terrae *ib.* a — naturaliter movetur motu recto II 339 f. 3 — naturaliter ascendit, sed descendit in agendo et immutando secundum virtutem IV 976 4\*. 978 2\* — potest calorem diffundere deorsum, tamen virtute propria non se movet de loco, in quo est II 349 3\*

— est maxime afflictivus II 166 f. 3 — materialis agit in creaturam passibilem et condignam pati *ib.* f. 2 — magnus per ventum magis accenditur, parvus exstinguitur II 536 b — naturaliter est corruptibilis II 339 f. 2

— Conflagratio mundi fiet per ignem non de novo creatum IV 976 a sq. —

Conflagratio fiet per ignem elementum, tum qui est in sphaera sua, tum qui virtute superiorum corporum in inferioribus generatur *ibid.* — conflagrationis non oritur ex causa mere naturali IV 977 b — non agit per virtutem supernaturalem additam *ib.* f. 3. 978 a — Mundi conflagratio inchoatur a virtute supra naturam assistente ipsi elemento secundum determinationem Dei IV 978 a — Conflagrationis progressus est a virtute naturali ignis, sed consummatio purgationis est supra naturam *ibid.* — corpora mundi non rarefaciet nec dilatabit *ib.* 3\* — se extendet ad omnia elementa, sed non ad corpora caelestia IV 976 2\*. 979 a, 1\*

— purgabit mundum sive a foeditate contracta in elementis ex peccato, sive a vetustate naturae corruptae IV 979 a — innovabit elementa per abiectioem, purgando qualitates corporales *ib.* 3\* — commutabit mundum in meliorem faciem urendo et subtiliando IV 976 5\*. 978 3\* — purgabit mundum post executionem iudicii IV 980 a sq. — simul tempore mundum purgabit et innovabit *ib.* b — duplex erit sive quoad substantiam, sive quoad effectum, qui praecedens faciem iudicis purgabit electos et uret inimicos, et qui post iudicium mundum purgabit et innovabit *ibid.* — purgat alia et se ipsum IV 976 1\* — purgabit hominem a frigiditate avaritiae et malitiae *ib.* 5\*

— est in inferno IV 927 f. 1 — inferni est corporalis IV 926 a — purgatorii et inferni est corporalis sive materialis IV 554 a sq. — purgatorius transit quantum ad officium purgandi, non quantum ad substantiam IV 528 d. 4 — inferni videtur esse eiusdem speciei ac apud nos IV 926 a sq. — inferni habet diversas proprietates accidentales et operationes *ib.* b. 927 4\* — inferni est inextinguibilis non per naturam, sed per vim superadditam IV 926 2\* — inferni minimum habet de luce *ib.* 3\* — poena est acerbissima IV 928 a

— urit in inferno, divina iustitia iubente IV 525 a — inferni agit secundum ordinem divinae iustitiae ut eius instrumentum II 794 5\* — idem magis cruciat maiorem peccatorem *ibid.* — non affligit corpora parvulorum, si ibi sint *ibid.* — influit in damnatos secundum ordinem iustitiae, in corpora passibilia secundum ordinem naturae, sed non laederet corpus gloriosum IV 1024 a

— non consumit corpora damnatorum, sed affligit IV 929 b — infernalis urit et non consumit IV 521 3\* — inferni non consumit corpora, in quantum non requirit pabulum IV 930 a — semper damnatos affligit non novam dispositionem afferendo, sed quia continue agendo a priori afflictione non cessat *ib.* 2\*

— materialis affligendo corpus affligit et punit animam ei unitam IV 1051 4\* — materialis affligit animam, quia peccavit cum carne IV 555 2\* — punit animam ut instrumentum divinae iustitiae IV 520 b

IGN

— magis affligit animam quam corpus, non propter laesionem, sed propter sensum passionis IV 521 2\* — agit in animam non solum per virtutem instrumentalem superadditam IV 933 b. 935 2\* — realiter agit in animam IV 934 a — naturaliter immutat animae perceptionem, sed per ordinem divinae iustitiae animae indissolubiliter alligatur IV 934 a sq. — poena vera est, in quantum ex vero igne corporali et ex vera applicatione eiusdem ad spiritum causatur *ib.* b — nec in animam coniunctam nec in separatam agit vere efficiendo, sed occasionem necessariam praebendo *ibid.* 935 4\*

— in purgatorio per eandem vim punit et purgat animas IV 554 b — purgatorius habet virtutem supra naturam secundum ordinem divinae iustitiae IV 23 1\*

— spiritualis est concupiscentia sive libido perversa II 232 f. 3, b — spiritualis sunt flammae vitiorum II 166 1\*. 232 f. 5 — significat dilectionem I 284 a, 3\*

— in quo apparuit Spiritus sanctus, ad significandum solum fuit formatus et simul cum apparitione incepit et desiit I 284 3\*, 4\* — fuit verum corpus, sed non verus ignis *ib.* 5\*

IGNORANTIA — est privatio scientiae II 521 f. 1. 523 f. 5 — est privatio scientiae et potest esse via in errorem et obliquationem a via iustitiae III 337 a — dicit defectum II 855 b — est tenebra opposita lumini scientiae I 305 d. 3 — est spiritualis tenebra et pura privatio II 855 f. 4 — Qui dubitat de aliquo, de quo debet esse certus, potius dicitur illud ignorare quam scire II 521 f. 2 — expellit habitus cognitivos IV 145 a — Ignorantes erudiuntur per signa visibilia I 283 b

— contingit aliquid ignorari in particulari, sed sciri in universali II 528 d. 3. 997 d. 3. III 544 3\* — privat scientiam quaecumque, vel aliquem modum sciendi III 337 2\* — Quaedam ignorata in particulari per negligentiam, sed scita in universali, possunt sciri per diligentiam IV 407 2\*

— voluntate electiva a plurimis appetitur II 528 d. 3, 4 — Nemo propter se appetit ignorantiam, sed quia timet deprehendi in scelere, ad eam confugit II 529 d. 4

— docta dicitur cognitio Dei per ablationem, per quam cognoscens elevatur in caliginem II 546 6\*

— non potest dici esse a Deo II 855 b — Deus dicitur homini inflxisse ignorantiam, cum subtraxerit influentiam luminis perfectam, non quod subtraxerit qualemcumque influentiam I 24 d. 5 — dicitur infligi parvulis a Deo non subtrahendo scientiam, sed non apponendo II 191 3\*

— est poena inflictata pro peccato originali II 725 arg. 1 — in nobis semper aliquo modo est poena II 526 3\* — ut dicit poenam, proprie dicit nescientiam eius rei, quam homo deberet scire secundum exigentiam II 522 b — large dicta nec est

culpa nec poena *ib.* 1\* — in primis parentibus fuit quaedam nescientia, quae non fuit poena, sed imperfectio naturalis *ib.* b, 1\*. 523 4\* — est aliquo modo de ratione peccati originalis II 725 b sq.

— ut dicit nescientiam, est tantum poena, ut nescientia coniuncta concupiscentiae, est culpa II 725 b — prout nobis inflictata est, est poena et non culpa; prout tamen voluntas aliquo modo deordinatur circa illam, incipit esse culpa II 524 1\* — habet rationem culpae ratione voluntatis concomitantis, vel quodam modo causantis *ib.* 2\*, 3\*, 4\* — cuius non sumus principium, non est culpa, sed poena *ib.* b — potius dicit defectum poenae quam culpae II 676 3\* — in intellectu practico est poena contracta III 191 3\* — in intellectu speculativo est poena inflictata *ibid.*

— vincibilis aut est affectata, aut crassa et supina II 527 a — affectata est ex consensu vero, crassa et supina est ex negligentia et ignavia *ibid.* — erronea potest dici, cum voluntarie recedimus a via veritatis et in erroris foveam nos praecipitamus; affectata est, cum ad viam veritatis valentes pertingere, cupimus in tenebris ambulare; crassa et supina dicitur, cum ex quadam pigritia et negligentia non curamus veritatem addiscere II 524 b — large dicta non dividitur per voluntariam et involuntariam tanquam per immediata, sed qui nihil cogitat de eo quod ignorat circa illud non afficitur voluntarie nec involuntarie II 522 3\*

— iuris vincibilis est culpa II 527 a. IV 406 f. 2 — in his qui intelligere nolunt est peccatum II 523 f. 2 — Ignorare credenda et agenda est culpa *ib.* f. 3 — in eis qui ignorant ea quae tenentur scire et sine quibus salvari non possunt est peccatum *ib.* f. 4 — credibilium et operabilium, quae sunt necessaria ad salutem, manente obligatione est culpa, non vero, ubi cessat obligatio II 524 a — Privatio cognitionis necessariae ad salutem, quae est in nobis et a nobis, est culpa, sive sit ignorantia erronea, sive affectata, sive crassa et supina *ib.* b — erronea est maior culpa quam affectata et affectata maior quam crassa *ibid.* — quae opponitur cognitioni virtutis, ad quam tenemur, non tantum respicit intellectum, sed etiam affectum, in quantum dicit voluntatis incuriam et negligentiam *ib.* 4\*

— eorum quae non sunt necessaria ad salutem, non est culpa, sive sit ignorantia negationis, sive dispositionis, sive etiam voluntaria, sive non II 524 a — non dicitur esse culpa, nisi eatenus qua quis tenetur scire quae ignorat II 525 5\* — post poenitentiam remanet actu, in quantum habet rationem poenae contractae II 524 3\*

— secundum quod est culpa, est actuale peccatum II 524 3\* — est peccatum actuale, quando obligat praeceptum affirmativum sciendi vel addiscendi II 525 5\*

— In multis ignoranter delinquimus IV 407 3\*. 412 d. 3 — Peccata committuntur per ignorantiam iuris, vel per igno-

IGN

rantiam facti, diligentia debita non adhibita IV 407 a — Probabilius peccans per ignorantiam invincibilem ortam ex propria culpa non committit novam culpam, sed aggravatur culpa prima II 527 b

— Peccatum ex ignorantia illud dicitur, quod procedit ex ipsa immediate II 998 d. 4 — ex qua est differentia peccati, non est quaecumque nescientia, sed quae est respectu alicuius circumstantiae facientis rationem culpae *ibid.* — quaedam large dicta in omni peccato reperitur *ibid.* — ut radix peccati communiter sumta est aliqua nescientia in peccante, ratione cuius non considerat gravitatem culpae nec poenae II 522 b — ut causa peccati proprie dicit privationem scientiae, non ex natura, sed merito primae culpae contractam *ib.* a

— Peccatum ignorantiae dicitur maximum, quia maxime periculosum II 799 d. 2 — Peccatum ex ignorantia dicitur insanabilis non ex natura morbi, sed quantum ad statum infirmi II 987 1\* — aggravat periculum infirmitatis II 526 2\*. IV 406 f. 1 — diminuit de ratione voluntarii et contemptus II 525 f. 3. 526 a — minuit voluntarium, in quantum non est in voluntate secundum se, sed in intellectu II 987 a. 988 3\* — in quantum privat de ratione cognoscendi, plus tollit de ratione voluntarii quam impotentia II 527 a — omnimoda tollit simpliciter rationem voluntarii II 936 d. 3 — alicuius circumstantiae non tollit, sed minuit voluntarium *ibid.* — non facit omnino involuntarium, cum adsit cognitio actus, sed non circumstantiae IV 407 1\*

— omnis excusat aliquo modo peccatum II 525 f. 5. 526 a — ut malum involuntarium non addit ad malum culpae, quod est voluntarium, sed potius diminuit II 526 3\* — diminuit libidinem et ita quantitatem peccati, non quam habet, sed quam haberet sine illa *ib.* 5\* — plena omnino tollit culpam II 525 f. 5 — quae privat omnino rationem voluntarii et contemptus, excusat a toto, quae vero non omnino privat, excusat a tanto II 526 a — minus excusat, quanto est minor et magis ex culpa nostra procedit II 527 a

— invincibilis excusat a peccato IV 541 d. 4 — Nemo obligatur ad id quod ignorat et non potest scire IV 86 f. 2 — in his quae sunt necessaria ad salutem, non excusat a toto III 211 f. 3 — in eo qui peccat non excusat a peccato IV 406 f. 4

— invincibilis, quae est in nobis praeter omnem culpam, excusat a toto, si privat simpliciter cognitionem iuris; si privat cognitionem plenam, non excusat a toto, sed a tanto II 527 a sq. — invincibilis introducta per propriam culpam excusat a tanto *ib.* b — crassa aliquo modo excusat *ibid.* — affectata ex una parte excusat, sed ex alia parte magis aggravat *ibid.* — facti, adhibita debita diligentia excusat a toto I 859 b. III 211 arg. 1. IV 160 d. 3. 492 a. 680 b. 681 5\*. 708 3\* — facti adhibita debita diligentia excusat

a toto, secus a tanto II 527 a — inris non excusat a toto, sed a tanto IV 147 d. 2. 266 d. 6. 680 b. 681 5\*. 708 3\*

IGNOTUM — Excellentissimus modus contemplandi Deum est ignote ascendere II 544 b

ILLABI — est secundum intimum profundari II 226 arg. 2 — alicui dicitur quod est intimum ei et intime operatur in illo *ib.* b — Illapsus, quo una essentia est in altera, supponit diversas essentias et unam aliquo modo materialem alteri I 349 3\* — Solus Deus potest illabi animae humanae I 252 f. 8. II 226 b sq. 265 f. 4 — Solus Deus potest illabi animae, ita quod secundum veritatem est in anima et intimior animae quam ipsa sibi I 41 a — Deus illabendo animam rectificat et conservat II 226 f. 4

ILLATIO — Virtus illationis syllogismi est, ut oppositum consequentis non possit stare cum antecedente I 708 b — Oppositum non infert oppositum I 154 arg. 6 — Quod nihil ponit nihil infert *ibid.*

ILLEGITIMITAS — personarum ad matrimonium *vide V. Matrimonium.* — Filii illegitimi *vide V. Filius-naturalis.*

ILLICITUM — est omne, quod adversatur voluntati divinae III 368 f. 2

ILLUMINATIO — Anima illuminatur luce divinae sapientiae et veritatis aeternae II 266 a — est ad cognitionem verorum II 267 b — veritatis super omnem irradiat intellectum II 811 a — Omnes homines naturaliter desiderant illuminari a veritate I 24 d. 6 — Deus illuminat omnem hominem II 690 a — Defectus illustrationis non venit ex parte Dei, sed ex parte nostra I 720 f. 1

— Anima secundum mentem immediate habet a Deo illuminari II 568 a sq. — Intellectus immediate illuminatur a Deo, sed non vice intellectus agentis *ibid.* — Solius Dei est proprium illuminare superiorem portionem rationis II 265 b — Deus perfectius illuminat Angelum quam animam et prius, non ordine causalitatis, sed dignitatis II 266 2\*

— fit per modum luminis irradiantis, vel speculi offerentis, vel linguae vivaciter exprimentis II 266 a — Solus Deus illuminat spiritualiter per infusionem luminis *ib.* b, 3\* — Deus illuminat nos ut lux II 568 b

— Nulla substantia creata habet potentiam illuminandi animam proprie intelligendo II 568 a sq. — Angelus dicitur illuminare inferiorem partem rationis non lumen infundendo nec solum offerendo, sed etiam vivaciter excitando per quandam interiorem locutionem II 266 a sq., 4\* — Angeli dicuntur illuminare intellectum per suggestionem *ib.* a, 4\* — potest fieri aliquo modo ab homine II 267 b

— dicit actum lucendi comparatum I 248 4\* — fit per motum aëris et illuminationem solis IV 428 b sq. — est in instanti IV 391 f. 4 *Vide V. Lux.* — Illuminare magis vel minus accedit lumini III 549 4\* — Unum corpus est magis illuminabile quam aliud, et ab eodem lumine magis illustratur III 640 5\*

ILLUSIO — Daemones pluribus modis possunt illudere sensus II 228 b sqq.

IMAGINATIO — ducit intellectum humanum ad assensum IV 235 a — non contradicit pure intelligibilibus, sed deficit; in sensibilibus sufficit, quodam modo imaginabilibus, quodam modo intelligibilibus frequenter contradicit et deficit I 650 d. 4 — Quae non habent exemplum imaginabile magis iudicantur a nobis non intelligibilia *ibid.* — Quod est contra vel supra imaginationem dicitur esse maxime supra intellectum IV 235 b — Id cui repugnat imaginatio magis est contra intellectum quam alia, in quibus non communicat imaginatio *ibid.* sq. — Illud cui imaginatio contradicit, intellectus noster iudicans secundum lumen sibi inditum iudicat impossibile I 752 a. II 575 a

— phantastica multum impedit nos ab elevatione ad contemplandum credenda, a qua abstrahendo multum sublevatur homo ad puritatem intelligentiae IV 225 b — Secundum imaginationem est visio prophetialis imaginaria I 281 arg. 4

— malae sunt fomentum concupiscentiae II 232 f. 4 *Vide V. Cogitatio.*

IMAGO — nominatur ab imitando I 540 f. 4 — de prima nominis impositione dicit quandam configurationem et conformitatem in quantitate II 405 a — de ratione nominis dicit qualitatem in quantitate I 551 d. 4 — dicit quandam configurationem et distinctionem II 404 f. 4 — dicitur ab actu repraesentandi II 397 b — est id quod vere repraesentat aliquid secundum eius nobilem actum et secundum distinctionem et ordinem II 394 f. 4

— est similitudo expressa I 489 f. 1. 541 f. 3. 542 b. II 394 f. 3, arg. 3, b. 399 3\*. III 37 f. 5. 701 2\* — dicit similitudinem omnino conformem I 488 a. 491 d. 2 — attenditur secundum expressam conformitatem ad imaginatum I 83 b — est omne illud quod expresse repraesentat alterum II 408 b — dicit imitationem expressam I 463 d. 6. 491 d. 2 — dicit similitudinem imitantem in exterioribus I 491 d. 2 — est expressa similitudo simpliciter, vel in genere I 94 d. 4 — quae habet omnimodam perfectionem, repraesentat secundum totum II 395 5\*

— dicit ut ad aliquem II 397 3\* — semper dicitur secundum respectum I 539 f. 4. 540 b — dicit ordinem immediatum in aliud tanquam in finem II 407 d. 2 — dicitur eo quod tendit in prototypum I 82 f. 3 — refertur ad prototypum II 397 b — est via et ratio cognoscendi aliud I 72 1\*

— dicit emanationem I 540 a — dicit rationem producti proprie *ib.* 3\* — est in producto, quod expresse repraesentat aliud I 429 arg. 3 — dicit emanationem per modum expressum I 331 4\*. 488 b — Imaginis est generari I 233 3\* — consistit in origine et habitudine II 402 b — principaliter respicit originem et habitudinem II 403 b

— dicit expressionem per modum passivi, et alterum exprimit et imitatur I

540 a — de ratione nominis dicit imaginatum, improprie vero dicitur imago imaginans *ib.* b — dicitur abstractivae vel coniectivae II 395 1\* 407 d. 3

— vel est naturalis vel artificialis, quae repraesentant aliud II 397 b — naturalis repraesentat per id quod habet a natura *ibid.* — naturalis dicitur, quae repraesentat a naturali principio sive proprietate II 398 3\*, 5\* — corporalis exigit configurationem corporalem II 395 4\* — spiritualis consistit in similitudine in potentiis spiritualibus *ibid.* — rei corporalis et sensibilis repraesentat eam secundum exteriorem dispositionem, rei spiritualis vero, quae est intima rei, repraesentat eam secundum intimas dispositiones I 81 2\* — artificialis non est imago vera sicut naturalis II 397 f. 5 — in creatura est quasi quaedam pictura tabulae impressa II 400 arg. 2

— vel est in naturae unitate vel diversitate I 540 a — connaturalis dicitur, quae imitatur et refertur ad aliud per convenientiam in eadem natura II 397 b — connaturalis definitur species indifferens *ib.* 1\* — Inter imaginem naturalem et eam cuius est imago non est convenientia naturae II 398 3\* — differens in substantia debet imitari rem in conditionibus consequentibus substantiam I 541 4\*

— in divinis habet speciem, naturam et essentiam auctoris I 544 b. 551 d. 5 — Definitiones Hilarii I 539 f. 3. 541 arg. 2. 544 b. 550 d. 4 — increata est in Deo per expressionem et emanationem personae in unitate naturae I 540 a — in Deo proprie dicitur secundum relationem personae ad personam *ibid.* 541 f. 4 — semper dicit respectum, vel ad creatum, et sic essentialiter dicitur et toti Trinitati convenit; vel ad increatum, et dicitur personaliter I 505 d. 5. 540 b — semper notat distinctionem vel interius vel exterius I 540 b — importat unitatem cum distinctione et notat unitatem essentiae et pluralitatem personarum I 60 d. 5 — respectu personae in divinis non oportet, ut exprimat distinctionem et ordinem, vel quia haec non sunt in persona, cuius est imago, vel quia imago est in eadem forma substantiae I 540 4\* — dicit aequalitatem et actum coaequationis I 346 arg. 2. 347 a

— in divinis non tantum dicit expressionem personae, sed etiam expressionem in summo et secundum omnem modum, quae convenit uni soli personae I 542 a — Persona est imago alterius, quam imitatur in eo quod respicit personam ut personam, ut est productio personae I 541 f. 4 — increata, prout est proprium Filii, semper dicit respectum ad Patrem, ut ad quem ducit et a quo emanat I 550 d. 4 — dicit principaliter respectum ad Patrem, consequenter vero respectum ad aliam personam I 542 b

— proprium est Filio I 542 a sq. — dicitur de Filio non propter assimilationem et aequalitatem in substantia, sed propter modum emanandi I 543 3\* — connatura-

## IMA

lis est solus Filius Dei II 397 b — Solus Filius Dei est imago Patris repraesentans secundum totum II 395 5\* — Filius secundum omne quod est, est imago Patris, ideo solum imago, non ad imaginem II 407 d. 3 — primo et principaliter convenit Verbo Dei II 404 f. 2 — In Filio est propria imago I 82 5\* — dicitur de Filio et de homine analogice secundum prius et posterius II 407 d. 4

— ut abusive dicitur pro exemplari, potest dici de tota Trinitate imago ut imaginans I 540 b — non dicitur de essentia simpliciter, sed ut in tribus personis considerata *ibid.* — Divina essentia non est proprie imago II 407 d. 3 — non dicitur proprie de Spiritu sancto, sed causaliter, quia reformat nos ad imaginem Christi I 542 1\* — Filius non est proprie imago nostra II 407 d. 3

— per expressionem in diversitate naturae est imago **creata** respectu totius Trinitatis I 540 a — Aliqua creatura debet Deo assimilari expresse et habere rationem imaginis II 394 b — magis conformatur summae Trinitati quam vestigium II 558 arg. 4. 561 4\* — In imagine Deus clarius cognoscitur, quia ei magis appropinquat III 779 4\* — immediate ducit in Deum I 73 a — repraesentat Deum in propinquitate et distinctione *ib.* b

— creata non repraesentat Deum secundum totum I 73 a. II 395 5\* — creata de rebus divinis plus habet dissimilitudinis quam similitudinis I 352 d. 7. 782 2\* — creata non est omnino similis increatae I 128 2\* — Creatura rationalis non est imago repraesentans Deum secundum totum simpliciter, repraesentat tamen secundum quandam totalitatem; quia omnia potest intelligere et spiritualiter continere II 395 5\* — dicit expressam repraesentationem, non secundum totum illud, in quo est, sed secundum aliquid sui III 15 1\* — creata de ratione sua non dicit aequalitatem I 551 d. 4

— Dei in homine non est secundum adaequationem, vel participationem in natura tertia, sed secundum similitudinem ordinis et consimilis habitudinis II 396 6\* *Vide V. Homo-imago.* — non est similitudo per convenientiam in tertio, sed per convenientiam in ordine et proportione II 395 2\*, 3\* — proprie consistit in convenientia ordinis et proportionis II 401 a — Creatura rationalis est imago Dei propter expressionem similitudinis quantum ad convenientiam ordinis II 399 6\* — Creatura rationalis ratione immediati ordinis et assimilationis ad Deum habet rationem imaginis III 38 2\* — Ratione imaginis creatura rationalis immediate ordinatur ad Deum III 41 4\*. 634 d. 3 — Secundum imaginem Angeli et homines immediate in Deum ordinantur III 634 d. 3

— est in creatura quantum ad conditiones, quae respiciunt Deum non tantum in ratione causae, sed et obiecti I 73 b — Ratio imaginis attenditur in creatura, secundum quod comparatur ad Deum in ra-

tionem obiecti II 561 4\* — Anima est imago Dei, quia capax Dei est et particeps esse potest II 398 f. 2. 400 arg. 3 — est eo quo potest esse capax et particeps Dei I 80 f. 2. 82 f. 1 — facit animam Dei capacem, ad quod non sufficit assimilatio vestigii III 622 b. 623 2\* — facit creaturam rationalem immediate ipsius Dei capacem II 346 4\*. 395 a — Quod est proprie imago est capax Dei et immortale II 405 1\* — Anima maxime est capax Dei per assimilationem, quia est imago et similitudo I 69 1\* — Imaginem Dei nihil minus Deo implere potest II 226 f. 2 *Vide V. Anima imago.*

— Sola creatura rationalis est imago I 73 b. III 622 b — Ratio imaginis non convenit nisi personae II 406 d. 1 — Esse imaginem quantum ad rationem principalem consequitur omnem creaturam rationalem II 399 2\* — universaliter consequitur creaturam rationalem, ita quod omnis creatura rationalis est imago Dei veraciter et naturaliter *ib.* 6\* — Esse imaginem convenit homini proprie respectu brutorum, sed communiter cum Angelis *ib.* a — quantum ad expressionem similitudinis convenit tam Angelo quam homini *ib.* 3\*

— Intensio dignitatis imaginis est secundum intensionem convenientiae quantum ad proportionem et ordinem II 401 a — Excellentia imaginis sive capacitatis non est maior in Angelo II 402 a sq., 3\* — non videtur esse universaliter expressior in Angelo quam in anima propter maiorem dignitatem naturae et potentiarum II 401 a — In convenientia habitudinis, quae est de esse imaginis, homo et Angelus adaequantur, quia aequaliter in utriusque potentiis est distinctio et origo et aequalitas et consubstantialitas *ib.* b — Quantum ad convenientiam habitudinis, quae est de bene esse imaginis, positive anima est imago expressior, in quantum per corpus est principium aliorum, et illud totum inhabitat; sed privative expressior imago est Angelus, qui est a corpore secundum actum et aptitudinem separatus *ibid.* sq. — Ratio imaginis, prout attenditur in convenientia ordinis, quantum ad id quod est de esse, in homine et Angelo reperitur aequaliter, quia uterque ordinatur in Deum immediate *ib.* b — Quantum ad ordinem respectu creaturarum, qui est de bene esse imaginis, Angelus magis convenit cum Deo in ordine sub ratione regiminis, homo vero magis in ordine, qui attenditur in ratione finis *ibid.* — Angelus est Deo similior quantum ad potentias naturales, sed non est magis imago II 402 b — Non dicitur proprie, hominem esse magis ad imaginem extensive, quia in pluribus ratione corporis sibi uniti et in modo existendi in rebus et producendi res II 401 a *Vide V. Homo.* — in homine praeter rationem principalem est secundum quandam proprietatem repraesentationis II 399 2\*

— De esse imaginis est, quod creatura immediate ordinetur ad Deum, de bene esse vero est, quod creatura, quae est

## IMA

imago, praeponatur aliis creaturis, et quod aliae ordinentur in ipsam tanquam in finem II 401 a sq. — Convenientia habitudinis, quae consistit in comparatione ad intrinseca, sicut ad potentias, est de esse imaginis; quae vero attenditur in comparatione creaturae rationalis ad aliquod extrinsecum, ut ad corpus, quod est ea inferius, est de bene esse *ib.* b — quantum ad suum esse principaliter consistit in anima et eius potentiis, potissime prout habent converti ad Deum II 403 b — quantum ad accidentalem proprietatem et clariorem expressionem consistit in anima cum ordine ad corpus *ibid.* — consequitur hominem quantum ad formam speciei *ib.* f. 4 — quantum ad id quod est de complemento eius et de esse non magis reperitur in viro quam in muliere *ib.* b — quantum ad accidentalem proprietatem est excellentiori modo in viro quam in femina *ib.* b

— est in tribus potentiis per conversionem ad Deum I 89 b — attenditur in potentiis, secundum quod ducunt in Deum I 82 f. 3 — Ratio imaginis attenditur per conversionem animae ad Deum, vel super se ipsam I 89 b — consistit in tribus potentiis primo et principaliter, secundum quod convertuntur et conformantur ad Deum, sed etiam, secundum quod convertuntur ad ipsam animam I 83 b — in potentiis, secundum quod convertuntur ad Deum, habet plus venustatis et conformitatis; ut convertuntur super animam, habet plus consubstantialitatis et aequalitatis I 84 5\* — consistit in potentiis animae, secundum quod anima per eas conformis redditur his ad quae convertitur I 83 b — non est in potentiis secundum actualement conversionem ad Deum, sed aptitudinalem, quae nunquam relinquit potentias I 84 4\*

— Anima non est imago nisi per potentiam rationalem III 716 f. 3 — non invenitur in potentiis sensitivis nec in ratione inferiori I 83 b — est in ratione ut potentia, sed attenditur secundum conversionem eius ad Deum, quam importat ratio superior II 564 2\* — attenditur quantum ad id quod est excellentissimum in anima III 742 arg. 6 — consistit secundum nobilissimum in anima et secundum superiorem partem II 406 3\* — attenditur in homine quantum ad supremum animae II 403 f. 2 — inest animae secundum superiorem partem II 398 f. 4 — Ratio imaginis est in anima praecise secundum partem supremam II 401 a — magis consistit in superiore parte rationis, quae significatur nomine viri II 404 1\*

— Ratio imaginis proprie consistit in unitate essentiae et trinitate potentiarum I 89 b. II 559 f. 1. II 642 arg. 4. 643 a — Ad rationem imaginis requiritur expressa conformatio in distinctione, quae attenditur quantum ad tres potentias I 80 f. 1 — Anima ut expressa Dei imago debet habere in se trinitatem per veram distinctionem, non solum quantum ad modum, sed essentialem II 561 4\* — Anima ut imago



## IMA

repraesentat plures personas secundum differentes proprietates et potentias III 15 1\* — consistit in potentiis, in quantum a se invicem distinguuntur et una de altera non praedicatur III 592 a

— consistit in tribus potentiis respondentibus tribus personis divinis I 80 f. 3 — creata est respectu unius essentiae et est communis respectu trium personarum et indicat unitatem substantiae in tribus I 540 b — secundum substantiam animae et habitum non ducit in cognitionem Trinitatis nisi quantum ad appropriata, secundum proprietates autem quantum ad propria personarum I 93 b — ducit in cognitionem propriorum ut propria I 73 b — perfecte per fidem cognita ut imago, ducit in cognitionem Trinitatis personarum, non autem simpliciter I 93 b — Per imaginem creatam intelligimus Trinitatem increatam I 225 f. 1 — Impossibile est, eandem imaginem esse Angeli et Dei II 407 d. 2

— Homo dicitur esse imago secundum convenientiam in distinctione figurati per distinctionem et habitum trium potentiarum II 395 4\*. 465 a — dicit configurationem, quae attenditur in origine, habitudine et distinctione potentiarum II 405 a. 406 2\* — creata respectu totius Trinitatis debet exprimere etiam distinctionem et ordinem I 540 4\* — debet repraesentare ordinem et originem personarum I 223 f. 3. 225 f. 1 — Processus in divinis est similis processui imaginis creatae I 223 f. 3 — Configuratio in imagine spirituali consistit in potentiis et in egressione unius ab altera quantum ad actum II 395 4\* — quantum ad esse substantiale respicit trinitatem potentiarum et ordinem et aequalitatem I 93 d. 1 — In imagine est ordo, aequalitas et consubstantialitas habitum I 91 a, b sq. — In imagine est ordo et origo, distinctio et relatio I 93 b

— attenditur in memoria, intelligentia et voluntate in comparatione ad unitatem essentiae et ad distinctionem et ordinem actuum I 81 a — consistit in tribus potentiis per uniformitatem in comparatione ad habitus et actus I 89 b

— una est in tribus potentiis, quia dicit relationem ad unum IV 142 4\* — quia importat distinctionem, ideo comparatur ad plura sicut ad unum subiectum *ibid.*

— consistit in memoria, intelligentia et voluntate I 84 a. II 110 d. 1. 400 arg. 4. 404 f. 3. — assignatur in mente, notitia et amore, secundum quod mens novit et amat se I 83 b sq. — minus proprie attenditur quantum ad mentem, quae dicit substantiam animae, et quantum ad notitiam et amorem sui, qui dicunt habitus I 89 b. 90 2\*, 3\* — Quaedam ratio imaginis invenitur in anima secundum rationem, voluntatem et liberum arbitrium II 596 a, b

— complectitur affectivam et cognitivam, in quantum utraque nata est immediate ferri in Deum II 406 3\* — consistit principaliter in potentia cognitiva II 404 f. 1. 405 a sq., 2\* — appropriatur potentiae

cognitivae IV 141 b — appropriate dicitur esse in potentia cognoscendi I 82 5\*

— In imagine creationis duae sunt potentiae ex parte cognitivae, scilicet memoria et intelligentia, in quibus est origo et habitudo inter se et ad voluntatem II 405 b, 2\* — In imagine creationis una est potentia ex parte affectivae, scilicet voluntas, in imagine recreationis vero duae virtutes, scilicet spes et caritas *ib. b* — In imagine recreationis ex parte cognitivae est una virtus, scilicet fides *ibid.* — creationis plus se tenet ex parte cognitivae, imago recreationis plus ex parte affectivae III 580 4\* — recreationis principaliter respicit potentiam affectivam, quamvis reformet tam cognitivam quam affectivam II 405 1\*

— est in homine ex conditione naturae II 704 1\* — Anima ut imago se ipsa conformatur Deo I 852 3\* *Vide V. Anima-imago.* — est in naturalibus et attenditur ex parte naturalium potentiarum II 405 a. 407 d. 3 *Vide V. Homo-imago.* — est nobilissima omnium conditionum naturalium II 398 f. 3 — non dicit gratuitum I 82 5\*

— Creatura, quae est imago, totum suum esse debuit habere immediate a Deo II 453 a — Imagini convenit esse immortalem per naturam II 411 arg. 5 — non est in eo quod non est perpetuum III 681 b — perpetua est in anima *ibid.*

— Ratio imaginis est animae perpetua et inseparabilis et concreata I 88 arg. 1 — semper permanet quantum ad esse substantiale I 93 d. 1 — quantum ad bene esse addit supra esse decorem et honorem, qui potest perdi *ibid.* — remanet amissa similitudine II 5 b *Vide V. Anima-imago.* — secundum naturam suam, quantum est de se, pulchra est et formosa III 625 b — Dei semper est diligibilis III 663 f. 6

— in anima dicit conformitatem longinquam I 852 3\* — aut consistit in sua conditione, aut est insignita ulterius sua perfectione et decore, aut est deformata a sua conditione I 463 d. 6 — Similitudo est in plus quam imago II 404 b — reformationis non est proprie imago, sed potius similitudo quaedam II 405 1\* — reformationis est ductiva et perfectiva imaginis naturalis I 83 f. 4

— reformatur per gratiam et virtutes II 643 a — reformationis consistit in virtutibus theologicis et gratia I 83 f. 4. 89 b. II 404 b — recreationis consistit in tribus virtutibus theologicis et unitate gratiae, sicut imago creationis in tribus potentiis et unitate substantiae III 592 a. 742 arg. 6 — recreationis perficitur per habitus donorum et beatitudinum III 743 6\*

— deformatur et reformatur per potentias II 644 4\* — reformationis in quantum huiusmodi sufficienter reformatur ipsam animam perficiendo potentias *ibid.* — Reformatio imaginis attenditur quantum ad informationem potentiarum, ut convertuntur ad Deum IV 141 f. 2 — maxime perficitur in affectione et voluntate II 232 arg. 1

## IMM

— Per imaginem homo configuratur Deo et idoneus efficitur ad hoc, ut sit filius adoptivus III 240 d. 4 — Anima est gratiae capax per hoc, quod est imago III 716 f. 3 — per caritatem ordinatur ad gratiam et gloriam III 625 2\*

— tota deformatur per unum vitium propter absentiam luminis gratiae III 814 4\* — propter deordinationem in actibus singularum potentiarum deformatur per vitia opposita singulis virtutibus *ibid.* — Imaginis deformatio per peccatum est reparabilis IV 350 3\*

— potest habere pulchritudinem tum ex parte prototypi, tum in se ipsa I 544 2\* — pulchra est in se, quando bene protracta est, relate vero ad prototypum, quando bene repraesentat illum cuius est *ibid.* — in speculo habet esse spirituale, quod non potest dividi, sed manet tota in parte speculi fracti IV 225 a — Quod conformatur imagini per consequens conformatur imaginato I 83 b

— Honor imagini exhibitus semper refertur ad prototypum I 544 b. III 871 a — Honor ei exhibitus refertur ad significatum ipsum ut ad subiectum III 206 4\* — Honor imaginis totaliter refertur ad prototypum, non solum sicut ad finem, sed etiam sicut ad obiectum III 609 3\* — non honoratur in se, sed pro eo quem repraesentat I 544 b. III 202 f. 1. 203 b. 204 3\*, 5\* *Vide V. Signum.* — Creatura rationalis ut imago Trinitatis magis honoratur per modum rei quam per modum signi III 204 4\*. 210 1\*, 6\*

— Imagines in Ecclesia sunt introductae propter triplicem causam III 203 b — Deus est figurabilis per imagines quantum ad naturam assumptam III 204 1\* — De imagine Christi *ib. 6\**

IMITATIO — Quod imitatur aliquid est ab aliquo I 540 f. 4 — est de ratione imaginis *ibid.*, a — Creatura assimilatur Deo per imitationem IV 140 b — vel est per omnimodam assimilationem, vel expressa, quae consistit in imagine, vel longinqua I 463 d. 6 — in creatura est cum dissimilitudine I 451 b — In solo Deo est imitatio pura et impermixta alicui dissimilitudini *ibid.*

— Christi attenditur in crucifixione sui III 783 b. 784 1\* — Christus non omnia fecit ad imitationem IV 84 3\*. 199 d. 2

IMMATERIALIS — Solus Deus est omnino immaterialis II 91 4\*

IMMEDIATIO — Immediatum est quo non est aliud prius I 225 arg. 3 — excludit mediam substantiam, aut dispositionem, aut actum I 158 4\* — Deus agit in omnibus immediate, sive agat cum virtute creata et differente, sive agat virtute una mediante altera persona I 224 1\* *Vide V. Operatio et V. Medium.*

IMMENSUM — est quod caret mensura absolute in se, vel in comparatione III 279 b — Nihil dicitur immensum, nisi quod habet summam et perfectissimam actualitatem et nihil coarctans et determinans I 770 6\* — ad nihil est arctatum et invenitur in omnibus I 639 a — Ratio

## IMM

immensitatis est simplicitas *ibid.* — necessario est incomprehensibile III 301 4\* — Immensitas excludit mutationem secundum locum I 157 b .

— Deus propter summam immensitatem adest omnibus et nulli abest I 654 b — Deus, quia est immensus, ita est intra, quod extra I 655 b

— Immensitas in actu repugnat creaturae I 643 4\* — Immensitas aliquo modo participatur in creaturis spiritualibus, quae sunt in pluribus *ibid.* — Humana natura in Christo ratione gratiae unionis quodam modo habet immensitatis dignitatem III 706 2\*

IMMITTERE — dicit actum, cuius effectus terminatur in eo quod intus est II 231 a — proprie dicit quandam auctoritatem et virtutem respectu effectus *ibid.* — large dicit quandam excitationem vel impulsionem *ibid.*

IMMOBILE — Quod est uniforme per totum est immobile II 72 3\* — Immobilitas convenit primo motori, ut est stabiliens *ibid.* *Vide infra V. Motus.*

IMMORTALITAS — dicit vitam proprie vel communiter dictam cum impossibilitate ad eius privationem I 164 d. 9 — est aptitudo vel potentia ad non moriendum II 472 b — dicitur respectu actus moriendi, vel respectu potentiae II 465 b — Immortale, prout privat actum et aptitudinem moriendi, dicitur quod non est potens mori; prout privat actum solum, dicitur quod est potens non mori II 473 d. 2 — dicitur quantum ad aptitudinem, vel quantum ad dispositionem sufficientem II 469 b

— dicit integritatem et privat corruptionem II 482 arg. 4 — Ratio immortalitatis est privatio corrumpentis causae II 463 4\* — non est in omni natura, licet in omni sit appetitus essendi et durandi II 470 4\* — praeter appetitum requirit virtutem ad satisfaciendum appetitui *ibid.* — de se non est donum gratiae, sed convenit alicui per naturam II 556 4\*

— Immortale, quod privat actum et aptitudinem, directe opponitur ei quod est mortale, non vero quod privat actum solum IV 473 d. 2 — Immortale et mortale, quae sunt per naturam, dicunt differentias oppositas et essentielles II 184 2\* — Immortale per gratiam auferentem defectum naturae non opponitur mortali ut differentia essentialis *ibid.* — Immortale in eodem genere nobilius est mortali II 45 f. 3 — Principium vitae perpetuum a solo Deo potest produci II 453 b — Immortale dicit differentiam substantiae viventis, vel statum hominis IV 890 3\*. 926 2\*

— Deus dicitur solus immortalis, quia ita est in actu completo essendi, quod nullo modo potest aliquam peiorationem recipere I 164 d. 9 — convenit Deo per naturam et per privationem omnis gratiae II 412 5\*. 460 1\* — Anima est immortalis eo ipso, quod nata est perficere corpus per naturam ordinatum ad immortalitatem, et hoc ipso nata est separari a corpore mortuo propter peccatum II 51 4\* *Vide anima - im-*

*mortalis.* — Corpus humanum habet ordinem ad immortalitatem per animam IV 893 6\* *Vide V. Corpus-mortale.*

— est potentia animae in regendo et continendo corpus II 470 2\*. 472 b. 473 4\* — hominis a natura erat quantum ad aptitudinem, sed a gratia habebat completionem II 469 b sq. — consequitur ad liberum arbitrium et conformatur eius dispositioni II 472 b — erat in statu innocentiae propter originalem iustitiam II 465 b. 470 2\*, 3\* — in Beatis est per privationem mortis quantum ad potentiam et actum, quantum ad actum solum erat in hominibus institutis virtute naturae II 469 b — est eadem in statu gloriae et innocentiae quoad potentiam, differens dispositione II 472 b. 473 3\*, 5\* — homini simpliciter ablata fuit per culpam II 469 f. 2 — non redditur statim cum remissione culpae IV 98 a, 4\*. 118 d. 7

IMMUNDITIA — corporalis est quadruplex, et duplex corporalis coniuncta cum spirituali IV 297 b — corporalis aliquando est via ad irreverentiam mentis IV 298 4\* — corporales in Lege significant immunditias spirituales *ib.* 1\* — legalis non erat macula in anima nec in carne, sed irregularitas contracta ex solo actu carnali IV 29 d. 4

IMMUTABILE — est quod se habet eodem modo nunc et prius I 679 6\*. II 31 arg. 3 — Quod transit in praeteritum fit intransmutabile II 941 1\* — quod actu est et non potest aliter se habere, convertitur cum necessario, non vero illud quod dicitur immutabile, quia nihil actu est I 679 6\* — Immutabilitas dicit invariabilitatem, aut incorruptibilitatem aut invertibilitatem I 159 a. 160 a

— et mutabile opponuntur ut habitus et privatio II 32 3\* — et mutabile per naturam est impossibile esse circa idem, sed mutabile per naturam et immutabile per gratiam non sic opponuntur nec essentialiter distinguuntur II 184 2\* — et mutabile circa obiectum in potentiis non semper facit diversitatem essentialem III 567 3\*

— Illud solum est per naturam immutabile, quod est omnino simplex I 463 d. 5 — Immutabilitas est proprietas, per quam esse increatum ab esse creato distinguitur I 162 d. 2 — Immutabilitas non est proprie proprium divinae essentiae I 160 b Immutabilitas, prout privat variationem secundum accidens quantum ad actum et potentiam, solius Dei est; prout privat mutationem in non esse secundum actum et potentiam, quantum est de natura, solius Dei est, sed per gratiam convenit multis creaturis *ibid.* — Immutabilitas secundum accidentia nulli convenit creaturae, secundum formam est in aliquibus secundum naturam, in aliquibus per gratiam *ib.* a sq. — Deus est immutabilis per naturam, Beati vero per gloriam II 612 f. 2 — Immutabilitas intelligitur prius quam simplicitas in Deo, saltem ut prius et notius nobis I 174 d. 1 — Immutabilitas respicit *quo est* I 162 d. 2

## IMP

— Necessitas immutabilitatis *vide V. Necessitas.*

— Immutatio *vide V. Mutatio* in indice philosophico.

IMPARTIBILE — non est corpus II 81 b — In dividendo nunquam devenitur ad impartibile II 82 3\* — quod habet situm in magnitudine, vel habet situm in impartibili, vel in continuo I 661 2\* — quod situatur in impartibili, non potest moveri supra magnitudinem *ibid.* — iunctura situati potest impartibili applicari secundum totum II 227 2\*

IMPASSIBILITAS — in anima excludit duplex genus passionum, prout est proprie ipsius animae, vel communis cum corpore III 393 d. 1 — per prius inest animae, et corpori ratione animae *ibid.* — est dos corporis, non praecise, sed etiam est animae *ibid.* — Per dotem impassibilitatis corpus resistit passioni virtute, quam habet in se, non solum propter ordinem divinae iustitiae II 794 5\* — quae est dos corporum glorificatorum, privat actum et potentiam passionis II 466 6\* — simul dicit positionem et privationem IV 1017 b — Impassibile est corpus, in quo non est elementorum pugna IV 1022 b. 1024 a — Corpus gloriosum non potest pati per violentiam corporis obviantis, quia omne corpus est pervium ei IV 1024 b — imperfecta erat in statu innocentiae II 466 6\* — in Beatis est dos, non vero in parvulis II 794 5\*. 798 6\*

IMPECCABILITAS — pertinet ad statum beatitudinis II 532 f. 1. III 78 4\*. 266 f. 2 — de gratia speciali potest alicui concedi in via III 78 4\*. 267 2\*

IMPEDIMENTUM — privat actum libertatis II 617 3\* — *Vide V. Matrimonium.*

IMPELLERE — Culpa est a diabolo ut impellente II 227 4\* — Daemones possunt impellere, sed non videntur posse compellere ad cogitationes malas II 231 a, b

IMPERARE — Aliquid est imperans per privationem coactionis vel subiectionis III 363 3\* *Vide V. Dominium.* — Liberum arbitrium se habet per modum imperantis II 596 b — est voluntatis et mediante voluntate est rationis II 605 2\* — Imperium in omnes potentias rationi obediens est apud rationem superiorem III 357 6\*. 364 arg. 3 — alterius virtutis est quam elicere IV 321 2\*. 322 a sq., 2\* *Vide V. Virtus.*

IMPERATIVUS — Verbum imperativi modi in Scriptura aliquando accipitur praeceptorie, aliquando consultorie, aliquando insinuatorie, aliquando permissivae II 870 1\*

IMPERFECTUM — non dicit simpliciter privationem I 629 1\* — Aliquid habet imperfectionem solum ratione status, aut ratione formae IV 915 3\* — Imperfectio est in aliquo quantum ad ea quae dicuntur per accidens I 524 a

— ad perfectum originaliter reducitur II 14 a — prius est perfecto, ubi sunt circa idem, sed circa diversa est e converso II 65 b — secundum naturalem ordinem antecedit perfectum, non e converso III 573 f. 3 — In omni creatura prius cadit ratio

imperfecti quam perfecti I 629 f. 2 — Imperfecta sunt de constitutione perfecti *ib.* f. 3 — Processus est ab imperfecto ad perfectum II 330 d. 2. 385 a. III 610 arg. 3. IV 108 f. 3 — Prius producitur quod imperfectum est, deinde quod perfectum II 385 a — In eis quae producuntur prius est minus perfectum quam magis perfectum secundum ordinem generationis, non dignitatis *ib.* 7\* — Quod fit, dum fit, ut plurimum non habet esse perfectum I 490 d. 5 — Quod movetur ab imperfectione ad perfectionem non est aliud et aliud, sed alius status II 473 2\*

— dicunt aliquam entitatem et veritatem, qua habent aliquam assimilationem ad primam veritatem secundum rationem exemplaritatis I 629 b — Imperfectio ut privatio non habet ideam in Deo *ibid.* — ratione eius quod subest habet ideam in Deo, non imperfectam, sed perfectam *ibid.* — sunt in Deo *ibid.* — secundum id quod sunt, a Deo sunt, sed non remanet in eis imperfectio, quia Deus perficit *ib.* 2\* — quae non assimilantur Deo in conditionibus specialibus, assimilantur tamen in generalibus boni et pulchri et entis *ib.* 3\*

— Imperfecti non tenentur ad opera perfectionis III 659 f. 1 *Vide V. Opus.* — In statu imperfectionis regnat timor III 885 b. 886 1\* — Imperfectis licet fugere, cum quis impugnat fidem III 849 a

IMPETUS — Illud impetu movetur, quod non habet retrahens II 186 5\* — repugnat libero arbitrio, cum excludit retinaculum interius *ibid.* *Vide V. Animal.*

IMPIETAS — est in Deum II 785 arg. 4

IMPLICATIO — claudit in se praedicationem III 171 b — Quod implicatur contingit simpliciter inferri I 97 arg. 4. III 251 arg. 4

IMPOENITENTIA — dicit propositum non poenitendi, vel continuam permanentiam in malo usque ad diem extremum inclusive II 990 a — est species peccati in Spiritum sanctum, ut est propositum non poenitendi, ut finalis persistentia in malo est ceteris speciebus annexa *ibid.* 991 5\*. 996 6\* — contrarie dicta est voluntas non poenitendi et est ex malitia et peccatum in Spiritum sanctum II 996 6\* — privative dicta non est peccatum contra Spiritum sanctum, sed dicit conditionem sive circumstantiam peccati praecedentis *ibid.*

— est consummatio aedificii diabolice IV 582 arg. 3 — finalis non potest remitti; propositum autem non poenitendi non est impossibile, sed inconsuetum remitti II 990 a, 1\* — Voluntas damnatorum, non oblata gratia praeventiente, remanet in impenitentia sempiterna et ita in culpa II 176 a — Impoenitens non peccat continue, sed in peccato perseverat IV 529 d. 7

IMPOSSIBILE — dicitur large et stricte IV 333 1\* — vel est secundum naturam, vel per accidens, vel logice I 750 a — dicitur quod nullo modo potest fieri, vel quod difficile fit II 991 4\* — aliquando dicitur, quod est difficile IV 333 1\*. 744 a — Nos iudicamus aliquid impossibile per limitatio-

nem naturalis potentiae, vel per limitationem nostrae intelligentiae, vel per privationem omnis existentiae, vel per illustrationem Veritatis aeternae I 752 a sq.

— quod claudit intra se contradictionem, non tantum est impossibile creaturae, sed etiam creatrici essentiae II 619 b — Quod est impossibile potest esse Deo possibile, mutato modo essendi IV 235 b — In Deo omne inconueniens est impossibile I 52 1\*. 138 f. 1. 140 a

— Impossibile non esse et necesse esse convertuntur I 425 f. 3 — Possibili posito nullum accidit impossibile III 266 f. 4 — Posito impossibili, non est mirum, si accidat impossibile I 860 d. 1. IV 548 5\* — Nullus deliberat de impossibili II 612 arg. 2, b

— Nemo obligatur ad impossibile II 925 a. III 815 f. 1. IV 234 arg. 1. 408 f. 1. 462 arg. 2. 770 f. 2. 792 arg. 4 — Deus neminem obligat ad impossibile III 426 2\*. IV 107 f. 4, a — Deus non praecepit impossibile III 424 arg. 2. 815 f. 1 — Quod est homini impossibile per se possibile est per divinum adiutorium III 426 2\* — Impossibilitas non est, ubi succurrit aliunde potestas, et non deficit nisi propter nostram negligentiam I 856 4\*

IMPOTENTIA — non potest esse in natura divina III 331 1\* — excusat ab obligatione II 524 a — excusat, cum quis non potest praeceptum implere per se nec per alienum auxilium, quod praesto est II 691 d. 3 — naturalis excusat a culpa, non vero illa quae est ex propria culpa *ibid.* 770 1\* — De impotentia coeundi *vide V. Matrimonium.*

IMPRECATIO — Iuramentum per imprecationem est licitum, sed est gravissimum iuramentum III 870 b

IMPRESSIO — Forma sigilli impressa in aqua non manet ad momentum, nisi praesente sigillo I 639 a — Impressiones variae fiunt in medio aëris interstitio II 169 d. 1

IMPROCESSIBILITAS — est in Patre et Filio I 215 b. 503 b — importat voluntatis fecunditatem I 215 b. 216 4\*. 513 b — non privat esse ab alio I 502 f. 2. 503 b — ne ex consequenti quidem dicit respectum positivum distinctum ab innascibilitate et spiratione I 503 a sq. — non est notio I 239 b — non est notio Patris nec Filii I 503 a sq.

IMPROPRIA — Locutiones impropriae sunt exponendae I 263 b. III 89 1\*. 139 1\*. 153 2\*. 231 a. 260 b. IV 251 b — Locutio impropria non est extendenda III 450 1\*. 260 a — Ex impropriis non est arguendum III 259 b — Ex impropriis secundum earum impropriam non licet arguere III 89 1\* — Verbum Dei non loquitur improprium I 230 f. 1 — Improprietas reducitur ad proprietatem I 394 arg. 1

IMPUGNATIO — veritatis secundum pietatem, quae est cum quadam protervitate, est peccatum in Spiritum sanctum III 847 6\* — veritatis agnitae propter odium dicentis aut effectus consequentes circa veritatem religionis, cum fit pertinaciter et ex

malitia, est peccatum contra Spiritum sanctum II 995 4\* — cum fit ex infirmitate et non pertinaciter, non est peccatum in Spiritum sanctum *ibid.*

IN — dicit habitudinem convenientiae I 350 6\* — Inesse notat identitatem, vel inhaerentiam I 630 d. 1 — Inesse per identitatem et per inhaerentiam in creaturis est inseparabile, sed distinctum in divinis I 581 d. 2 — Inesse vel est proprie per modum inhaerentis, vel communiter I 575 b, 3\* — videtur importare continentiam ambientem I 653 1\* — significat per modum quietis I 631 d. 2. 632 d. 4 — Inesse importat vel causalitatem vel identitatem II 332 d. 4

— Inesse in divinis dicit substantiam cum relatione I 349 4\* — in divinis dicit eandem habitudinem identitatis ex utraque parte *ib.* 1\*. 350 5\*, 6\* — notat distinctionem I 349 1\* — Aliquid esse in Deo vel dicitur secundum distinctionem essentialem, vel secundum omnimodam identitatem cum distinctione rationis, vel secundum distinctionem personalem I 352 d. 6 *Vide V. Circummissio.*

— Inesse dicit actum in comparatione ad rem alterius generis IV 271 3\* — Inesse in creaturis dicitur secundum naturae diversitatem et continentis capacitatem I 353 d. 10 *Vide V. Contineri.* — Aliquid est in alio aut secundum praesentiam tantum, ut radius in aëre, aut secundum praesentiam et dependentiam, ut anima in corpore, aut secundum praesentiam et dependentiam et concomitantiam in materia, ut liquor in liquore, et hoc solum proprie dicitur misceri I 639 1\* — In creaturis sunt novem modi essendi in I 348 arg. 7 — Aliquid dicitur esse in aliquo vel secundum actualem existentiam, vel secundum similitudinis praesentiam, vel secundum causativam potentiam I 620 b sq. — Res est in anima, quia similitudo eius est in ea *ib.* f. 1

— Aliquid est in aliquo secundum praesentialitatis indistantiam, vel secundum virtutis influentiam, vel secundum intimitatis existentiam I 649 a — Quod perfecte est in aliquo est secundum indistantiam, influentiam et in-existentiam *ibid.* — Esse intrinsecus in aliquo vel est sicut contentum respectu continentis, vel ut influens in intima rei II 225 4\* — notat causalitatem secundum quatuor genera I 630 d. 1 — Aliquid dicitur esse in Deo secundum causalitatem secundum illos tantum terminos, qui important respectum ad creaturam *ibid.*

— Omne, quod est in aliquo, non excedit capacitatem eius in quo est I 346 f. 1 — Omne, quod est in una re limitata, ita quod non est in alia, est limitatum et aretatum I 638 f. 3 — Omne, quod est in aliquo toto, vel est in eo ratione totius, vel ratione partis II 81 b — Quod in aliquo recipitur et dependet a recipiente est per modum recipientis I 647 b. 694 f. 4

INDAequATIO — signi ad signatum est falsitas, et semper dicit defectum, non vero indaequatio, quae est in rebus II 875 2\* —

## INA

in quantum huiusmodi dicit defectum et non est a Deo, sed a Deo est illud quod subest *ibid.*

INAEQUALITAS — omnis reducitur ad aequalitatem I 342 f. 2. 343 a *Vide V. Aequalitas* et *V. Maius*. — convenit perfectioni universi I 345 1\* — in rebus, ut dicit privationem aequalitatis, ubi haec debet esse, est defectus; ut dicit gradum et ordinem, qui debet esse inter res, dicit positionem II 875 2\*

— miscibilium est via in corruptionem II 424 arg. 2 — inducit pugnam in elementis *ib.* arg. 3

INCARNATIO — non tantum dicit habitudinem Dei ad creaturam per modum causae, sed etiam per modum suppositi III 43 a — In incarnatione tota humana natura in atomo et secundum totum unitur personae divinae III 45 1\* — Per incarnationem persona divina habet in se tres naturas III 19 f. 3. 49 a. 102 arg. 5 — convenienter dicitur, potius quam animatio, a parte notiori et ab ea, in qua magis implicatur ratio totius III 47 2\* — de se dicit uniri carni in unitate personae III 42 f. 3. 48 2\* — est unio carnis ad naturam divinam in personam distinctam III 43 1\* — includit relationem ad personam distinctam *ibid.*, 3\*, 6\*. 34 d. 4. 427 b *Vide V. Unio*. — Incarnatus dicitur relative, quia claudit in suo significato relationem I 399 b. III 43 6\* — Incarnari non est aliud quam in carnem mitti III 42 f. 2 — in conceptu generali non includit missionem III 48 2\*

— ut operatio est communis tribus personis, non vero, ut importat relationem III 43 2\*. 34 d. 4. 99 b. 103 3\* — In incarnatione est productio illius naturae, in qua operatione conveniunt tres personae, et est unio proprie conveniens uni I 52 3\* — est opus totius Trinitatis III 79 d. 2 *Vide V. Assumptio*. — potissime appropriatur Spiritui sancto III 99 a sq.

— Una persona potest incarnari, quin altera incarnetur III 42 b sq. — Pater et Spiritus sanctus potest incarnari sive per viam generationis sive aliter III 47 b sq. *Vide V. Unio*. — magis conveniebat personae Verbi III 29 b — non respicit personam auctoris, sed mediatoris III 30 a — non convenit Filio, ut dicit respectum ad Patrem, sed ut est persona III 17 f. 4

— non incipit nisi ratione carnis III 14 f. 4 — Cum Deus nascitur secundum humanam naturam, fit mutatio in hac, sed non in persona, cum illa natura non dicat aliquid in persona, sed magis aliquid cum persona I 492 d. 43 — Divina natura potest dici incarnata, sed non caro facta, nisi synechocice III 428 b sq. — Divina natura non dicitur de Virgine nata propter vitandam confusionem proprietatum personalium et naturalium III 486 b

— Divina natura unitur humanae, ut in ea cognoscatur ut verbum voce III 164 d. 4 — Per incarnationem Deus, qui non potest sentiri in se propter suae lucis immensitatem, sentitur et cognoscitur per

assumptae carnis humilitatem III 79 d. 2 — Verbum incarnatum optime significatur per verbum voce indutum IV 67 b — Incarnationis triplex similitudo cum corpore Christi in Sacramento III 164 d. 1

— decebat maxime Dei infinitatem, perfectionem, pietatem et liberalitatem III 20 b — facit ad divinae potentiae, sapientiae et bonitatis eminentem manifestationem *ib.* a, 1\* — In incarnatione manifestatur excellenter divina potentia, sapientia et bonitas III 98 b — multum commendat Dei bonitatem III 21 5\* — congrua fuit ad manifestandam Dei bonitatem maxime post lapsum, homine obcaecato III 26 3\* — manifestat erga nos divinae caritatis magnitudinem III 704 a

— est effectus infinitus bonitatis divinae III 19 f. 4 — In incarnatione fuit copiosissima divinae bonitatis effusio III 99 b — In opere incarnationis mira fuit Dei dignatio in hoc, quod nostram humilitatem suae celsitudini voluit copulare III 79 d. 2 — facta est ex benignissima Filii Dei dignatione III 446 4\* — Deus ad incarnationem motus est nimia caritate et misericordia III 27 6\* — est inter Dei beneficia maximum et pretiosissimum III 32 b — Beneficium maximum Dei fuit in susceptione humanae naturae ad satisfaciendum pro nobis III 421 4\* — est dignitatis eminentissimae III 105 a — de se est maior quam hominis glorificatio *ib.* 3\*

— Deus in incarnatione humiliatur non in se, sed ratione sibi uniti, dum carnem humilem et infirmam assumpsit, sed ad maiorem sui exaltationem III 20 1\* — etsi in se non videatur facere ad Dei honorem, tamen in comparatione ad id ad quod est, facit ad excellentissimam gloriam *ibid.* — nihil detrahit Dei nobilitati et perfectioni III 21 5\* — Divinitas ex coniunctione ad carnem nihil foeditatis contraxit III 56 d. 2. 87 1\* — non facit, Deum habere effigiem corporalem, sed uniri ei qui habet effigiem III 21 5\* — In incarnatione supremum coniungitur imo, ut Deus limo, et primum postremo, ut Filius Dei aeternus homini condito die sexto I 2 a

— facit ad perfectionem hominis secundum quadruplicem respectum II 23 b sq. — facit ad consummationem et complementum universi III 19 f. 2. 20 b. 23 b. 32 1\*. 38 3\* — non fuisset necessaria ad perfectionem universi III 25 a — quod facit ad completionem universi, accidit III 38 3\* — non spectat ad complementum primum universi III 32 1\* — non est simpliciter necessaria ad nostram glorificationem et salutem III 105 2\* — non est tam necessaria ad merendam vitam aeternam quam ad satisfaciendum III 26 4\* — non fuisset necessaria ad perfectam glorificationem hominum III 25 1\*

— Praecipua ratio incarnationis videtur fuisse redemptio humani generis III 24 b sq. — Secundum aliquos Christus carnem assumpsisset, sed impassibilem, si homo stetisset III 23 b sq. — fuit principaliter intenta sicut ipsa reparatio III 27 5\*

## INC

— Ratio finaliter movens ad incarnationem non fuit humani generis reparatio, sed haec erat ratio inducens III 706 3\*

— est ad reparationem lapsus humani et ad restaurationem ruinae angelicae III 57 b — In incarnatione Filii Dei generatum est medicamentum infirmitatis nostrae I 2 a — ex divina sapientia et bonitate reparat humanum genus et elevat plus quam ante lapsum III 27 6\* — videtur maiora bona hominibus contulisse, quam fuissent in statu innocentiae II 707 b — est principium totius glorificationis III 58 a — ad hoc ordinatur, ut simus filii Dei III 30 a

— non cadit sub merito condigni, sed est fundamentum omnis meriti post lapsum III 105 a, 2\*. 107 b — eius efficacia quoad liberationem a carentia visionis cadit sub merito sanctorum Patrum, quoad liberationem a statu culpae non cadit sub merito condigni III 105 a — quoad temporis circumstantiam cadebat sub merito sanctorum Patrum, ut acceleraretur *ibid.*, 1\* — magis congrue facta est quasi in fine saeculorum III 32 a sq. — Tempus incarnationis pluribus rationibus dicitur tempus plenitudinis III 33 d. 1 — congrue ab Angelo annuntiari debuit Virgini III 57 d. 4 — forte erat revelata omnibus Angelis III 58 b

— De incarnatione non solum credenda est congruitas, sed etiam eventus III 510 3\* *Vide V. Fides 18*. — non cognoscitur ab haereticis et infidelibus III 21 1\* — est supra rationem et scientiam III 524 4\* — Infideles non credunt incarnationem nec intelligunt humiliationis Filii Dei altissimam rationem III 446 4\*

INCENDERE — in corporalibus proprie est pabulum igni ministrare II 232 f. 4, b — in spiritualibus dicitur respectu cogitationum et affectionum, quae fovent concupiscentiam *ib.* b — non dicit causam effectivam, sed dispositivam peccati *ib.* 4\* — non dicit actum sicut principaliter agentis, sed sicut excitantis et subministrantis *ib.* b — dicitur daemon cogitationes et affectiones in nobis, sed non ut agens principale *ibid.*, 3\*

INCESTUS — cum sorore uxoris ante matrimonium commissus dirimit matrimonium, post matrimonium contractum non solvit matrimonium, sed privat iure petendi debitum IV 775 b

INCERTA — non sunt certitudinaliter asserenda II 338 a

INCHOARE — Illud, in quo res inchoatur, se habet per modum materialis II 605 b

INCIPERE — dicit quod modo est et prius non fuit III 251 arg. 3. 252 arg. 3 — Nihil potest incipere habere esse et esse aeternum I 139 b — Inceptio necessario sequitur productionem ex nihilo II 33 7\* — Omne, quod incipit, incipit per motum vel mutationem II 19 arg. 1 — Quod incipit esse mutatur secundum substantiam I 184 f. 4 — Propositiones de incipiendo dupliciter exponuntur III 253 a. 256 a. IV 426 4\* — est ex tempore, vel in tempore,



— est quidam mentis intuitus II 808 arg. 2 — est actus vis collativae II 890 arg. 2 — Qui intendit ab uno in aliud tendit et unum comparat alteri *ibid.* — significat solam conversionem potentiae ad obiectum, in quod intendit, vel simul quandam collationem et quietationem in termino, quem intendit II 892 b sq. — aliquando significat conversionem intellectus ad aliquod obiectum determinatum considerandum II 894 4\* — respicit ut unum quae ratio distinguit II 895 d. 3 — principaliter nominat actum, sed aliquando accipitur pro potentia, vel pro habitu, vel pro ipso fine II 893 2\*

— est lumen spirituale II 889 arg. 1. 891 b — Ratione actus intellectus dicitur oculus et lumen II 892 f. 5, 6, arg. 3. 893 b — est oculus quantum ad potentiam, lumen quantum ad habitum dirigentem II 893 2\*

— nominat plures actus vel habitus vel potentias II 894 2\* — respicit oculus intellectus et pedem affectus II 955 d. 1 — finis claudit actus rationis et voluntatis coniunctos ad unum perficiendum II 893 a sq., 1\* — In actu intendendi clauditur simul actus rationis ut aspicientis et voluntatis ut tendentis *ib.* b — finis dicit ex parte rationis conversionem cum collatione, ex parte voluntatis tendentiam cum quietatione *ib.* a — quantum ad directionem principaliter se tenet ex parte cognitivae, quantum ad tendentiam principaliter ex parte affectivae II 894 3\*

— Voluntas rationalis agit per intentionem II 808 arg. 1, 2 — proprie est in solis substantiis rationalibus II 890 b. 891 a sq. — Irrationalia aliquo modo per intentionem agere dicuntur II 890 b — Naturalia non moventur solum intentione extrinseca et aliena, sed etiam intentione propria et intrinseca *ib.* b — Natura est operans per intentionem II 595 arg. 4 *Vide V. Natura.*

— Aliquid intenditur ut finis, vel ut id quod est ad finem II 809 a — dicit voluntatem finis solam, vel etiam ordinationem eius quod est ad finem ad ipsum finem, quem appetit II 921 b — diversimode potest ferri simul in plures fines II 886 b — est respectu termini vel complementi, aut respectu utilitatis IV 155 a — non tantum tendit in finem principalem, immo in finem, qui continetur infra finem II 887 1\* — respectu alicuius potest esse principaliter, vel ex consequenti ad

aliud, cui est annexum IV 815 3\* — Qui intendit aliquid per consequens iudicatur intendere quod est illi unitum inseparabiliter II 809 b. IV 101 a

— per prius est respectu finis quam respectu eius quod est ad finem III 610 arg. 3 — Naturaliter prius est intentio ad terminum ad quem, quam separatio a termino a quo, ubi eodem motu receditur et acceditur IV 328 5\* — Quod prius est in intentione prius est in affectione III 610 arg. 3  
— quidquid principaliter considerat, induit ratione boni et appetibilis II 809 b — Nullus intendit malum simpliciter nisi ut bonum sibi *ib.* a — Malum est praeter intentionem naturae II 808 arg. 4 — Quantitas intentionis aut attenditur in ipso actu intendendi, aut ratione finis intenti II 923 b

— Omne agens per intentionem praefigit sibi finem, ad quem opus suum mensurat II 922 arg. 2 — Efficiens refert ad finem illud quod intendit facere, longe antequam illud producat in re III 699 5\* — In operibus, quae de se sunt ordinata ad aliquem finem, finis obtinetur sine intentione agentis IV 153 4\* — Per intentionem aliquid dicitur esse causa alicuius per se II 872 2\*

— Praeter intentionem fit quod non praecognoscitur III 27 5\* — Privatio intentionis potest intelligi universaliter respectu cuiuscumque agentis, vel tantum respectu agentis particularis, naturae, vel intellectus creati II 872 b — Quod fit ab agente voluntario praeter intentionem fit a casu et fortuna II 808 arg. 3

— nomen imponit operi II 808 arg. 4 *Vide V. Opus.* — Ea quae fiunt secundum artem vel rationem, ut ratio est, recipiunt denominationem ab intentione agentis IV 152 f. 2 — Illa opera denominantur a fine, ad quorum informationem necessaria est intentio finis, ut est utilitas IV 155 3\*

— finis aequae est essentialis morali actui ut naturali II 881 f. 4 — Non est opus morale, nisi quod fit ex intentione II 922 6\*, arg. 2 — Privatio intentionis privat malitiam ab actu, in quantum illum trahit extra genus moris *ib.* 6\* *Vide V. Opus.*

— habitualis est, quando, non praecogitato in actu ut tunc fine ultimo sive Deo, ex sola boni operis consideratione caritas vel alia virtus caritate informata ab bonum opus inclinatur II 946 b — habitualis est non solum ratione caritatis, sed ratione intentionis ad Deum directae in primordio operationis illius vel alterius, ad quam illa consequenter se habet et eiusdem generis *ib.* a sq. — habitualis interruptitur per opus alterius generis *ib.* a

— est recta vel obliqua quantum ad actum II 893 2\* — bona aliquo modo dicitur, quae finaliter intendit bonum, sed bona proprie dicta respicit bonum finem et rectam ordinationem operis ad finem intentum II 921 b. 922 1\* — non est recta sine cognitione summi boni III 471 b — non est recta, nisi quae bonum summum omni bono praeposit, et haec non

est sine gratia II 699 a — Hoc solum fit recta intentione quod fit ad gloriam Dei III 471 b

— Fides dirigit intentionem III 474 b — per fidem dirigitur quantum ad aspectum, per caritatem quantum ad affectum II 955 d. 1 — debet dirigi fide clarificante oculus intellectus et caritate rectificante pedem affectus II 893 b — finis potissime attribuitur caritati II 882 3\*. 884 b — Caritas respicit intentionem II 923 arg. 3

— Ex intentione pendet directio et obliquatio in anima II 893 b — Nulla operatio est recta, nisi fiat ex recta intentione II 699 a — Sine recta intentione nullus actus virtutis recte incedit III 471 b — recta facit ordinationem in finem, qua sublata, simpliciter iudicabitur aliquid esse peccatum III 841 4\* — Privatio intentionis rectae non est sine culpa II 483 f. 2 — Deordinatio intentionis facit animum iniustum III 817 1\* — Rectitudo intentionis exigitur propter rectitudinem operis IV 155 f. 3 — recta non est necessaria ad substantiam actuum, qui de se sunt recti *ibid.*, b

— habitualis sufficit, ut opus sit meritorium vitae aeternae II 946 a sq. — habita in principio vitae religiosae facit meritoria omnia, quae ad observantiam spectant, nisi contraria superveniat *ib.* b

— bona sufficit ad merendam vitam aeternam absque exteriori operatione, si non adest facultas bene operandi II 925 a, 1\*, 4\* — non sufficit ad meritum absque opere, si adest facultas operandi, et se offert oportunitas, nec est virtuosa nec meritoria *ibid.* sq. — Meritum principaliter consistit penes intentionem II 892 f. 4 *Vide V. Opus.*

— In omnibus Sacramentis requiritur intentio voluntaria faciendi quod facit Ecclesia IV 680 b — ministri dispensantis necessaria est in Sacramento ut actus agentis particularis IV 153 2\* — est necessaria in omnibus Sacramentis, ut actus et verba ad effectum Sacramenti ordinentur *ib.* a — Sine intentione ministri non fit Sacramentum IV 154 a — Defectus intentionis non impedit Sacramentum propter culpam, sed propter eius necessitatem IV 155 2\* — Cum quis coactus se subiicit Sacramento Ecclesiae, ut alios illudat, quia non habet intentionem, non recipit Sacramentum; si vero vult, illud quod facit Ecclesia circa se fieri, recipit Sacramentum IV 101 a. 153 3\*

— faciendi quod alius facit, non requirit fidem, ne informem quidem IV 205 3\* — in Sacramentis potest esse recta etiam sine fide IV 124 3\* — in Sacramentis potest esse respectu operis tantum, non respectu finis *ibid.* 155 b — In Sacramentis non requiritur intentio recta quantum ad utilitatem consequentem nisi de congruitate, sed ad substantiam Sacramenti sufficit intentio ministrandi Sacramentum Ecclesiae IV 155 b — Qui intendit facere opus, prout est actus quidam consuetus



## INT

feri ab Ecclesia, quamvis non intendat principaliter effectum; intendit tamen ex consequenti IV 124 b. 155 3\* — Qui baptizat intentione lucrandi vere baptizat IV 710 f. 2

— in contractu, quae est in sola mente, non obligat alterum; sed obligat, si in sermone facta est de ea mentio III 212 2\*

— In primis intentionibus et generalibus est reflexio I 78 d. 3. 297 4\* — primae dominant se ipsas I 579 b — In primis intentionibus est praedicatio reflexa II 672 b

— secundae nominant res secundum proprietatem consequentem ab actibus animae I 446 d. 3 — repraesentativae rerum vide V. *Similitudo* et V. *Cognitio* in indice philos.

INTERFECTIO — Vide V. *Homicidium* et V. *Mors*.

INTERIUS — Intus et extra in re corporali est eiusdem naturae et dignitatis, differens solum partium positione II 227 3\* — Quanto magis anima redit ad interiora, tanto magis ascendit et unitur aeternis *ib.* a — Secundum naturale dictamen exterius procedit ab interiori, non vero exterius facit id quod interius est IV 581 a

INTESTINA — resurgit cum corpore IV 909 b sq.

INTIMUM — Quod est alteri maxime intimum est ei unibile unione maxima III 9 f. 4 — animae est idem quod supremum et dignissimum II 226 b. 227 3\*

INTRINSECUM — prout dicitur de proprietate naturali, dicitur esse illud quod est de constitutione naturae III 109 3\*

INTUITUS — Ad simplicem contuitum sufficit convenientia ordinis cum obiecto, nec requiritur convenientia adaequationis III 305 3\*

INVARIABILITAS — in nulla omnino est creatura, neque per naturam neque per gratiam I 160 a Vide V. *Immutabilitas*.

INVENTIO — est unus modus addiscendi, cui maxime deservit sensus visus III 529 d. 2

INVERTIBILE — per naturam est quod ex se ipso habet, ut possit stare, et hoc est in solo Deo I 160 b — per gratiam inest multis creaturis per se existentibus *ibid.*

INVIDIA — est odium felicitatis alienae II 493 f. 4, 3\* — surgit ex defectu caritatis et amore proprii boni IV 1039 f. 4 — Invidus delectatur in boni singularitate II 846 1\* — est peccatum capitale, cum quis invidet bono proximi, quia ex hoc minuitur bonum proprium, cuius promotionem appetit singulariter II 996 5\* — inseparabiliter concomitatur ad superbiam II 493 a — est proles superbiae et consequitur eam sine morae intermissione II 147 8\*, 493 a — necessario sequitur superbiam II 685 b

— Nemo invidet alicui, nisi quia parificatur ei aliquis vel excedit, vel quia timet, ne parificetur I 792 d. 4 — non est respectu inferioris I 784 arg. 2 — est respectu superioris, qui est, vel potest esse II 493 1\* — non est solum respectu boni, quod potest acquiri *ib.* 2\* — non est solum re-

spectu boni, quod desideratur, sed etiam eius, cuius obtentu minuitur bonum desideratum vel aestimatur minus *ib.* 3\*

— consistit in detestatione, sed habet delectationem antecedentem II 836 d. 2 — Invidus alterius subversionem sibi existimat utilem et delectabilem, tamen inde fit miserior IV 1040 4\* — Invidus quandam refectionem invenit in dolendo de aliena prosperitate, ita quod de uno delectatur et de altero tristatur II 846 1\*

— prohibetur in prohibitione homicidii III 824 7\* — Contra invidiam est donum pietatis III 745 a

— Invidentia fraternae gratiae est peccatum in Spiritum sanctum ut impugnet bonum, quae directe opponitur gratiae poenitentiali II 992 b. 993 4\* — fraternae gratiae, cum, sicut anima non videt bonum in se, sic etiam nolit videre bonum in alio, est peccatum in Spiritum sanctum et procedit ex magna corruptione voluntatis II 996 5\*

— contra Deum est perfecta aversio diaboli a Deo II 146 b. 147 9\* — non potuit esse primum peccatum II 146 1\*, 147 8\*

— artificis producentis non attenditur in productione rei minus bonae, nisi ubi res de sui natura exigit tale esse, et ipse debuit et potuit I 376 d. 4. 792 d. 1 — in artifice non est, ubi non est exigentia I 783 4\* — Deus carens invidia videtur facere similiter sicut homo invidus I 784 2\*

INVISIBLE — Credere invisibilia est virtus III 555 f. 4

INVOCATIO — Dominus semper exaudit invocantem ex amore divinae misericordiae, quod est filiationis et veritatis, non vero invocantem ex timore poenae, quod est servitutis IV 527 d. 2

INVOLUNTARIUM — dicitur quod fit per violentiam coactionis vel inductionis II 617 1\*, 956 d. 3 — est quod non est a voluntate efficiente, vel cum voluntate concomitante II 847 2\* — est, cuius principium est extra *ibid.* — respicit voluntatem tanquam illud, contra quod est II 953 f. 3 — est, ubi non est cognitio IV 707 f. 2 — plus est quod est per ignorantiam quam quod est per violentiam *ib.* f. 3 Vide V. *Voluntarium*.

IOACHIM — ignoranter reprehendit Magistrum, et libellus eius iuste fuit damnatus I 121 d. 4

IOANNES — Baptista fuit sanctificatus in utero, quia ad Sanctum Sanctorum secundum expressionem prophetiae magis accessit III 70 f. 2. 71 a sq. — praecipue laudatur in Evangelio et ab Ecclesia celebratur III 552 d. 3 — est exaltatus ad ordines excellentium Angelorum II 707 a — vitavit peccata venialia III 72 f. 3 — in sanctificatione accepit facultatem vitandi omne peccatum mortale et frequentiam venialium III 77 b — expressius de Domino prophetavit, cum in utero ad adventum Domini exultavit et postmodum suo digito ostendit III 71 b — fuit consummatio Prophetarum et initium Legis novae *ib.* a — erat terminus Legis IV 56 arg. 5

## IRA

— utrum exultans in utero habuerit usum liberi arbitrii, non constat IV 160 d. 1 — corporali noticia novit Christum in infantia, postea per revelationem indicio columbae cognovit eum in speciali et quantum ad personam et quantum ad potestatem IV 132 d. 3 — dubitasse dicitur de morte Christi non ex infidelitate vel tarditate, sed ex pietate et admiratione quadam III 552 d. 3 — falso ab haereticis dicitur dubitasse in fide et damnatus fuisse *ibid.* — misit discipulos ad Christum, ut eorum dubitationi consuleret III 553 d. 3

— auctoritate et mandato Domini baptizabat IV 54 f. 1 — a Domino fuit institutus baptista *ib.* f. 2 — sui baptismi fuit administrator plenarius et praecipuus, quia Deus nihil ibi faciebat nisi per ipsum, et per ipsum instituit, et nemo illo baptizabat nisi ipse vel aliquis eius auctoritate IV 55 a — solum exterius lavabat *ibid.* 56 b, arg. 6 Vide V. *Baptismus-Ioannis*. — Baptismus poenitentiae, quem praedicabat, erat baptismus Christi, non quem ipse dabat IV 56 1\* — praecipiendo satisfactionem insinuavit Sacramentum poenitentiae IV 398 d. 5 — incepit praedicationem suam a poenitentiae virtute, non Sacramento IV 329 d. 3. 406 3\*

— Evangelista dilexit dulcius, quia accepit specialiter gratiam amandi Deum in se per contemplationis saporem III 707 b sq. — Christus diligebat Ioannem magis familiariter propter ingentem mansuetudinem et propter virginalem puritatem et etiam propter inventum III 708 a — Christus Ioanni maiorem familiaritatem exhibebat et maiora signa dilectionis ostendebat III 707 arg. 4, b — Christus commisit Ioanni Matrem custodiendam in signum dilectionis familiaris *ib.* b — quantum ad decorem aureolae Petro praeponi potest III 708 b — excellentior erat multis Angelis III 210 2\*

— totus erat in contemplatione divinitatis elevatus I 490 b — significat vitam contemplativam, quae manet et est purior et iucundior III 707 b — Christus Ioannem vocavit de nuptiis IV 683 f. 1 — Caelibatus Ioannis non praefertur coniugio Abrahae ratione status IV 665 2\*

IOU — de qua stirpe fuerit, non est omnino certum IV 46 d. 4 — non certo creditur fuisse sanctificatus in utero III 71 b — fuit flagellatus ad utilitatem suam, ut promoveretur in bono IV 359 d. 2

IOCUS — Quod ioco fit non fit contemptu III 865 f. 1 — iocosum est differentia mendacii, quia mendacium frequentius fit ex ioco quam alia peccata III 851 3\*

IOSEPH — electus est sponsus beatae Virginis ratione generis, ratione fidelitatis et ratione paupertatis IV 710 a

— non est mentitus III 844 1\* — praevitavit suum principatum, non vero suam venditionem II 138 2\* — Revelatio somnii facta insidiantibus secundum Dei dispositionem fecit ad eius impletionem II 206 d. 2

IRA — est vindex laesae concupiscentiae I 198 4\*, III 339 arg. 2. 824 8\* —



## IRA

ortum habet ex concupiscentia III 824 8\* — Ubi est zelus vindictae, ibi est motus irae III 339 f. 4 — dicit affectum repunitio- nis vel ex libidine vindictae, vel ex zelo iustitiae III 340 b — ut nominat virtutem, non opponitur mansuetudini *ib.* 3\* — secundum naturam est accensio sanguinis circa cor ex evaporatione fellis III 339 arg. 4

— de nominis ratione habet passionem coniunctam I 814 d. 10 — aut dicit pure affectum detestationis alicuius mali, aut affectum detestationis cum poena, qui habet perturbationem et inquietationem annexam sive partis sensualis tantum, sive etiam rationis III 340 a — mentem perturbat III 745 a — per vitium habet perturbationem mentis annexam, vel ad illam est ordinata, quae oculum mentis perturbat et obnubilat III 340 a — per zelum est cum perturbatione rationis ad tempus, qua oculus mentis turbatur, sed non excaecatur *ibid.*

— per zelum est habitus, quo homo irascitur vitiiis alienis IV 318 b sq. 326 3\* — per zelum est virtus, qua volumus, proximum peccantem puniri IV 323 f. 5 — per zelum detestatur in proximo malum actuale IV 404 2\* — per zelum est specialis virtus, quae detestatur omne peccatum in proximo sub ratione digni poena IV 321 a — per zelum reducitur ad virtutem iustitiae III 721 4\* — per zelum est in irascibili *ibid.* IV 323 f. 5. 326 3\* — Irasci propriis peccatis est poenitentia IV 319 a. 323 f. 2. 326 3\*

— consistit in detestatione, sed habet delectationem antecedentem II 836 d. 2 — Iracundus delectatur in adeptione vindictae II 846 1\*

— prohibetur in corde, in verbo et signo et in facto III 834 d. 5 — Actus interior irascibilis non prohibetur in speciali III 824 8\* — prohibetur in sua origine, dum prohibetur concupiscentia *ibid.* — prohibetur in prohibitione homicidii *ib.* 7\*. 834 a

— In Deo signa irae non significant iram in ipso I 814 d. 10 — Dei benignitas occasionaliter peccati ratione convertitur in iram IV 208 6\*

IRASCIBILIS — nostra tendit in magnum et arduum III 577 a, 1\*. 579 f. 5 — appetit celsitudinem II 886 arg. 4 — Actus irascibilis est gloriari et dominari I 814 d. 10 — respicit honorem I 197 arg. 4

— eius actus est tenere continue III 580 2\*. IV 1009 4\* — Irascibilis est tenere et habitum defendere III 580 a — defendit quod concupiscibilis acquirit II 560 b — convenit in actu cum memoria II 405 b. III 580 a. 619 b. IV 1009 4\* — appetit securitatem et ad ipsam pertinet stabilitio et confirmatio III 580 a. 581 5\*

— ordinatur ad irascendum III 339 f. 3. IV 323 f. 2 — est potentia detestandi IV 325 1\* — In irascibili est odium cum insurrectione et vindicta IV 325 a. 326 3\* — eius est vindictam appetere IV 323 f. 1 — Actus irascibilis vel respicit inconveniens vincendum, vel arduum aggrediendum I 198 4\* — Irascibilis non tantum est detestari mala culpa et perpeti mala poenae,

sed etiam aggredi terribilia et erigi ad magna et ardua III 579 b — proprie respicit passionum sustentiam III 782 f. 2 — Irascibilis est sufferre poenam IV 323 f. 3, 4 — In irascibili est ira et patientia, fortitudo et spes et timor III 580 a

— Actus irascibilis vel dicit gradum, vel disconvenientiam I 198 4\* — respectu paris est cum quadam disconvenientia et victoriosa repulsione *ibid.*

— recte ordinatur ad Deum per adorationem III 822 b — convenienter ordinatur ad superiorem per reverentiam et honorem, ad proximum vero per pacem et odii declinationem III 823 a — in actu suo recto impeditur, aut quia evanescit in prosperitate et effertur in altum, aut quia in adversitate deficit et deicitur in imum III 745 b — non est adeo corrupta ut concupiscibilis III 824 8\*

— dirigitur per spem III 579 f. 4. 580 a — in via tendit in Deum per spem, in gloria per dotem tentationis IV 1008 f. 6. 1009 b — reformatur eadem virtute et perficitur eadem dote qua memoria II 405 b. III 619 b. IV 1009 4\*

— in Deo non dicitur esse nisi transsumtive I 814 d. 10 — Actus irascibilis non potest esse in divinis respectu personarum I 198 4\* — Secundum actum irascibilis non potest esse emanatio personae *ibid.* — Actus irascibilis secundum aliquam appropriationem correspondet personae Patris III 826 4\*

IRRATIONABILE — Multa videntur irrationabilia homini animali, quae sunt valde rationabilia homini spirituali III 472 4\*

IRREGULARITAS — non est poena, sed defectus idoneitatis IV 877 3\* — oritur etiam ex defectu inculpabili III 677 2\* — contracta potest dispensari ab Episcopo vel a Papa IV 543 d. 5 — per defectum Sacramenti non contrahitur per coitum extra matrimonium IV 859 4\* *Vide V. Bigamia.*

IRREMISSIBILE — dicitur peccatum, vel quod est ineptum sive impossibile ad remittendum, vel quod est inconsuetum remitti II 990 a

IRREVERENTIA — contra servos Dei iuste punitur a Deo IV 238 d. 2

IRRIGATIO — fit per divini verbi praedicationem I 547 b

ISAAC — non est mentitus de uxore III 844 1\* — vere benedixit Iacob IV 707 1\* — rationabiliter praecepit Iacob, ne sumeret uxorem ex Chanaanitis IV 703 1\*

ISRAELITAE — transierunt per mare et per flumen, in quibus significatur poenitentia et gloria I 4 b — non sunt furati, quia Dominus transtulit dominium IV 370 5\*

IUCUNDITAS — Ad summam iucunditatem requiritur societas I 53 f. 1

IUDAEI — principes ad interficiendum Christum moti sunt ex invidia et malitia, simplices ex ignorantia culpabili II 934 d. 3 — Iudaeorum actio contra Christum in genere moris et ex parte ipsorum fuit mala I 860 d. 2. 861 d. 3. III 433 d. 4

— distinctionem solemnitatum a luna accipiebant, quia synagoga in tenebris no-

## IUD

etis ambulabat et minuenda erat II 369 b — Iudaeorum immunditia non erat totaliter auferenda usque ad finem IV 30 d. 5 — Iudaeorum infidelium testimonium non est vilipendendum III 77 b

IUDAS — tradidit Christum procurando, ut alii inferrent ei mortem, quod fuit malum III 433 d. 3 — Peccatum Iudae dicitur maximum enormitate II 799 d. 2 — Christus dedit corpus suum Iudae, ne eum proderet IV 267 d. 8

IUDEX — dicitur, cuius est secundum iura causam terminare II 607 d. 1 — in aliquo dicitur, aut quia ipsius est ferre sententiam, aut quia assistit ferenti ut quodam modo consulens iudici principali IV 971 b — Exsecutor sententiae non dicitur esse iudex, sed minister IV 973 f. 2 — Iudicium firmum requirit auctoritatem in sententiando et potestatem in retribuendo praemium secundum meritum IV 984 b — Eius est iudicare, cuius est retribuere *ib.* arg. 3

— non iudicat de lege, sed secundum ipsam de aliis I 69 4\* — Iudicans approbando vel reprobando habet posse super iudicatum *ibid.* — Iudicans praeminet iudicato aliquo modo etiam, cum eadem potentia iudicat de se ipsa II 597 5\* — Nemo potest iudicare aliquem nisi qui iudex eius constituitur ab eo qui potest IV 506 a — Nullus in eadem causa potest esse actor et iudex IV 784 f. 2 — nullus est bonus in causa, in qua est reus IV 502 b — debet esse immunis a peccato, de quo alterum damnat IV 971 arg. 2 — Iudicantis non est iudicari IV 973 arg. 2

— Deus ut iustus iudex vult vindictam zelo iustitiae I 854 4\* — debet quaerere emendam, ut decor iustitiae servetur III 422 5\* — non potest dimittere partem poenae, quia ad ipsum spectat punire IV 966 4\* — Iustum iudicem decet secundum merita retribuere III 813 f. 4

IUDICATORIUM — naturale est lumen animae inditum, quod dirigit ipsam in iudicando tam de cognoscibilibus quam de operabilibus II 903 a. 908 f. 4. 910 a — Deus inseruit homini naturale iudicarium, quod non errat, cui commisit regnum animae iudicandum IV 342 d. 6 — naturale semper est rectum II 915 4\* — naturale sufficit ad cognoscenda ea quae sunt maxime evidenter post receptionem specierum sine aliqua persuasionem superaddita II 903 b — naturale est homini naturaliter impressum respectu eorum quae cognoscuntur sine similitudine abstracta II 904 b — naturale cum natura crescit et perficitur IV 414 b

IUDICIUM — Iudicare proprie est discernere inter iustum et iniustum, inter proprium et alienum II 593 b — communiter dictum dicitur collatio manifesta meriti ad praemium, proprie dictum est discussio meritorum et prolatio cum quadam discussione et sententiae definitione, appropriate dicitur ipsa condemnatio IV 974 a sq.

— importat actum rationis regulatum secundum regulas veritatis et supernae legis II 607 d. 1 — Iudicare est actus rationis

## IUD

II 595 2\* — Iudicare est actus spectans ad cognitionem II 898 f. 5 — In omni intellectu est iudicium per modum discernendi I 69 4\*

— est per modum speculativum, vel se extendit ad affectum, vel ad effectum IV 482 d. 1 — intellectus speculativi est cognoscendorum sub ratione veri, practici est agendorum sub ratione boni II 190 b — intellectus speculativi non est pars liberi arbitrii II 190 b. 541 1\* — intellectus practici est pars liberi arbitrii II 190 b — in agendis de his quae spectant ad veritatem vitae est liberi arbitrii et nunquam est sine voluntate II 541 1\* — rationis, quod est in solo dictamine, est rationis secundum se, sed iudicium definitivum, ut fiat vel non fiat, nunquam est sine voluntate, quae sequitur vel non sequitur iudicium rationis II 606 3\* — intellectus practici perversum potest iudicare contra id quod dictat iudicium speculationis II 480 7\*

— semper praecedat actum voluntatis, qui est plenarius consensus, sed alii actus praecedunt et influunt in iudicium II 953 6\* — Amor voluntatis malae mirabiliter pervertit iudicium *ibid.* — rationis pervertitur per phantasias I 23 d. 3 — depravatur per mala opera IV 748 a — rationis in his quae sunt de necessitate salutis non pervertitur per excaecationem, nisi praecesserit peccatum praesumptionis II 145 f. 7 — In iudicio speculationis non consistit peccatum II 541 1\* *Vide V. Error.*

— Iudicium sumere est iustitiae IV 321 f. 3 — Rectum iudicat de obliquo et lux de tenebra I 131 d. 4

— Deus non potest iudicare iniuste I 778 d. 7 — Deum decet iudicare hominem secundum iustitiam III 813 f. 4 — est secundum merita nostra IV 899 a. 974 arg. 4 — Deus exigit rationem non solum de mortalibus, sed etiam de venialibus III 662 2\*

— divinum habet actum discernendi, approbandi vel respuendi et sentiendi IV 482 d. 4 — Dei aliquando dicuntur iudicialia praecepta Legis IV 967 d. 4 — quae dicuntur divina dispositio et divini consilii definitio, sunt inscrutabilia quantum ad si est, vel quantum ad propter quid *ibid.*

— hominum universale fiet, ut Dei iustitia omnibus clarescat et appareat IV 973 arg. 4. 974 b — ultimum fiet ad manifestationem divinae iustitiae IV 887 a — universale est ad magnificentiam divinam ostendendam in universali resurrectione corporum IV 558 3\* — universale erit quantum ad omnia merita et merentes IV 973 arg. 4

— Omnes iudicabuntur per collationem manifestam meriti ad praemium; iudicio discussionis non omnes, sed quatuor ordines hominum, iudicio condemnationis mali tantum IV 974 b — Illi soli iudicabuntur, contra quos fertur sententia *ib.* arg. 2 — A Christo redarguentur mali, qui fuerunt de Ecclesia IV 981 d. 4 — Daemones in conspectu omnium iudicabuntur IV 974 f. 4 —

Daemones iudicabuntur, quia possunt demereri et peccare *ib.* f. 3 — Daemones condemnabuntur in iudicio ad manifestationem iustitiae Dei, ad gloriam Christi et ad retributionem meriti, quia participes fuerunt culpae humanae, et ad consummationem supplicii *ib.* b sq. — Daemones non iudicabuntur iudicio discussionis *ib.* b — Daemones iudicabuntur ad confirmandum quod certum est et ad consummandam poenam IV 975 3\* — Christus debet auctoritatem iudicalem super diabolum accipere, quia de eo triumphavit et iudicatus fuit a membro eius et ad suggestionem eius *ib.* a — Sententia dabitur solum contra homines IV 974 arg. 2

— Mali iudicabuntur comparatione ad bona bonorum IV 901 f. 5 — Comparatione perfectorum iudicantur qui possent sibi videri boni esse IV 973 4\* — Angeli mali iudicantur comparatione bonorum Angelorum, sed non homines *ibid.* — Angeli boni iudicabuntur iudicio retributionis, et consummabitur eorum gloria saltem quantum ad accidentale praemium IV 975 4\*

— In iudicio congregantur damnati congregatione, quae est in facto esse, ubi est visitatio ad incrementum poenae IV 922 2\* — condemnationis incipit in praesenti per excaecationem in infidelibus et per exspoliationem in daemonibus, et in futuro non iterabitur, sed consummabitur IV 974 b. 975 4\*

— Auctoritas sentiendi et potestas retribuendi principaliter sunt in Deo et communicatae homini Christo IV 984 b — Christus est iudex ratione dominii et potestatis, quae ut homo habet per gratiam *ibid.* sq. *Vide V. Christus 29.* — Iudicare convenit Christo cum Patre *ib.* arg. 1 — Potestas iudiciaria data est humanae naturae IV 972 f. 4. 984 arg. 3 — Christus promulgabit sententiam secundum humanitatem IV 984 arg. 4. 985 a sq. — Christus iudicabit in natura, in qua iudicatus est IV 984 arg. 2 — Per Verbum carnem factum fit iudicium ad adorandum humanitatem Christi, in qua fuit iudicatus IV 903 d. 4 — Dominus dedit iudicium Filio, quia ipse, cum esset iustus, iudicatus est tanquam impius IV 971 f. 3. 973 f. 3

— Christus non promulgabit sententiam ut iudex delegatus, sed principalis, quia est Deus et homo IV 985 b — A sententia Christi nullus poterit appellare IV 984 arg. 4, 5. 985 b — Robur sententiae Christi non principaliter est ex humanitate Christi, sed potius ex eius divinitate IV 985 b

— Iudex principalis est solus Christus, qui fert sententiam, iudices quodam modo assistentes sunt principaliter Apostoli et deinde omnes viri perfecti IV 971 b — Perfecti iudicabuntur ratione approbationis et cuiusdam honorabilis consessionis IV 973 a sq. — Assistentia iudicum aliorum non erit ad consulendum, sed tanquam ad quendam honorem et appropinquationem ad iudicem per honorabilem consessionem IV 971 b — Assistentia est ad condemnationem malorum ex vitae suae compara-

## IUD

tionem et ad gloriam Christi per sententiae eius approbationem IV 972 a — Perfecti iudicabunt malos, quia vita eorum comparata malis, ipsos ostendunt reprobos IV 973 f. 3 — Boni et mali iudicabunt alios comparatione IV 974 f. 2. 973 a

— Potestas iudiciaria convenit perfectioni cum supererogatione consiliorum IV 971 b. 972 b. 973 3\*, 4\* — Ratio assistentiae meritoria est perfectio supererogationis IV 972 a — Apostoli habebunt auctoritatem iudicandi IV 971 f. 1 — Iudicantes omnes comprehenduntur numero duodecim Apostolorum IV 972 a sq. — Iudiciaria potestas proprie non erit in Angelis, sed tantum ratione approbationis IV 973 b — Dominus veniet cum Angelis non iudicantibus, sed ministrantibus *ib.* f. 2, 1\*

— Adventum Christi praebunt Angeli et ignis conflagratorius IV 970 b — In iudicio Domino deserviet ministerium creaturae spiritualis, corporalis et mediae IV 981 d. 3 — Ante diem iudicii quindecim mirabilia fieri refertur IV 996 d. 3 — Electi in conflagratione ante iudicium purgabuntur, sed non consumerentur IV 980 b

— Boni in iudicio videbunt Dei substantiam IV 898 arg. 4 — Damnati videbunt Christum in forma, in qua iudicatus est IV 985 f. 1 *Vide V. Christus 25 et V. Damnati - cognitio.*

— Boni in iudicio habebunt perfectum gaudium, mali perfectam confusionem IV 902 f. 3 — In iudicio potissime erit poena et ignominia pro culpa IV 974 f. 4 — est ad poenam ignis, vel gloriam *ib.* arg. 4. — est ad consummationem gloriae vel poenae IV 975 a — In iudicio universali Beati suscipient consummatam glorificationem in anima et in carne IV 558 2\* — Simul infligetur tota poena IV 902 f. 2

— In iudicio plene ostenditur iustitia IV 899 f. 2. 973 arg. 4 — Dei iustitia in iudicio declarabitur summe et quantum ad retributionem gloriae et poenae IV 899 f. 3

— In iudicio aperietur liber vitae et libri conscientiarum, ad pensandam quantitatem meritorum IV 899 a, f. 2 — Omnes iudicabuntur secundum ea quae scripta sunt in libro vitae IV 898 f. 1 — Soli boni videbunt librum vitae et se ibi legentes cognoscent se praedestinos, mali vero ex hoc ipso, quod in libro aperte legere non poterunt, scient, se non esse praedestinos IV 899 b — Damnati ex comparatione libri vitae et conscientiae scient, se esse damnandos, cum scient, nomina sua non esse scripta ad gloriam et se esse dignos poena *ibid.*

— In iudicio virtute divina omnia ad memoriam revocantur IV 899 f. 1 — Omnia reducentur ad memoriam ad ostensionem iustitiae divinae secundum statum illum et misericordiae secundum statum praeteritum IV 900 a, 4\* — In libris conscientiae erit lectio et memoria omnium meritorum IV 899 b — Ut sciatur quantitas meritorum hominis, in iudicio debet legi, quot et quanta bona et quot mala et quanta fecerit *ib.* f. 2, 3 — Bona et mala sua omnia

erunt unicuique in memoria IV 900 a — In iudicio patebunt cogitationes bonae et malae et per consequens affectiones et operationes *ibid.*

— Propter ostensionem iustitiae in retribuendo rememorabuntur bona et mala, in quibus permanserunt finaliter IV 900 a. 901 b — Ad ostensionem misericordiae de praeterito rememorabuntur mala bonorum et bona malorum IV 900 a. 901 b — Boni habebunt memoriam malorum praeteritorum sine tristitia IV 903 d. 3 — Mali de cognitis bonis non laetantur, nec boni de malis tristantur, sed laetantur de ereptione a malis IV 900 2\*

— In iudicio omnia bona et mala nota erunt omnibus IV 901 b — Bona omnium bonorum et malorum nota erunt omnibus, ut laudetur Dei largitas, mala omnium, ut laudetur Dei iustitia puniens, vel misericordia liberans *ib. f. 3* — Omnibus debet manifestari sententia et ratio sententiae IV 898 f. 1 — Mala bonorum patebunt bonis IV 901 f. 6 — Peccata iustorum videbuntur ab omnibus, ut de ipsorum sanatione ab omnibus gratiae agantur Deo *ib. 2\** — Rationalius creditur, quod omnium iustorum peccata omnibus iustis patebunt ad Dei gloriam per manifestationem misericordiae IV 903 d. 4 — Boni gaudebunt de bonis malorum IV 901 f. 4 — Signa malorum remanent in bonis ad gloriam ratione poenitentiae, vel in Dei gloriam, qui liberavit de tanta miseria, non in illorum contumeliam *ib. 2\*, 4\** — Mala bonorum et bona malorum deleta sunt quantum ad veritatem essentiae, sed manent in conscientia quantum ad notam et similitudinem, vel a Deo reparantur IV 900 3\*

— Manifestatio peccatorum bonis nullam afferet erubescendum IV 904 d. 4 — Manifestatio malorum in malis est in poenam, in iis qui egerunt poenitentiam, est in gloriam IV 901 2\* — Mali ex alienis peccatis cognitis non habebunt solatium, sed confusionem, cum alii eorum peccata non approbent, sed vilipendant *ib. 1\** — Recogitatio multorum malorum damnatis amplificat tristitiam IV 902 2\* — Sublimatio intellectus damnatorum, qua multa cognoscunt simul, potius est depressio in ostensione omnium turpitudinum *ib. 3\**

— In iudicio omnes omnia videbunt repente vel potius simul, efficiente divina virtute IV 902 a sq., 1\* — In iudicio erit discussio omnium singillatim, sed simul erit memoria de multis *ib. 3\** — Simul scietur et ponderabitur tota culpa quantum ad actus et circumstantias et earum iterationem *ib. f. 2*

— Hora diei iudicii nota est toti Trinitati et homini assumpto, ignota est omnibus in statu viatorum existentibus IV 988 b — Hora iudicii potest latere Angelos et Beatos, sed aliquibus potest revelari *ibid.* — Hora iudicii latet filios adoptivos, non Filium naturalem, et latet Angelos inferioris ordinis et homines puros et viatores IV 989 1\* — Aliqui dicuntur nescire horam iudicii, quia non ostendunt se scire

*ibid.* — Diem et horam iudicii Deus non expressit nisi per signa quaedam praeanbula IV 988 arg. 4 — Horam iudicii nosse nobis non erat utile, sed utile erat ignorare IV 989 4\*

— Deus revelavit nobis iudicii locum IV 988 arg. 4 — Dominus descendet in eum locum, unde ascendit IV 995 d. 1 — In illo loco potest congregari tota multitudo iudicandorum *ibid.*

— particulare fertur de unoquoque homine in eius exitu IV 524 4\*. 528 3\*

— in foro poenitentiae magis est misericordiae, iudicium postremum est iustitiae IV 482 d. 2 — in foro poenitentiae est ad peccata dimittenda potius quam puniendi *ibid.* — divinum et ecclesiasticum est ad instruendum, curandum et corrigendum IV 485 a

— In foro poenitentiali est iudicium secundum veritatem IV 815 4\* — In foro iudiciali indicatur secundum exteriora *ibid.*

— In foro iudiciali indicatur secundum allegata IV 680 b. 681 3\* — Iudex in foro Ecclesiae iudicat secundum ea quae patent, non secundum ea quae latent IV 212 5\* *Vide V. Forum, V. Ecclesia et V. Infideles.* — Iuste iudicare est iudicare secundum allegata IV 694 3\* — Nihil obiciendum est in iudicio manifesto, quod non possit manifeste probari IV 562 f. 3

— Nostrum non est iudicare, sed iudicari III 421 5\* — Iudicare pertinet ad hominem, in quantum iustus est, iudicari, in quantum reus IV 342 d. 6 — Cum homo iudicat se ipsum, idem est iudex et condemnatus III 721 4\*

LUMENTA — sunt animalia ordinata ad hominis iuvamentum II 389 d. 2

IURAMENTUM — Qui iurat adducit Deum in testimonium veritatis III 861 f. 3 — In forma iuramenti introducitur ipsa Veritas in testimonium secundum diversos respectus in diversis formulis III 882 d. 3 — Iurare per Deum est invocare divinam veritatem in testimonium III 867 f. 4, b — Iurans per aliquid illud invocat in testimonium, vel aliud, ad quod illud refertur, vel ipsum obligat et Deo oppignerat III 871 3\*

— non prohibetur tanquam de se malum III 867 b — in Evangelio non fuit prohibitum propter se, sed propter vitandum periurium *ibid.* sq. 868 b, 1\* — Non prohibetur omnis iuratio, sed iurare omni modo et sine omni causa III 868 a — licitum est ad confirmationem veritatis et ad confutationem falsitatis et dolositatis III 867 f. 5 — est ad astruendam veritatem IV 816 b — est necessarium propter incertitudinem de veritate conscientiae alienae et pronitatem ad decipiendum et male suspicandum III 874 5\* — licite factum non est appetendum propter occasionem mali adiunctam III 869 a sq.

— Iurare per Deum non est contra rationem rectam nec contra consuetudinem bonam nec contra legem divinam veterem vel novam III 867 b — Licitum est iurare per Deum III 868 a — Deus iurat per se

ipsum III 867 f. 2 — Iurare per Deum videtur esse actus de se indifferens III 868 a sq. — Iurare per Deum ut actus indifferens potest esse occasio cadendi in malum et vitandi malum *ib. b* — Iurare per Deum potest esse meritorium et bonum *ib. 2\** — Iurare per Deum dicitur periculosum, non ut causa, sed ut occasio periculi *ibid.*

— Iurans per Deum exhibet ei honorem et reverentiam III 867 f. 3. 868 a — Hoc, per quod iurat, quilibet veneratur *ibid.* — Illud, per quod quis iurat recte et ordinate, veneratur et amat, sed quando falso et inordinate per ipsum iurat, quamvis videatur venerari per credulitatem, potius contemnit et contumeliam ei facit III 864 2\* — Frequens iuratio per nomen Dei, ubi nulla est necessitas vel utilitas expressa, valde est reprehensibilis, quamvis non prohibeatur secundo mandato III 831 d. 2

— assertorium fit per imprecationem, qua creatura Deo quodam modo oppigneratur, vel per ipsius veritatis testimonii invocationem, iurando per aliquem ad invocandum eum in testimonium veritatis III 870 b sq. — assertorium potest fieri licite per aliquod creatum per modum imprecationis, qua illud, in quantum est nobis concessum, Deo oppigneratur *ib. b* — non licet fieri per creaturam, invocando eam in testimonium veritatis, secundum se consideratam, sed in quantum relucet in ea vestigium divinae veritatis III 871 a, 4\* — factum per creaturas debet referri ad ipsarum auctorem *ib. a* — potest fieri per omnem creaturam, maxime per Sanctos et per Evangelia *ibid.*, b — non debet fieri irreverenter per membra Christi III 871 2\* — per idolum tanquam per Deum est idololatria *ib. 4\**

— Quanto sanctius est id per quod iuratur, tanto iuramentum est magis obligatorium ceteris paribus III 881 d. 2 — Cum quis iurat per creaturam, intentio fertur ad Deum habitualiter tantum, et sic est minor obligatio, quam cum fertur actualiter in eum *ibid.* — Iurando per Evangelia Dei non tantum conversio fit ad Deum habitualis, sed etiam actualis ad Deum in se et ad assumptam humanitatem et ad propagatam veritatem, unde recte fit cum maiori solemnitate et ampliorem inducit obligationem III 882 d. 2

— tres habet comites, iudicium et iustitiam et veritatem III 861 f. 4 — omne ex parte iurantis requirit iudicium, ex parte rei iuratae veritatem, ex parte causae iustitiam III 881 d. 4 — factum cum iudicio supponit duas alteras condiciones *ibid.* — habet tres comites ad recte et convenienter confirmandum sermonem nostrum, qui dubietatem habet, per divinam veritatem *ibid.* — In iuramento assertorio proprie reperitur veritas, in obligatorio reperitur proprie iustitia et iudicium III 862 a

— non debet fieri nisi de quo quis est certus, et ignorantia non excusat a culpa



## IUR

III 862 3\*, 4\*. 864 1\* — secundum quod fit in opere praeter causam et utilitatem, malum est propter privationem finis debiti et positionem irreverentiae III 868 3\* — Circa actum iurationis vitanda est consuetudo propter periculum periurii, vitandus actus praeter necessitatem, et vitandus affectus III 869 b — in Christianis debet esse valde rarum propter periculum ex incertitudine sermonis III 866 4\* — Assuetudo iurandi minuit reverentiam Veritatis et quodam modo disponit ad assertionem falsitatis III 869 4\* — incautum triplex III 879 f. 2, b — est deliberatum et solemnizatum, vel deliberatum non solemnizatum, vel nec deliberatum nec solemnizatum, sed ex consuetudine quadam III 865 b

— obligatorium fit homini IV 816 b — obligatorium nunquam obligat nisi ad voluntatem eius cui fit IV 798 a

— est obligatorium, quando habet suos comites, iudicium et iustitiam et veritatem III 875 f. 4. 877 f. 1 — quod vergit in salutis detrimentum vel in perfectionis impedimentum, non est licitum nec obligatorium III 879 b. 880 3\*, 4\* — factum in omnem eventum est observandum, si est in profectum, non observandum, si est in detrimentum salutis III 879 b. 880 b — malum non obligat, sed de eo est poenitentia facienda IV 789 d. 5 — contra iustitiam nullum est IV 571 3\*. 697 d. 1 — iniustum non tenet IV 731 arg. 3

— cum fraude obligat secundum iudicium humanum, vel etiam secundum Deum, qui iudicat talem dignum poena periurii, sicut illum qui iuramentum non implet IV 681 2\* — dolosum, quo quis non se intendit obligare, videtur non obligare in foro conscientiae, sed obligat in foro Ecclesiae III 875 a sq. IV 815 4\* — Iurans dolose committit in ipso actu periurium III 875 b, 1\* — De obligatione iuramenti ambigui, sed non dolosi III 876 a sq. — coactum non obligat in foro Ecclesiae, sed obligat in foro Dei III 878 a

— Falsum testimonium ratione iniuriae, quae fit summae Veritati, cum in falsum advocatur, prohibetur in secundo mandato primae tabulae; ratione iniuriae, quae fit proximo, qui ex falso testimonio damnificatur, prohibetur in quinto secundae tabulae III 831 d. 2 — Per falsum testimonium fit iniuria proximo, in quantum ei debetur veritas III 822 b. 823 a, b. 826 a — falsum per verum Deum est quodam modo minus malum quam verum per falsos deos III 882 d. 4 — additum mendacio levi illud trahit in genus peccati mortalis, si ipsum sit deliberatum, secus est circumstantia aggravans III 866 4\*

— Persona publica tenetur exigere iuramentum secundum iuris ordinem, etiamsi sciat, aliquem falsum iurare III 883 d. 5 — Persona privata non potest exigere iuramentum ab alio, quem scit iuraturum falsum, quia illud est in veritatis subversionem III 873 a, 2\*. 883 d. 5

— Persona publica potest et debet exigere iuramentum ex ordine iuris in forma

concessa III 873 a. 883 d. 5 — Persona privata potest licite exigere iuramentum in forma concessa ad veritatis confirmationem et plerumque ad suspicionis remotionem, sed nunquam ad veritatis subversionem III 873 a. 874 3\* — Nulli licet recipere iuramentum ab idolatra in forma non concessa, habendo respectum ad idoli venerationem, sed licitum est ab eis recipere iuramentum, habendo respectum ad solam verbi confirmationem, maxime pro utilitate communi vel necessitate III 873 b, 1\*, 2\*, 3\*. 874 4\*

— recte praecipitur fieri ieiuno stomacho III 883 d. 6

IURISDICTIO — in iudice requiritur ad indicandum IV 489 a. 506 a — est vis motiva ad executionem potestatis clavis IV 506 a. 509 2\* — Iurisdictionem possunt habere etiam non habentes claves IV 488 f. 1. 489 a, 4\* — potest esse in multitudine, ita quod in nullo IV 489 b — dicit donum gratiae gratis datae IV 502 b

— requiritur in poenitentia IV 506 a — Alius modus requiritur ad absolutionem, alius ad excommunicationem IV 511 3\* — Potestas ligandi et solvendi in foro poenitentiali respicit ordinem, in foro iudiciali praedicationem IV 489 a — Potestas excommunicandi principaliter fundatur super iurisdictionem canonicam, potestas absolvendi super ordinem et iurisdictionem IV 645 3\* — In foro iudiciali par non potest ligare parem nec superiorem IV 489 a *Vide V. Absolvendi potestas.*

— non est in omnibus aequalis sicut potestas ordinis IV 506 6\* — secundum potestatis plenitudinem est in uno IV 508 b — non se habet ad omnes nisi in uno solo IV 509 2\* *Vide V. Pontifex.* — arctatur propter conservationem ordinis IV 509 a, 6\* — Descendit ordinate a superiori ad inferius, ita quod plenitudo est in Summo Pontifice IV 508 b sq. 645 3\*

— et potestas, quae consequitur ipsam, potest auferri IV 645 3\* — amittitur per ablationem subditorum IV 506 a, 6\* — Haereticus non habet iurisdictionem IV 303 7\* — prohibetur monachis IV 506 6\*

IUS — naturale communiter dictum est illud quod in Lege et in Evangelio continetur IV 748 a — naturale proprie est quod est commune omnium nationum, et hoc ius est, quod dicitur ratio recta *ibid.* 750 a — naturale propriissime dicitur quod natura docuit omnia animalia IV 748 b — naturale est quod natura docuit animalia II 901 arg. 3 — Quod indictum est homini a sua constitutione spectat ad ius naturale IV 749 f. 4 — naturale naturaliter ligat voluntatem II 901 arg. 6 — Principia iuris naturalis ordinantur ad rectitudinem et honestatem vitae III 776 b — Nihil est licitum quod est contra ius naturae IV 758 f. 2 — Quod est contra ius naturae est prohibitum in lege naturae IV 749 arg. 2

— Aliquid est de dictamine iuris naturalis in speciali vel in generali IV 436 a sq. — naturae quaedam dicitur simplici-

## IUS

ter, quaedam secundum tempus IV 665 b — Dictamen naturae semper idem manet IV 591 b. 617 arg. 4 — Quod est de dictamine naturae in speciali est idem apud omnes IV 437 1\* — naturale, secundum quod est plus apertum, est communius, secundum quod magis occultum, est minus commune IV 748 3\* *Vide V. Dictamen et V. Lex-naturae.* — Deus potest facere contra ius naturae, quod ordinat ad proximum, non tamen facit contra, sed supra, quia ratio recta sic dicitur aliquid, ut tamen dicitur, in eius opposito Deo esse obediendum IV 752 1\*

— Quae referuntur ad homines sunt de dictamine naturae per se, secundum quod est rationalis, quae referuntur ad Deum sunt de dictamine naturae adiutae aliquo modo per fidem IV 436 b — Quae sunt de dictamine iuris naturalis Deus instituit interius illustrando IV 664 a

— positivum non praedicit nec impedit ius naturale IV 792 f. 3. 875 arg. 1 — Iura humana considerant exteriora opera II 617 6\* — iudicant et institunt non ea quae semper, sed ea quae fiunt frequenter IV 796 2\*. 800 d. 5 — non revocantur ad praeterita IV 841 arg. 3. 842 b. 855 d. 5 — Quilibet potest cedere iuri suo IV 567 f. 1. 701 arg. 1 — Aliquid est contra iuris rectitudinem, aliquid contra iuris punitionem IV 759 a sq. — petitorium et possessorium IV 863 d. 1

IUSTIFICATIO — est facere iustum de non iusto vel negative vel privative II 155 1\* — dicitur actus gratiae vel status potius quam ipse habitus IV 420 5\* — dicitur a iustitia generali, non a cardinali IV 433 d. 4 — dicitur proprie propter susceptionem virtutum ordinantium omnes potentias *ibid.* — dicitur de praeparatione ad iustitiam, vel de iustitiae infusione, vel de excitatione in eadem IV 422 b, 1\*

— Iustificare impium est maius quam creare caelum et terram IV 427 f. 1 — Iustificare impium salvo libero arbitrio est maius quam creare, ratione resistantiae voluntatis IV 229 1\* — non est proprie miraculosa, sed mirabilis IV 433 d. 3

— In iustificatione est misericordia et veritas IV 12 2\*. 350 b. 419 a — In opere iustificationis simul sunt misericordia et veritas, non tamen secundum idem IV 965 b, 3\* — Misericordia remittit offensam et poenam aeternam, iustitia exigit poenam temporalem *ib.* b — In poenitentia Deus per misericordiam remittit offensam, per iustitiam exigit emendam II 992 a — In iustificatione impii Deus relinquit poenam et dat gratiam IV 419 a sq.

— In praeparatione ad iustitiam expellitur actio mala, in infusione eius peccati macula, in consummatione sequela IV 423 1\* — Prius natura est expulsio culpae quam habitatio ad bonum IV 328 b — est in instanti IV 391 f. 1. 429 f. 3. 433 d. 4 *Vide V. Culpa-deletio.*

— Solus Deus iustificat per modum efficientis III 400 arg. 6. 401 2\*. IV 12 1\*. 127 f. 1. 128 a. 132 d. 4 — Peccati



expulsio attribuitur virtuti divinae primo et per se, et gratiae et contritioni per illam IV 395 2\* — est effective a Deo, formaliter a gratia III 888 a. IV 419 2\* — non solum respicit causam efficientem, sed etiam formalem propter respectum ad materiam subiectam IV 419 2\* — quia non est ex nihilo, sed alicuius entis melioratio, non solum habet causam effectivam, sed etiam dispositivam et informativam IV 12 1\*

— Per Spiritum sanctum purificantur animae sicut per causam effectivam, per Christum tanquam per causam meritoriam III 263 3\* — Passioni et resurrectioni Christi attribuitur causalitas nostrae iustificationis non ut verae causae, sed secundum quandam causae proprietatem III 400 b *Vide V. Christus 54.* — attribuitur Christi passioni principaliter ratione meriti, sed morti et resurrectioni ratione significationis IV 60 d. 2 — Causa iustificationis per modum merentis et excitantis est passio Christi III 412 d. 1, 2 — fit per passionem Christi coniunctam animae quantum ad efficaciam mediante fide per dilectionem III 401 3\*. 412 d. 2

— Consensus impeditur ex parte rationis, vel voluntatis IV 769 b — Plenitudo consensus deficit per coactionem et errorem IV 704 d. 4 — Ex parte consensus impeditur errore in ratione et violentia in voluntate IV 769 b

— Consensus libidinosus, in quantum privat intentionem contrahendi, non facit matrimonium IV 711 a — Libido in ducendo uxorem potest intendi ut finis et obiectum, et sic non contrahitur matrimonium *ibid.* — Consensus libidinosus, qui intendit contrahere intentione libidinis, non impedit matrimonium, sed est contra eius utilitatem *ibid.* — non requirit caritatem vel intentionem puram *ib.* f. 4, 4\* — Consensus facit matrimonium per substantiam actionis, non per circumstantiam malam *ib.* 4\*

— Plures causae possunt esse inducentes sine peccato, dum tamen non sistatur in eis, sed virtus et mores super omnia sunt attendenda IV 713 d. 6 — In matrimonio contrahendo non debet principaliter intendi pulchritudo, sed filiorum procreatio *ibid.* — digne suscipitur ab iis qui ex

consensu caritatis uniuntur ad procreandum prolem ad divinum cultum IV 668 b — Intendere matrimonium propter pulcritudinem ut causam inducentem aliquo modo potest esse sine peccato, ad minus gravi IV 713 d. 6 — Qui consentit finaliter propter pecuniam non iudicatur simoniacus, tamen peccat IV 669 4\*. 711 3\*

6 — efficit quod figurat IV 667 f. 2 — In consensu matrimonii acquiritur potestas in alterutrum IV 699 f. 4 — est contractus, quo datur potestas corporis IV 770 f. 3. 774 f. 3 — In matrimonio est translatio domini proprii corporis IV 820 b — In matrimonio coniuges ius acquirunt inter se invicem IV 692 f. 3 — Vir uxori dat sui corporis perpetuam potestatem IV 703 f. 4 — Alter coniugum habet potestatem in corpore alterius, quia dat ei sui corporis potestatem IV 781 f. 2

— ordinatur ad carnis commixtionem IV 878 2\* — Potestas corporis non simpliciter transfertur, sed quoad actum conjugalem IV 792 3\* — Vir subest uxori tantum in debito carnis IV 818 b — Copula carnalis est prima et principalis, sed non tota ratio et causa matrimonii IV 696 5\* — Fere omnes contrahentes intendunt et consentiunt in copulam carnalem sive propter libidinem sive propter generationem IV 825 d. 1

— potest esse plenum et perfectum sine commixtione carnali IV 695 f. 6 — Copula carnalis non est de integritate matrimonii quantum ad esse necessitatis, sed completionis IV 670 a — tum quoad signum, tum quoad officium, tum quoad remedium habet integritatem sufficientiam quantum ad coniunctionem animorum, integritatem completionis quantum ad coniunctionem corporum *ibid.* sq. — perfectum fuit inter Mariam et Ioseph IV 669 arg. 2. 676 arg. 4. 679 f. 3. 697 a

— Ad matrimonium contrahendum non necesse est absolute consentire in copulam nec implicite, vel conditionate IV 695 b sq. — contrahitur per consensum in mutuam corporum potestatem, quae ad carnalem copulam ordinatur, non tamen de necessitate IV 696 a, 3\*. 713 d. 5 — contrahitur per consensum in copulam conjugalem, quae necessario ordinat ad copulam carnalem, nisi interveniat mors spiritualis IV 733 2\* — Sola voluntas non utendi non impedit matrimonium IV 771 2\*

— In consensu in copulam conjugalem datur potestas petendi debitum, licet non teneatur statim ex iure divino IV 696 4\* — Corporum potestas aliter datur in contrahendo, aliter in consummando *ib.* a, 4\* *Vide infra 10 et 16.*

— In matrimonio est servitus corporis et debet esse mutuus amor IV 797 2\* — dilectionis mutuae praestat fomentum IV 850 b, 4\*. 852 b — Vir et uxor coniunguntur ad semper et omnia bona pro indiviso habent IV 876 a — Matrimonio competeat modus producendi Evam ex latere Adam, tum propter figuram, tum ad significandam vinculi aequalitatem IV 850 4\*

— institutum est ratione fidei et Sacramenti et mutuae educationis IV 696 5\* — habet officium mutuae educationis et fomenti et procreandae proles IV 670 a. 721 b — Causa finalis coniugii est triplex bonum IV 716 a

— Usus coniugii est ad procreationem proles IV 572 f. 3 — institutum est ad procreandum prolem ad cultum divinum IV 53 b. 59 d. 1. 727 d. 1 — est in officium ad procreationem proles ad cultum Dei IV 834 a. 877 f. 4 — institutum est in officium generandi IV 767 f. 1 — ordinatum est ad conservationem speciei quantum ad generativam IV 664 f. 3 — Proles multiplicatio confert ad speciei conservationem et perfectionem numeri IV 748 a — In statu innocentiae semper fuisset bonum proles, quia tantum fuisset in officium, et nulla sterilitatis poena IV 721 b *Vide 7.*

— est in remedium IV 667 f. 1. 767 f. 2. 876 f. 3 — est contra concupiscentiam et in auxilium temperantiae IV 53 a — dat remedium contra concupiscentiae defluxionem, ut quis non in alias tendat, et contra inordinationem, ut non libidine, sed amore proles procreandae sive matrimoniali affectu mulierem cognoscat IV 670 b — Matrimonii usus debitus est in remedium quo remittitur fervor libidinis *ibid.* — est in remedium contra ignorantiam, dum erudit ut signum, contra concupiscentiam, dum illam refrenat ut medicamentum IV 662 b — est ad concupiscentiam ordinandam IV 54 4\*

— respicit infirmos IV 59 d. 1 — excusat actum carnalem IV 748 a — excusat coitum ratione medicinae sacramentalis IV 877 f. 2 — apud fideles est in remedium perfectum, quia excusat coitum a culpa, et datur ibi gratia IV 834 a — non excusat copulam, in quantum Sacramentum Ecclesiae, sed legis naturae IV 835 f. 3

— est institutum in officium et remedium et Sacramentum IV 834 a — Finis matrimonii est triplex bonum vel remedium triplicis mali concupiscentiae IV 719 b — non est solum remedium concupiscentiae IV 767 b, 1\* — est institutum in significationem ante lapsum, in curationem post lapsum IV 748 a — est in officium procreandi prolem et in remedium libidinis IV 796 a — est ad procreandam prolem ad cultum Dei, vel saltem in remedium honestatis *ibid.*

— fuit in remedium statim post lapsum IV 668 b — est institutum in officium tempore legis naturae IV 49 1\* — in statu innocentiae erat solum in officium II 483 f. 1 — in statu innocentiae fuit in officium quantum ad actum cognitivae, non erudiendae, sed oblectandae, et quantum ad actum generativae ad conservationem speciei IV 662 b — In statu naturae corruptae non solum est in officium, sed etiam in remedium IV 719 arg. 2, b

— est in remedium et in officium IV 662 a sq. 767 b. 770 f. 1. 879 b — quantum ad officium omni statui con-

veniebat, sed quantum ad remedium statui post lapsum IV 184 3\* — Matrimonii usus, in quantum est in officium, convenit etiam sacis, in quantum est in remedium, solum infirmis IV 662 b — ante lapsum est institutum in officium, post lapsum in remedium III 27 8\*. IV 49 b. 662 b — in statu naturae lapsae non est solum in officium procreandae proles, sed etiam in remedium vitandae fornicationis II 484 3\*

— est in remedium, non tantum per indulgentiam, sed etiam per efficaciam IV 668 a — est in remedium, quia facit vitare peccatum, quod incurreretur, ordinando actum de se inordinatum IV 723 7\* — est in remedium contra peccatum, non praeteritum, sed liberat a peccato, quod committeretur alias IV 670 b. 723 7\* — est remedium non omnino curans, sed excusans IV 738 b — ordinat actum, qui sine illo esset inordinatus II 487 d. 1 — est remedium praeservativum aliter quam cetera Sacramenta IV 836 3\* — praeservat a morbo, sed non liberat IV 59 a — non dat remedium perfectius quam continentiae votum IV 668 2\*

— inter cetera Sacramenta minus habet de proprietate Sacramentorum novae legis et de perfectione IV 671 d. 1 — In matrimonio non datur gratia sicut in aliis Sacramentis, sed solum auxilium gratiae, nisi forte ratione benedictionis adiunctae IV 711 3\* — In usu matrimonii non est necesse gratiam dari contra peccatum IV 670 b

— sublevat animam a corruptione concupiscentiae inordinata et dat gratiam ad copulam singularem, utilem et inseparabilem IV 668 b — in quantum Sacramentum legis naturae, dat remedium praeservativum a culpa, ut Sacramentum Ecclesiae ratione benedictionis annexae dat etiam gratiam digne accedentibus IV 836 3\* — in nova lege dat gratiam IV 667 f. 3 — in nova lege non tantum praestat remedium excusans coitum, sed dat aliquod donum gratiae digne suscipientibus IV 668 b — dat gratiam, ex qua fit remedium contra triplicem inordinationem concupiscentiae, et nascitur triplex bonum matrimonii *ibid.*

— dat gratiam ratione consensus in individuum consuetudinem vitae et ratione benedictionis Ecclesiae IV 668 b — Apud fideles tum propter meritum fidei, tum propter benedictionem Ecclesiae dat gratiam, quae remittit concupiscentiam IV 835 b — In Sacramento matrimonii datur gratia remittens concupiscentiam ratione benedictionis adiunctae IV 834 a sq. — sanctificat per benedictionem IV 667 f. 4. 668 4\* — non dat gratiam solum ratione benedictionis superadditae IV 668 a — dat gratiam, quando consensus iungitur benedictioni, ubi explicatur significatio et obtinetur sanctificatio IV 669 4\*

7 — secundum statum naturae corruptae et ut remedium habet plura bona annexa IV 719 b — In coniugio est triplex

bonum, scilicet fides, proles et Sacramentum IV 717 b — In matrimonio est bonum fidei in singularitate, bonum prolis in fecunditate, Sacramentum et significatio in insolubilitate IV 675 f. 4 — Tria bona matrimonii appropriantur tribus personis divinis IV 697 d. 3 — tria habet bona sive respectu causae efficientis sive instituentis, principii constituentis et finis terminantis IV 719 b — Ad matrimonii esse completum est necessaria institutio, debitus usus et fructus, quibus respondent tria eius bona *ibid.* — In matrimonio est unio singularis, utilis et inseparabilis *ibid.*

— Bonum prolis est a dictamine naturae, bonum fidei a dictamine rationis rectae, bonum Sacramenti a dictamine gratiae IV 719 b — Bonum fidei cadit in genere honesti, bonum prolis in genere conferentis, bonum Sacramenti sive unio in genere delectabilis IV 718 a. 719 b — Bonum honestum est in observatione fidei, bonum commodi in fecunditate prolis IV 750 4\*

— Bonum principale et inseparabile est vinculum sacramentale, alia sunt annexa IV 719 4\* — Finis et bonum principale matrimonii est bonum Sacramenti IV 684 d. 1 — Sacramentum est unio in uno corpore IV 718 a. 720 5\*

— Bonum Sacramenti est, ut significetur unio divinae naturae et humanae IV 719 b — Bonum Sacramenti dicitur proprietas inseparabilitatis IV 720 5\* — Ratio Sacramenti maxime consistit in ratificatione vinculi IV 834 b — Bonum Sacramenti adest in matrimonio rato, sed non complete IV 721 a sq.

— Fides est, quod quis suam cognoscat et non aliam IV 718 a

— Bonum prolis, ut competit Sacramento, est procreatio ad cultum divinum ordinata IV 727 d. 1 — In matrimonio maximum est solatium filiorum IV 874 a — Bonum prolis triplici intentione potest quaeri IV 727 d. 1 — Bonum prolis potest intendi ad cultum Dei intentione formata, vel solum ad posteritatem habendam IV 836 4\* — tempore legis gratiae non tam requiritur bonum prolis IV 755 b. 879 2\*, 4\*

— Bonum prolis non est unicus finis IV 721 b — Posse procreare prolem non dicit totum esse matrimonii IV 774 1\*. 776 d. 2 — Matrimonii usus potest esse sine bono fidei et prolis IV 720 arg. 2, 3, b sqq. — Bonum fidei et prolis in contrahendo matrimonium potest excludi, sed non apponi conditio contra ipsa IV 721 a, b

— Bona matrimonii pura essent in statu innocentiae IV 718 a — Matrimonii bona per peccatum sunt admixta suis contrariis, inhonestati, damno et tribulationi *ibid.* sq.

8 — est sanctum et bonum, quia a Deo est institutum et confirmatum a Christo IV 721 f. 2 — est honestum IV 717 f. 1 — est utile et honorabile ratione triplicis boni, sed honorabile proprie propter bonum fidei, utile propter bonum prolis, et honorabile ratione Sacramenti ut significantis, utile vero, in quantum remedium pec-

cati IV 879 a sq. — honorabile est ratione continentiae coniugalis et significationis sacramentalis *ib.* b — ratione boni prolis potius est utile quam honorabile *ib.* 2\*

— ratione boni conferentis est propter aliud appetendum IV 718 1\* — est bonum, quod appeti potest, sed melius est non appeti *ib.* b — propter bonum prolis non praefertur virginitati IV 755 4\*

— est sanctum, sed habet annexum aliquid, quod orationem impedit IV 741 3\*, 4\*. 744 d. 5 — est honorabile quantum ad significatum et fructum, sed habet pudorem annexum quantum ad actum II 487 d. 2 — In usu matrimonii ut plurimum est libido et in cohabitatione sollicitudo IV 805 b — solent celebrari cum gaudio carnali et conversione ad inferiora IV 739 f. 3. 740 b. 741 4\*

— debet esse honestum IV 850 f. 4 — principaliter est institutum ad honestatem naturalem conservandam IV 875 3\*

— non est malum propter malum admixtum, sed curat et excusat malum, ut non sit culpabile IV 718 2\*. 728 d. 5 — est bonum medicinale IV 718 2\*. 728 d. 5 — est potentius quam morbus concupiscentiae et morbo non vitatur, sed excusat vitium IV 723 a. 773 1\*

— est status imperfectionis IV 754 f. 2. 804 2\* — respicit statum continentiae coniugalis IV 804 1\* — non meretur palmam, saltem quantum ad superexcellenciam in merito aureolae vel fructus IV 671 d. 3 — tempore legis naturae institutae et etiam corruptae in statu primo per meritum obedientiae erat eiusdem dignitatis ac virginitas IV 665 2\*. 746 a. 775 a sq. — In matrimonio non est maior utilitas facientis, sed minor fructus IV 824 2\*

— est Sacramentum, cui coniuncta est actio carnalis IV 767 b — habet rationem boni spiritualis magis ex benedictione sacerdotali quam ex ratione contractus IV 669 4\* — Ratione contractus voluntarii et annexi temporalis habet aliquomodo rationem temporalis *ibid.* — Ratione annexorum temporalium licet dotes accipere *ibid.*

9 — fuit institutum a Deo sub praecepto IV 663 f. 2. 864 f. 1 — Lex matrimonii specialiter attenditur in hominibus II 433 2\* — fuit institutum a Deo sub praecepto morali et sacramentali IV 671 d. 2 — est institutum per praeceptum sacramentale ratione coniunctionis indivisibilis in significando *ibid.*

— institutum fuit sub praecepto affirmativo iuris naturalis pro primo statu IV 665 a sq. — praeceptum cessavit cessante paucitate hominum *ib.* b — Matrimonii praeceptum omnes obligabat in statu innocentiae, nunc autem non omnes II 488 d. 3 — Secunda institutio matrimonii tempore legis gratiae habuit indulgentiam, non praeceptum IV 665 b. 671 d. 1. 754 f. 2 — Matrimonii praeceptum non praeiudicabat libertati consensus IV 665 4\* — Praeceptum matrimonii non obligabat ad semper, sed pro loco et tempore II 488 d. 3. IV 665 3\*

— Nunquam est necessitas matrimonii propter infirmitatem curandam IV 824 2\* — Non est necessitas matrimonii pro aliquo respectu speciei conservandae *ibid.*

10 — est quoddam vinculum obligatorium respiciens totum coniunctum IV 676 4\* — est coniunctio animorum in corporibus, quia est ratione utentium et habentium sexus distinctos *ibid.* — non est vinculum animarum, nisi in quantum coniunctae corporibus IV 878 2\* — non competit statui gloriae IV 754 f. 4

— est inter duos ut relatio equiparantiae IV 677 f. 4. 701 f. 1, 2 — est vinculum mutuum et se habet ut relatio IV 727 d. 3. 839 arg. 1 — est vinculum relationis in utroque extremo IV 775 f. 1 — unum est in viro et femina per relationem conformitatis IV 675 f. 3 — Vinculum est relativum et mutuum nec potest esse claudum IV 701 b. 702 4\*, 5\*. 778 d. 8. 785 f. 3

— Conformis est unio et ideo conformis obligatio IV 742 d. 1. 747 f. 3, 4. 748 a. 749 f. 2. 750 a, 3\* — Vir et mulier debent esse in consentiendo aequales IV 699 f. 4 — Vir et mulier in nova lege quantum ad legem tori omnino ad paria iudicantur II 792 2\*. IV 730 b. 736 b. 782 b — In matrimonio est mutua obligatio, quia aliter non interveniret inseparabilis unio IV 742 d. 1 — est mutuum vinculum et mutua potestas IV 678 a

— in contractu consistit, qui est personae ad personam IV 852 a — Coniunctio, quae dicitur vinculum et quae facit vinculum, respicit substantiam matrimonii et non iteratur IV 676 1\* — Coniunctio iterata non multiplicat rationem Sacramenti, sed eius usum *ibid.*, 2\*

— distinguitur **ratum** et **consummatum** secundum integritatem sufficientiae et plenitudinis IV 670 b — ratificatur in consensu de praesenti, consummatum in copula carnali IV 686 d. 5 — fidelium est ratum et legitimum, infidelium legitimum, sed non ratum, fidelium contractum contra prohibitionem est ratum, sed non legitimum IV 834 b — ratum consummatum etiam per copulam vi extortam, quae ex consensu praecedente voluntaria iudicatur IV 733 b — consummatum addit ad significationem et obligationem *ib.* 3\*

11 — Coniunctio matrimonialis ex divina institutione et secundum dictamen iuris naturalis est perpetua IV 690 b — ex divina institutione est indivisibile IV 758 f. 1. 759 4\* — est vinculum insolubile IV 690 3\*. 691 arg. 3. 840 f. 2. 862 a — legitime contractum est vinculum insolubile IV 771 3\* — Inseparabilitas est consubstantialis et consequens inseparabiliter IV 720 5\*

— est consensus individuum vitae consuetudinem tenens IV 690 f. 2 — Qui consentit in matrimonium ad omne tempus se obligat *ib.* f. 3 — nullo modo est secundum tempus *ib.* b, 2\* — Potestas corporis non potest dari ad tempus, nisi detur simpliciter *ib.* 4\* — Unio solubilis non est matrimonialis IV 655 b — non potest commutari IV 822 5\*

— fidelium fundatum super Sacramentum fidei natum est esse ratum et insolubile IV 833 6\* — ratum est insolubile, cum sit Sacramentum IV 684 a — Perfectio Sacramenti consistit in indivisibilitate IV 760 f. 2

— est indissolubile ratione congruitatis in significando et ratione necessitatis IV 691 b — Indissolubilitas dispositive est a significatione, effective ab institutione IV 682 1\* — non est contractus pure humanus, sed indissolubilitas est ab instituyente IV 664 4\* — tenet rationem Sacramenti praecipue ratione indissolubilitatis *ibid.* 721 b — Sacramentum venit ex mutua obligatione et divina institutione et significatione illius unionis, quae sunt de necessitate matrimonii IV 720 b

— apud fideles est indissolubile, quia perfectam habet significationem et significat unionem insolubilem et fundatum est super characterem baptismi indelebilem IV 841 a, 2\* — Baptismus ratificat matrimonium *ib.* b — indissolubile est non tantum ratione promissionis, sed etiam ratione significationis IV 822 5\* — contractum non potest solvi propter significationem IV 798 1\* — Inseparabilitas matrimonii non venit ex parte boni fidei nec prolis, sed boni, quod est Sacramentum IV 877 f. 3 — significat rem et coniunctionem indivisibilem IV 690 f. 4, b

— Indivisibilitas perfecta non debuit in lege veteri imperari IV 760 f. 2, 4\* — Inseparabilitas matrimonii in ipsa Lege apparet IV 761 b

— consummatum nullo casu rumpitur IV 720 b — Vinculum matrimonii non solvitur propter crimen fornicationis IV 721 a. 785 f. 2-4, b. 840 f. 1 — non ratum solvitur per fornicationem IV 838 f. 2 — legitime contractum non solvitur contrahendo de facto cum alio IV 912 b — ratum non solvitur per sequens consummatum, quia ligat in facie Ecclesiae IV 697 d. 1, 2 — contractam solvit praecedentia sponsalia *ib.* d. 1. 798 b

— non potest solvi vinculo superveniente IV 862 a — Illegitimitas superveniens non solvit vinculum IV 771 3\*. 772 b sq. 776 3\*. 785 b — Impedimentum sequens non potest infringere vinculum IV 870 b. 871 1\* — Vinculum matrimonii non solvitur per infirmitatem IV 733 f. 2. 734 a — non solvitur propter defectum prolis IV 720 arg. 3, b sq. 782 4\*

— non solvitur, nisi desit aliquid, quod sit de eius substantia IV 741 f. 1 — inter personas illegitimas non est secundum veritatem, sed secundum apparentiam, et sic dicitur solvi IV 727 d. 2. 785 b — contractum est vinculum insolubile, sed dicitur dirimi, quia non erat vinculum IV 767 3\* — contractum non solvitur secundum veritatem, sed vinculum, quod est secundum apparentiam vel aestimationem IV 777 d. 3 — contractum dicitur dirimi, non quod vinculum infringatur, sed quia matrimonium secundum veritatem non contrahitur IV 771 3\* — ab Ecclesia solvitur

*Indices in tom. I-IV. Opp. S. Bonav.*

quantum ad vinculum, ostendendo, non fuisse matrimonium IV 741 b — solvitur, quando personae erant illegitimae simpliciter ad contrahendum IV 785 b — Post separationem propter illegitimitatem uterque potest alteri nubere *ibid.*

— est vinculum insolubile, manentibus extremis IV 682 a. 878 arg. 2 — est vinculum insolubile, sed non perpetuum IV 682 a, 1\* — Vinculum matrimonii consummati est insolubile, viventibus extremis vita corporali, nec solvitur nisi morte corporali; ratum vero, in quo est coniunctio animorum, non solvitur nisi per mortem spiritualem IV 683 b — ratum non solvitur nisi per mortem spiritualem, consummatum per mortem corporalem IV 721 b. 773 a — Coniunctio maritalis non est indivisibilis quantum ad coniunctum, sed quantum ad Sacramentum IV 684 d. 4

— altero extremo destructo per mortem corporalem, solvitur IV 682 a. 878 2\* — solvitur per mortem IV 877 4\*. 878 1\* — Matrimonii vinculum statim solvitur morte alterius, quia fundatur in coniuncto, non in sola anima IV 828 d. 10

— non solvitur quoad vinculum per ingressum religionis IV 839 4\* — De ingrediente religionem, uxore consentiente vel nolente IV 685 d. 4

— ratum habet insolubilitatem, sed solvitur per votum castitatis solemne IV 683 b sq. 685 d. 3, 5. 697 d. 2. — In matrimonio rato potestas corporis non simpliciter transfertur, sed sub conditione, scilicet statu et vita manente IV 684 5\*. 696 a, 4\* — Ecclesia dat inducias reddendi debiti usque ad duos menses IV 684 5\* — Ante consummationem alter potest mori mundo per solemne votum per duos menses, et sic matrimonium solvitur IV 683 f. 2. 733 a, 1\* — ratificatum solvi non potest, nisi alter ingrediatur religionem IV 862 b — ratum solvitur, quando ingrediens religionem ita ligatur, ut non possit redire ad saeculum IV 683 b. 684 5\* — non consummatum non impedit votum IV 821 b — Post matrimonium ratum, altero vovente continentiam, alter potest alii nubere *ibid.*

— est vinculum indissolubile, sed potest solvi quoad debitum et cohabitationem IV 785 b — Coniuges possunt dividi quoad cohabitationem et torum IV 682 4\* — Coniuges possunt separari quantum ad vinculum, vel simpliciter quantum ad tempus in poenam criminis, vel ad tempus ad poenitentiam agenda propter peccatum contra ecclesiasticum interdictum IV 741 b — consummatum non separatur nisi in poenam pro culpa alterius IV 778 d. 9 — non debet separari in poenam, nisi sit criminis enormitas, maxime contra aliquod matrimonii bonum IV 741 f. 2, b — Ligatus non debet quaerere solutionem in praedictum alterius IV 788 b — Propter scandalum potest fieri divortium quantum ad torum vel quantum ad cohabitationem IV 843 d. 3

— solvitur propter fornicationis crimen IV 785 b — propter fornicationem non potest dividi nisi eatenus, qua per illam alter laeditur vel offenditur IV 843 d. 3 — semper potest dividi propter fornicationem proprie dictam, non vero propter fornicationem spiritualem *ibid.* — De accusatione fornicantis IV 863 d. 2

— Separatus per divortium manet tamen sacramentaliter ligatus, quamdiu vivit, ideo non potest alteri alligari IV 786 4\* *Vide V. Divortium.*

— legitimum est redintegrandum, quando solum de facto est solutum IV 828 d. 10 — separatum est restituendum, probata deceptione IV 863 d. 1

12 — Matrimonii unitas est secundum legem naturae IV 749 f. 4. 750 a sq. — est institutum, ut sit una unius IV 752 a, 3\* — Secundum matrimonium in statu innocentiae erat tantum una unius II 485 b. 486 b — Non licet simul plures habere, quia ius non potest alteri dari IV 877 4\* — est vinculum individuale, quo non possunt ligari qui sunt aliis obligati IV 769 b — In matrimonio naturaliter est quidam amor singularis et incommunicabilis IV 750 a sq. — Amor singularis in matrimonio est signum amoris, quo Deus zelat animam *ib.* b

— Polygamia non erat contra praecceptum Legis expressum exterius IV 750 2\*. 761 b — Dispensatio circa polygamiam veteri legi conveniebat ut figurae novae et ratione necessitatis, utilitatis et honestatis IV 751 b sq. — excludit usum concubinae implicite in veteri lege, expresse vero in nova IV 748 a

— Quod una sit plurium, repugnat matrimonii utilitati, tranquillitati et rationi Sacramenti IV 752 2\* — Cum unus habet plures uxores, salvatur ratio Sacramenti aliquo modo, sed non e converso IV 123 b — nunquam licuit uxori habere plures viros IV 761 b

13 — est verum apud infideles IV 837 f. 4, 3\* — infidelium vere est matrimonium, sed non in tanta perfectione *ib.* 4\* — apud infideles est Sacramentum, sed imperfecte, quia tantum in habitu, vel occulte repraesentat IV 834 4\* — ut Sacramentum legis naturae est commune fidelibus et infidelibus, sed non in quantum Ecclesiae IV 833 5\* — ut Sacramentum legis naturae et Ecclesiae multum differt *ibid.*

— infidelium est legitimum, sed non ratum IV 839 a, 2\* — infidelium non est ratum, quia non est fundatum super fidei Sacramentum IV 841 4\* — apud infideles non habet ratificationem vinculi perfectam, sed tantum pro illo statu IV 834 b. 835 b. 839 a — infidelium non habet fundamentum fidei IV 833 6\*. 834 b. 839 a, 2\* — non est ratum sine Sacramento baptismi, IV 838 f. 2. 839 2\* — infidelium fit ratum per baptismum ex parte suscipientis, non ex parte infidelis IV 839 a

— rationem officii, remedii et Sacramenti habet apud infideles semiplene tantum IV 834 a — apud infideles est ad



procreationem prolis, sed non ad cultum Dei nec dat gratiam contra concupiscentiam et significat aptitudine tantum *ibid.* sq., 4\*. 835 b — In infidelibus non est perfecte bonum prolis, quia earent intentione formata, licet non sit deformata IV 836 4\* — apud infideles est in remedium imperfecte, quia excusat a culpa, sed non dat gratiam propter defectum fidei IV 834 a sq. 835 b. 836 2\*, 3\* — infidelium facit, ut vitent culpam, in quantum coniunguntur secundum divinum statutum IV 835 b — apud infideles excusat a culpa IV 834 b — Coniugia infidelium non sunt meritoria, tamen non culpabilia, sed licita et bona IV 837 b

— infidelium per baptismum non deletur IV 837 f. 2, b. 839 a, 3\*. 841 arg. 2 — in infidelitate contractum cum impedimento secundum naturam et institutionem divinam solvitur post conversionem ad fidem IV 842 a — Impedimenta ex constitutione Ecclesiae non arceant infideles nec solvunt matrimonium in infidelitate contractum *ib.* b, 3\*

— infidelium potest solvi quoad vinculum, altero suscipiente baptismum IV 834 b. 835 b — infidelium solvitur per iniuriam matrimonii vel Creatoris, in quantum non est ratum, et inducitur disparitas cultus IV 839 a sq. 841 1\*, 3\* — propter infidelitatem potest dividi, quando coniux in illa perseverat, et tunc est via ad corruptionem IV 843 d. 3 — non solvitur quoad vinculum, si infidelis vult cohabitare sine blasphemiam nominis Christi nec pertrahit ad infidelitatem IV 838 b sq. — altero converso ad fidem, potest solvi quoad vinculum tribus concurrentibus IV 839 a sq. — Nunc non tantum de Iudaeis, sed etiam paganis praesumendum est, quod nolint cohabitare sine contumelia Creatoris IV 842 d. 2

— Conversus ad fidem potest solvere matrimonium cum infideli quantum ad cohabitationem et servitatem mutuam IV 838 b — Fidelis libere potest ab infideli discedere IV 844 d. 5

— Vinculum non solvitur statim perfecte, cum infidelis discedit, sed cum fidelis alligatur alii fideli IV 840 b — Vinculum matrimonii post discessum infidelis solvitur a parte fidelis, sed non a parte infidelis, quamdiu pars conversa potest ad alteram redire *ib.* a sq. 844 d. 5 — Infidelis in poenam peccati non potest alteri nubere, soluto priori vinculo secundum veritatem IV 840 b — Matrimonii vinculum ex parte infidelis solvitur per accidens *ibid.*

— Si coniuges successive ad fidem veniunt, debent insimul cohabitare, sed si infidelis ante conversionem discesserit, prius conversus potest eum recipere, sed non potest compelli, nec etiam, si alter fornicatus est, quin dederit illi occasionem IV 844 d. 5 — Quae post alium ad fidem venit est illi reddenda, si eam repetat et non contraxit cum alia IV 840 b — contractum ante baptismum cum una et post cum alia facit bigamum IV 837 b

— Filii parvuli ex matrimonio fidelis cum infideli debent esse fideles IV 843 d. 4

14 — potest impediri ratione materiae in qua IV 767 4\* — Matrimonii impedimenta oriuntur ex duplici genere causae IV 704 d. 1 — Sacramentum habet multa impedimenta ratione defectus consensus ut causae efficientis et ratione finis, in quantum est in officium et includit actum carnalem IV 767 b — Impedimenta ex parte personarum respiciunt matrimonium quantum ad aliquod bonum IV 770 2\*. 875 arg. 3 — Impedimenta sunt privationes boni oppositi, vel bona illi impossibilia IV 769 4\*

— Personarum legitimitas multis modis potest privari et matrimonium impediri IV 704 d. 1 — Personarum legitimitas cognoscitur per privationem illegitimitatis IV 776 d. 1 — Impedimenta sunt in numero determinato IV 768 f. 1-3 — Impedimentorum dirimentium numerus et sufficientia duplici via IV 769 a sq. — Impedimenta continent innumerabiles casus speciales IV 770 3\*

— Ecclesia potest impedimenta matrimonii constituere IV 875 2\* — Ecclesia potest determinare impedimenta matrimonii potestate a Christo Petro relicta in subditos contrahentes IV 852 a. 853 1\*, 2\* — Ecclesiae statuta reddunt personas illegitimas simpliciter IV 853 3\* — non tantum regitur iure naturali, sed nunc etiam regi oportet secundum ecclesiastica statuta IV 875 1\*, 2\* — debent regi secundum ius canonicum et mandatum Ecclesiae, non principum IV 808 2\* — tractari debent lege poli et non lege fori IV 807 b. 827 d. 10. 875 arg. 2

— Illegitimitas personarum, quae est secundum naturam et institutionem divinam astringit fideles et infideles IV 841 b sq. — Deus de legitimitate personarum reliquit Ecclesiae dispensandum IV 664 2\* — In lege evangelica plura debent esse impedimenta quam in mosaica IV 852 a — Impedimenta debent mutari secundum diversa tempora *ibid.* 853 a, 1\*

— quod contrahitur contra divinum mandatum, non est Sacramentum IV 767 f. 4. 834 d. 2. 842 a — cum impedimento est nullum IV 506 4\* — Impedimentum contra substantiam matrimonii impedit contrahendum et dirimit iam contractum IV 741 b — Impedimenta quaedam impediunt de congruitate matrimonium contrahendum nec dirimunt contractum, quaedam ex necessitate et dirimunt contractum, in quantum contractum de facto non fuit matrimonium verum IV 768 b

— Ecclesia quaedam instituit circa matrimonium ut necessaria, quaedam ut expedientia, non tamen irritantia IV 694 2\* — Ecclesia quaedam dicitur ut necessaria, quaedam ut ad solemnitatem IV 742 2\* — non est, cum fit contra aliquid, quod Ecclesia dicitur ut necessarium *ibid.* — in foro ecclesiastico iudicatur non esse, quando in facie Ecclesiae deest aliquid, quod est de substantia matrimonii *ib.* 3\* — ac-

cipitur vere, sed non salubriter extra Ecclesiam vel contra Ecclesiae prohibitionem IV 694 4\*

— Quantum licitum est, semper pro matrimonio standum est IV 855 d. 5 — Causa matrimonii est maxime favorabilis IV 681 3\*. 777 d. 3, 4 — Iura favent matrimonio IV 793 b — Quilibet, qui novit, potest matrimonium accusare, nisi aliquid obstat IV 864 d. 2 — invalidum, cessante prohibitionem, per novum consensum incipit esse matrimonium IV 855 d. 5

— Impedimenta, quae impediunt simpliciter, impediunt cum omni, vel cum aliquo IV 801 a — Personarum illegitimitas vel est simpliciter respectu matrimonii, vel respectu matrimonii perfecti, quod deficit in secundis nuptiis IV 766 a — Duo impedimenta non omnino auferunt legitimitatem *ibid.* — Duo impedimenta ex parte liberi arbitrii *ib.* b

— Ecclesiastica institutio quosdam excludit a matrimonio propter excellentiam vitae, quosdam propter enormitatem culpae IV 801 b — Pro septem peccatis denegatur omne coniugium, sed in omnibus dispensatur praeterquam in adulterio cum occisione vel promissione matrimonii IV 811 d. 3 — In interdicto de matrimonio contrahendo dispensatur, ubi timetur periculum IV 775 b. 776 2\*

— **Error** circa personam tollit consensum et impedit matrimonium III 211 arg. 3. IV 707 b — Iacob cum Lia valebat, consensu postmodum accedente IV 707 2\* — Error circa proprietatem non impedit matrimonium nisi error circa conditionem servitutis *ib.* b. 708 b — Error fortunae non excludit consensum in personam IV 712 d. 3 — Error circa personam est, quando duplex persona occurrit, una in aspectu interiori, altera in aspectu exteriori IV 707 b. 708 4\*, b

— non potest contrahi a furiosis et mente carentibus IV 651 arg. 1 — Furia non impedit et dirimit matrimonium, nisi in quantum deficit consensus IV 775 3\* — Furia sequens contractum, et praecedens, nisi sit etiam concomitans secundum actum, non impedit matrimonium IV 774 b, 2\*. 778 d. 7 — Furiosus praecedenter non deberet contrahere propter periculum IV 774 b. 778 d. 7

— **coactum** ex sacris canonibus invalidum est IV 101 2\* — Consensus coactus vi vel metu iusto non facit matrimonium III 878 4\*. IV 699 f. 1, b — Metus iustus non facit matrimonium potius ex defectu consensus quam ex indulgentia iuris IV 700 a — Qui post coactionem consentit in copulam tunc contrahit matrimonium *ibid.*

— Aliquis potest rationabiliter consentire in matrimonium ex metu, quia matrimonium non est saluti contrarium IV 700 4\* — Quando quis reclamare potest et non reclamatur, praesumitur consensus esse voluntarius simpliciter, quamvis in principio fuerit coactus IV 704 d. 3

— contrahitur per consensum inducitur per blanditias IV 700 3\* — non dirimitur per iuramentum IV 819 f. 2

— impeditur per obligationem voti IV 814 a — Matrimonii vinculum impeditur per obligationem ad Deum, vel ad hominem IV 769 a, b — Votum impedit IV 821 b — per votum continentiae universaliter impeditur et per votum solemne impeditur et dirimitur IV 820 a sq. 826 d. 6

— Habens votum continentiae licite contrahit matrimonium, solum intendendo et consentiendo in societatem coniugalem, non in copulam carnalem IV 825 d. 4 — Consensus in matrimonium ex carnis petulantia et ad coniunctionem corporum est contra votum virginittatis IV 696 1\* — Astricti voto simplici non possunt contrahere sine peccato, sed de facto IV 826 d. 6 — Votum simplex non dirimit matrimonium IV 825 d. 3 — eius qui habet votum simplex, ab Ecclesia aliquando permittitur *ib.* d. 4

— Per matrimonium consummatum solvitur votum privatum IV 697 d. 4

— impeditur et dirimitur ordine sacro ratione statuti ecclesiastici et voti annexi IV 801 b. 804 a sq. 805 b. 811 d. 2 — non repugnat minorum ordinum characteribus, sed eorum ministerio et beneficio repugnat eius usus IV 802 b. 803 2\*

— praecedens non impedit ordinem sicut ordo matrimonium IV 804 2\* — cum vidua impedit exercitium minorum ordinum et promotionem ad maiores IV 810 d. 4 — impedit promotionem ad maiores ordines sine consensu uxoris IV 811 d. 2

— non videtur posse valide contrahi ab uxore viri mortui post maiores ordines vel ingressum in religionem IV 814 d. 2

— impeditur per obligationem matrimonii IV 769 a, b. 814 a — secundum post matrimonium ratum non est licitum, ideo nec robur habet nec obligationem IV 697 d. 2 — Post mortem unius ius potest alteri dari IV 877 4\* — contractum altero mortuo, est verum IV 827 d. 10 — Coniuge mortuo contractum non esset separandum, si ille resurgeret *ibid.*

— Mulier cum praesumptione tenui de morte viri non potest contrahere cum alio IV 828 dub. 44 — Mulier non potest secundo contrahere, nisi de morte primi habeat aliquam certitudinem *ibid.* — Mulier post contractum alterum matrimonium probabiliter dubitans de morte primi coniugis non potest debitum petere, sed reddere potest, donec constet de eius vita *ibid.* — Mulier, quae secundo contraxit, quando constat de vita primi coniugis, statim debet alterum deserere, secus non potest ad primum redire, nisi ipse velit *ibid.* — contractum cum impedimento ligaminis altero ignorante, in favorem illius qui ignoravit, post mortem prioris coniugis poterit stare *ib.* d. 12

— impeditur crimine, si quis in mortem alterius machinetur propter contrahendum matrimonium IV 789 d. 5 — Uxoridium aliquando impedit, aliquando etiam

dirimit matrimonium et aliquando facilius, aliquando difficilius dispensatur IV 810 a sq. — Uxoridium coniunctum cum adulterio, vel adulterium cum promissione matrimonii, vel promissio cum uxoricidio impedit simpliciter matrimonium cum complice, non vero cum quacumque *ib.* b. 811 d. 3

— promissum alteri, vivente proprio coniuge, non potest amplius inchoari nec consummari IV 789 d. 5

— impeditur a nimia **disparitate** et a nimia proximitate IV 831 a. 871 4\* — Personae debent convenire in cultu Dei et fide, sed distare vinculo proximitatis IV 769 b — Impedimentum disparitatis cultus venit ex nimia distantia IV 831 a — cum infidelibus prohibetur ecclesiastico statuto ob vitiationem periculi in fide et diversitatem Sacramenti baptismi IV 833 a, 4\* — Disparitas cultus est contra triplex matrimonii bonum *ib.* 6\* — Matrimonium contractum cum haeretico disparitas in fide non dirimit *ib.* a

— a fidei contractum cum aliquo, qui non habet Sacramentum fidei, est nullum IV 833 a, 4\* — cum infidei converso non potest contrahi ante susceptum baptismum IV 842 d. 1 — Disparitas cultus potius attenditur quantum ad fidei Sacramentum IV 841 3\*. 842 d. 1 — Disparitas morum non impedit sicut disparitas fidei ratione disparitatis Sacramenti IV 833 4\* — non solvitur, altero coniugum labente in infidelitatem IV 841 a — contractum ante cultus disparitatem manet IV 831 b. 833 3\*

— cum infidelibus in veteri testamento erat irritum quoad gentes terrae Chanaan, sed quoad alias non erat prohibitum, ubi non timebatur periculum IV 832 b

— Coniuncti **proximitate** inepti sunt ad matrimonium, in quantum est coniunctio voluntaria et prius disparatorum IV 769 a — Personarum propinquitas est consanguinitas, quae est ex fructu matrimonii, vel affinitas ex actu eiusdem, vel iustitia publicae honestatis, quae tenet medium inter utrumque *ib.* b — inter propinquos repugnat honestati IV 849 f. 4. 850 a. 870 f. 2 — contrahendum est extra parentelam ad dilatandam dilectionem et propter honestatem IV 850 b, 4\* — Coniunctio affectionis naturalis repugnat copulae matrimoniali *ib.* 2\*, 3\*. 870 f. 3 — cum consanguineis est contra bonum prolis IV 849 f. 3. 850 4\*

— inter stipitem et prolem repugnat dictamini naturae IV 850 a — propter prohibitionem legis divinae impeditur per consanguinitatem usque ad secundum gradum *ibid.* 852 a — per statutum Ecclesiae prohibetur usque ad quartum gradum consanguinitatis inclusive IV 846 b. 850 a. 851 b. 852 a sq. — antiquis temporibus pluribus rationibus prohibebatur infra septimum gradum consanguinitatis IV 853 d. 1 — Utiliter et necessario restricta est prohibitio matrimonii ultra quartum gradum IV 852 a sq., 1\*, 2\*, 3\*. 854 d. 1

— Dispensatio cum fidelibus de novo conversis facilis IV 855 d. 4 — in Lege permissum et praescriptum erat fratri cum uxore fratris mortui IV 862 1\*

— Consanguinitas pro matrimonio dissolvendo probanda est maxime per testimonium consanguineorum, pro contrahendo vero per extraneos IV 863 d. 2

— In primo genere affinitatis non licet contrahere usque ad quartum gradum inclusive IV 858 b. 861 a. 862 a sq. — Affinitas praecedens impedit matrimonium contrahendum et dirimit contractum IV 862 a

— impeditur per publicae iustitiae honestatis IV 861 a — Iustitia publicae honestatis est, quod nullus consanguineorum propinquorum sponsi potest contrahere cum sponsa, vel e converso IV 798 b

— impeditur et dirimitur per cognitionem spiritualem contractam in baptismo et confirmatione, non vero dirimitur per contractam in catechismo IV 868 b. 869 b. 871 a, 2\*, 3\* — impeditur per cognitionem et affinitatem legalem ratione honestatis IV 873 b. 875 a sq., f. 1. 876 a

— Incestus in primo gradu post contractionem matrimonii illud non solvit, sed tollit ius petendi debitum reo, sed non alteri, nisi fuerit conscia criminis IV 775 b. 778 d. 8 — Incestus antecedens matrimonium illud dirimit ratione affinitatis IV 776 a — Coniuncti infra gradus prohibitos affinitatis committunt incestum IV 857 b — Incestuoso interdicitur matrimonium post mortem uxoris IV 775 b — Incestuosus post mortem uxoris contrahens peccat, sed non separatur nisi ad tempus ad poenitentiam *ibid.*

— Error circa **conditionem** servitutis ex constitutione Ecclesiae impedit matrimonium in favorem liberi, nisi post cognitionem conditionis consenserit verbo vel facto IV 793 b — Conditio servitutis impedit partim propter defectum libertatis, partim propter errorem IV 769 a — Error circa conditionem parisi aut melioris non impedit matrimonium IV 793 b — Conditio servitutis non impedit matrimonium, etiam domino contradicente IV 792 a *Vide V. Servus.*

— **impuberum** recte decretum est esse invalidum propter defectum ex parte officii et remedii et Sacramenti IV 796 a — impuberum per verba sola contractum non valet propter defectum consensus IV 680 f. 2 — inter impuberes de facto contractum et consummatum non solvitur IV 800 d. 5

— verum est sine copula carnali, sed non cum **impotentia** ad illam IV 771 1\* — Potentia quantum ad legitimitatem personae contrahentis est de essentia matrimonii *ibid.* — non impeditur defectu potentiae generandi prolem, sed potentiae coeundi IV 776 d. 2 — Impotentium consensus nullus est nec obligationem generat IV 771 1\* — Usus matrimonii impeditur per impossibilitatem utendi, vel per abusum IV 769 b

— Impotentia perpetua impedit et dirimit contractum, si praecedat IV 771 a, 3\*, 4\*. 772 b sq. — Impotentia temporalis non impedit matrimonium IV 771 a, 4\*. 772 b — Impotentia est contra matrimonii usum, qui totum tempus vitae concernit, ideo non est impedimentum, nisi sit perpetua IV 773 3\* — Iudicium de prioritate et perpetuitate impotentiae IV 771 a, 4\*. 777 d. 3, 4, 5 — Impotentia naturalis impedit matrimonium cum quacumque, sed impotentes ex maleficio respectu uxoris tantum possunt contrahere cum alia IV 773 a, 4\*. 777 d. 6

— Impotentia naturalis aequaliter se habet ad omnes IV 773 a, 4\* — Impotentia etiam perpetua potest esse ex maleficio IV 772 b — non est ordinatum contra maleficio IV 773 1\* — Impotentes possunt separari, vel cohabitare IV 771 a. 777 d. 3 — Post separationem ob impotentiam ille, in quo non est causa, potest cum altera contrahere IV 776 d. 3

— Ecclesia iuste prohibuit matrimonia *occulta* propter periculum solutionis IV 694 b — Coniunctio contrahentium in occulto non est sine peccato propter prohibitionem, sed minori quam fornicatio *ibid.* 1\* — contrahentium in occulto erat verum matrimonium *ib.* b — occulte contractum ab Ecclesia, si decipitur, iudicatur nullum, errore facti *ibid.*, 3\*

— Nuptiarum solemnitates tribus temporibus sunt interdictae rationabiliter IV 710 a sq. — Nullo tempore prohibetur, matrimonium contrahi *ib.* b. 741 f. 4 — Ecclesiae interdictum et tempus feriatum respiciunt solemnitatem matrimonii IV 742 2\*. 768 b — contractum contra Ecclesiae interdictum verum est matrimonium, sed non contrahitur sine peccato IV 833 3\* — Celebrantes nuptias tempore interdicto non debent simpliciter separari, sed ad tempus in poenam peccati IV 741 b

— Sacerdos coactus potest benedicere matrimonio, quod ex confessione tantum scit esse invalidum, per se, vel melius per vicarium IV 567 3\*

15 — Licetum est secundo contrahere in remedium morbi IV 877 f. 3 — Secundae et posteriores nuptiae sunt licitae, dum fiant bono fine *ib.* a — Nuptiae secundae nullo iure prohibentur *ib.* f. 1

— Ad secundas nuptias contrahendas maxime movere iudicatur libido IV 877 1\*. 879 f. 3, b — Per defectum in ratione Sacramenti minuitur gloria IV 879 3\* — Secundae nuptiae non sunt honorabiles propter imperfectionem et defectum continentiae et significationis *ib.* b — Nuptiae secundae, quia carent culpa, non sunt vituperabiles, sed tolerabiles, tamen defectivae *ibid.* 880 b — Secundae nuptiae sunt utiles ratione officii et remedii IV 879 b, 4\*

— Secundae nuptiae in se sunt Sacramentum, sed in comparatione ad praecedentes carnis divisio facit incompletam rationem Sacramenti IV 878 a sq., 3\* — Secundae nuptiae sunt Sacramentum ratione unionis, non ratione divisionis conse-

quentis *ib.* a, 3\* — Carnis divisio non est de necessitate Sacramenti, sed de eius nobilitate IV 786 3\*. 878 b, 3\*

— Significatio defectiva est in secundis nuptiis IV 879 b — Iteratio non competit matrimonii significationi nec usui honesto IV 880 b — Secundae nuptiae ex parte viri tantum plus habent de ratione Sacramenti propter similitudinem Christi IV 878 3\* — In secundis nuptiis non iteratur Sacramentum, quia primae sunt solutae *ib.* 1\*

— Nuptiae secundae faciunt irregularitatem propter maiorem unionem, quam sit in actu fornicario IV 877 f. 4

— Secundae nuptiae non benedicuntur propter defectum Sacramenti IV 697 d. 3 — Secundae nuptiae non benedicuntur, quia non debetur eis tanta solemnitas IV 878 3\*. 879 f. 4 — Nuptiae secundae ex parte viri tantum benedicuntur IV 878 3\*

— inter diversas tribus erant prohibita, ne confunderentur hereditates IV 710 5\*

16 — In matrimonio est mutua obligatio, qua alter alteri tenetur debitum reddere IV 835 f. 4 *Vide supra 6.* — In matrimonio homo obligatur Deo et homini IV 820 b — Coniux tenetur reddere debitum ratione boni fidei IV 781 f. 3 — Ad matrimonium pertinet redditio debiti, altero petente IV 792 4\* — Matrimonium contrahere libertatis est, sed ius reddere necessitatis est propter insolubilitatem vineuli IV 734 4\*

— Servare fidem coniugii est opus iustitiae de se IV 717 f. 4. 718 a — Non servans fidem incidit in culpam IV 746 a — Actus coniugalis est actus castitatis coniugalis IV 717 f. 2 — Reddere debitum est bonum moris de se ordinatum IV 718 b. 725 b

— Actus matrimonii potest fieri absque omni peccato II 487 d. 1. 756 d. 4. IV 721 f. 2, 3 — Usus gratia prolis potest esse sine omni culpa IV 721 f. 1. 723 a. 725 f. 3, arg. 3. 728 d. 6 — Usus matrimonii potest esse meritorius II 775 d. 1. IV 670 b. 671 d. 3 — Qui continet non petendo, sed solum reddendo, non minus meretur, quam si omnino contineret IV 731 3\* — Reddens debitum omnino a culpa excusatur IV 725 b, 4\*

— Usus debitus concupiscentiae non satisfacit, sed potius obviat IV 670 b — Usus propter incontinentiam aspernandam, non assequendam non est nisi veniale IV 671 d. 4 — Ius matrimonii compellit debitum solvere, sed non petere, quia hoc est libertatis IV 736 a sq. 737 b. 821 3\* — Debitum reddere est necessitatis, sed petere est voluntatis IV 738 b. 739 4\*. 742 d. 2 — Usus matrimonii exigendo debitum raro fit sine culpa aliqua IV 298 2\*

— Usus propter fornicationem vitandam non praecipitur, sed indulgetur IV 725 f. 2, 2\* — Qui utitur coniugio ad vitandam fornicationem non meretur IV 671 d. 3. 725 f. 2 — Exigens debitum causa fornicationis vitandae in se ipso semper peccat venialiter IV 725 b

— In actu coniugali, qui fit ad delectationem, semper est aliqua culpa IV 728 d. 6 — Usus matrimonii propter delectationem non est peccatum mortale, nisi ibi ponatur finis ultimus; alias est peccatum veniale IV 726 a sq. — Qui cognoscit uxorem, ut delectetur, non cognoscit matrimonialiter et praestat concupiscentiae fomentum IV 670 b. 671 d. 4 — Affectio libidinosa actum coniugalem foedit IV 835 b

— Bonum commodi non est quaerendum in praedudicium boni honesti IV 750 4\* — In matrimonio sunt quaerenda bona matrimonii et honestas servanda IV 827 d. 9 — Matrimonio maxime repugnat peccatum contra naturam *ibid.*

— In usu matrimonii semper est corruptio foeda II 756 d. 4. IV 735 a *Vide V. Copula.*

— Debitum reddendum est instanter petenti, cum non apparet infirmitas gravis et manifesta IV 737 b — Non licet petere et reddere contra bonum prolis IV 736 b. 737 a. 743 d. 4 — De coitu tempore menstruum IV 736 a sq. 743 d. 4 *Vide V. Menstrua.*

— Non licet exercere actum in loco sacro IV 739 5\* — Diebus solemnibus petenti est reddendum debitum IV 738 b sq. 743 d. 4 — Diebus solemnibus non petere non est praecipuum, sed conveniens propter actus carnalitatem et delectationem, et petere non est sine culpa veniali, vel etiam gravi IV 738 b sq. 739 b. 743 d. 4

— Aliquando licitum est debitum reddere alteri, cum tamen illi prohibitum sit petere IV 743 d. 4 — Debitum inordinate petenti non debet negari *ibid.*

— Post matrimonium consummatum a debito solvendo non absolvit votum privatum nec solenne IV 696 b — Qui coniuge invito vovit continentiam non potest petere debitum, sed debet reddere IV 731 b. 742 d. 2. 743 d. 3. 821 3\*. 825 d. 3. 863 d. 4

— Bonum fidei essentialiter et semper obligat, ut non cognoscat aliam, sed potest cessare obligatio cognoscendi suam IV 735 2\* — Nulla potest esse causa separationis quantum ad vinculum; quoad debitum potest solvi ratione defectus fidei IV 739 4\*, 5\* — quantum ad debitum reddendam claudicare potest IV 778 d. 8 — Qui amisit ius petendi debet tamen reddere debitum IV 775 f. 1. 776 4\*. 778 d. 8. 870 b sq.

— Coniux non tenetur reddere debitum, si fides frangitur IV 781 f. 3 — Qui se subtrahit obligationi amittit ius *ib.* f. 2 — Peccans contra bonum fidei perdit ius petendi debitum propter contumeliam illatam matrimonio IV 787 a — Ius petendi debitum amittitur peccato fornicationis secundum naturam et contra naturam IV 782 3\*

— Qui contrahit impedimentum per actum illicitum non potest debitum petere IV 862 a. 870 b sq. — Ignorans defectum consensus alterius licite debitum reddit IV

## MAT (17)

681 5\* — Obstante impedimento, qui illud scit non potest reddere debitum etiam compulsus ab Ecclesia IV 829 a sq. 863 d. 1 — Levi suspitione dubitans de impedimento dirimente non debet petere debitum, queusque inquirat, sed, si Ecclesia compellat, debet reddere IV 799 d. 1 — Cum vehementi praesumptione vel certa cognitione impedimenti non debet reddi debitum, etiam si Ecclesia compellat *ibid.* — Qui cum vehementi suspitione reddit debitum aut peccat, aut sibi generat praecudicium *ibid.* — Reddens debitum uxori fornicariae ex mandato Ecclesiae non generat sibi praecudicium *ibid.*

— Nullus iustus caret venialibus, quia tota die iterantur IV 443 2\* — Vix aliquis est aliquamdiu in vita ista sine peccato veniali *ib.* 4\* — Quotidie peccamus venialiter IV 295 f. 3. 299 d. 4 — veniale in statu viae est morbus quasi inseparabilis et quadam necessitate iterabilis ac quodam modo incurabilis IV 589 a — Omnis homo potest rationabiliter habere conscientiam de peccato veniali tum propter frequentiam, tum propter ignorantiam, tum propter adhaerentiam IV 412 d. 3. 443 4\* — Peccatorum venialium quilibet in hac vita habet conscientiam, vel non habet ex ignorantia et negligentia IV 443 4\* — Operibus bonis vix nisi in perfectis non adhaerent aliqua venialia propter amorem terrenis annexum IV 559 d. 2 — veniale quantum ad pronitatem plus adhaeret quam mortale, non vero quantum ad maculam IV 550 2\* — Perfectius est carere peccato veniali quam mortali IV 547 f. 5

— primum non potuit esse veniale II 505 a — in primo statu non potuit esse nisi mortale II 504 f. 2 — Primus homo non poterat peccare venialiter propter tranquillitatem, quam habebat in statu innocentiae III 848 b — Innocentia non potuit perdi nisi per mortalem culpam II 969 4\* — Nulla natura rationalis in statu innocentiae potest peccare venialiter II 577 3\* — veniale ex pronitate sensualitatis habet esse secundum statum naturae lapsae *ib.* a — veniale non est, ubi non est facilitas ad mortale II 505 6\* — aliquid est veniale generaliter sive de genere actus in statu naturae lapsae tantum *ib.* 4\* — Nunquam est ponere statum, in quo possit peccari venialiter et non mortaliter; sed est ponere statum, in quo contingit peccare mortaliter, et non venialiter, propter defectum poenitentiae *ib.* 6\*

— veniale potest esse in viribus animae propter corruptionem ex originali peccato

II 576 f. 3. 577 a — venialia perpetratur ab anima secundum coniunctionem ad carnem corruptam per organa potentiarum IV 599 b — In venialis peccati commissione aliquis actus specialis potentiae sensitivae concernitur IV 600 4\* — venialia respiciunt actus omnium potentiarum *ib.* 2\* — veniale non est solum ex parte rationis, ex negligentia et omissione, sed etiam ex inordinata inclinatione II 584 a

— In sensualitate est peccatum veniale, quia primus motus est ab ipsa ut excitante rationem, sed peccatum per sensualitatem perpetratum non ponitur in ea esse peccatum mortale, sed in ratione movente et imperante II 585 1\* — veniale est in sensualitate non ratione culpae, sed ratione vitii deordinantis potentiam II 584 b. 585 b — veniale est in sensualitate II 577 a. 583 a *Vide supra* 8. — veniale potest esse in ratione superiori ex surreptione II 577 a, 2\*

— Motus inordinatus est culpa II 825 f. 2 — Quod est inordinatum est culpa *ib.* f. 3 — Motus inordinati sunt peccata ratione usus voluntatis propriae II 947 f. 2, 3. 949 a *Vide V. Motus.* — Motus inordinati in parvulis et furiosis non sunt peccata II 947 f. 2

— veniale facilius committitur quam deletur in statu praesenti IV 553 5\* — Ablato fomite, aufertur peccatum veniale quantum ad potestatem peccandi de futuro, non veniale perpetratum *ib.* 6\*

— venialia, prout citius consumuntur igne, comparantur ligno, foeno, stipulae IV 555 f. 1. 558 d. 1 — venialia dicuntur supraaedificari, vel ratione bonorum operum, quibus adhaerent, vel in quantum non subvertunt aedificii fundamentum, sed non sunt de aedificio IV 559 d. 2 — venialia dicuntur supraaedificari tantum, quando in usum et in habitum convertuntur *ib.* d. 3

— Peccato veniali de se debetur poena temporalis II 968 f. 4. 969 a. IV 411 arg. 4, 5 — veniale de se non obligat ad poenam aeternam, nec haec ei redditur secundum se I 314 f. 6. II 968 b. 970 6\* — veniale ratione adiuncti mortalis punitur poena aeterna II 968 b sq., 2\* — Peccato veniali de se debetur poena temporalis, quia de sua natura est debile per gratiam, quam non excludit II 969 3\* — veniale per se non punitur poena aeterna, sed ratione mortalis vel originalis adiuncti *ib.* 4\*. IV 458 3\*. 548 5\* — veniale coniunctum mortali quodam modo augetur quantum ad reatum II 969 2\*, 3\*

— veniale per se potest veniam consequi et pluribus modis IV 458 a — veniale potest curari gratia sine exteriori Sacramento, quod tamen expedit IV 548 3\* — In hoc saeculo multi sunt modi remittendi peccata venialia praeter poenitentiam IV 549 f. 5, b. 550 a, 1\* — venialia in futuro delentur sine actu voluntatis detestantis IV 548 f. 3. 549 b — venialia possunt deleri sine adiutorio liberi arbitrii IV 549 b. 550 a. 552 b — veniale potest deleri a gratia, libero arbitrio consonante et exterius adiuvante virtute Sacramenti vel rei sacramentalis IV

550 a, 3\* — veniale deletur a gratia, adiuvante poenaltate, quae repugnat inordinatae delectationi IV 550 a — venialia delentur, homine contra se ipsum insurgente, et ratione motus sensualitatis comprimente *ib.* 4\*

— veniale deletur per vigorem devotionis IV 293 a, 2\*. 589 a — veniale solo caritatis fervore potest deleri IV 548 f. 1, 2 — venialia delentur per caritatem plus et minus secundum dispositionem IV 293 3\* — venialia delentur per eucharistiam IV 488 d. 2. 292 f. 1, 5. 293 a sq., 2\*

— unum veniale potest remitti sine alio IV 293 3\*. 352 5\* — unum veniale potest deleri sine alio virtute gratiae IV 548 4\* — unum veniale potest deleri sine altero, cui voluntas habitualiter adhaeret, vel quod minus detestatur IV 550 5\* — veniale non deletur nisi voluntate consonante *ib.* 4\* — venialia non semper delentur in confessione, dum manet propositum in eis manendi *ibid.*

— veniale non potest curari per naturam vel poenam IV 547 f. 2, 3\* — Peccati venialis delitio non est actus doni minus nobilis quam delitio mortalis *ib.* f. 5 — etiam veniale non deletur sine gratia II 969 3\*

— veniale adiunctum mortali non potest deleri II 969 a — venialia non possunt dimitti existenti in mortali IV 547 f. 1. 548 4\* — Nemo unquam est in solo peccato veniali, ita quod non habeat gratiam II 969 4\*. IV 548 5\* — veniale de se semper est cum gratia, et si per impossibile poneretur esse sine gratia, Deus solutionem poenae temporalis acceptaret infundendo gratiam II 969 4\* — Si aliquis esset in veniali sine gratia, Deus nunquam educeret eum de statu meriti, quin vel peccaret mortaliter, vel ipse daret ei gratiam *ibid.* — Secundum aliquos qui decedit cum impenitentia de venialibus mortaliter peccat IV 549 b

— veniale non solum in hac vita deletur, sed etiam post mortem IV 411 a, 4\* — aliqua venialia remittuntur in purgatorio quantum ad ipsam culpam IV 551 f. 1, 2. 552 a sq. — veniale in futuro, libero arbitrio invertibili facto, potest deleri, non committi IV 553 5\* — veniale non corrigitur in futuro, nisi corrigatur in hac vita, vel in se, vel in merito caritatis IV 552 4\* — Ad deletionem venialis sufficit praesentia gratiae et poenae cum consonantia liberi arbitrii et adiutorio meriti praeteriti *ib.* b, 4\*. 554 b — Peccati venialis culpa deletur statim in purgatorio, vel post dispositionem sufficientem per poenam IV 554 b sq.

— Contra peccatum veniale nullum Sacramentum specialiter et principaliter ordinatur, sed quodam modo omnia Sacramenta secundum plus et minus IV 589 a — venialia in egressu curantur sine iteratione Sacramento unctionis extremae IV 589 a, 3\*, 4\*. 598 b. 601 b

— De venialibus non est necessario poenitendum nisi ratione periculi IV 411 a sq. 458 f. 4 — De venialibus ex surreptione non tenemur poenitere nisi de congruo; de venialibus ex defectu consensus

tenemur poenitere non simpliciter, sed in casu sive pro loco et tempore; de venialibus ex deordinatione infra Deum cum consensu tenemur poenitere, ne multiplicata augeant libidinem IV 411 b — De peccatis venialibus non est necesse confiteri IV 451 1\* *Vide V. Confessio-venialium.*

— venialia minus proprie dicuntur redire quam alia peccata IV 585 d. 1 — In iteratione venialium est aliqua ingratitude *ibid.*

24 — Vitium capitale vel dicitur praecipuum et magnum in suo genere, vel id quod est caput et principium aliorum II 977 d. 3 — Vitium capitale proprie dicitur illud quod est ratio principiandi multa peccata *ibid.* — est caput et principium alterius, cuius motivum potest praestare fomentum et motum ad varietatem peccatorum, quae sunt quasi quoddam corpus *ibid.* — capitale nominat peccatum completum, a quo alia vitia oriuntur II 979 a sq. — capitale est corruptio sive pronitas respectu eius, ad quod natura pronas est ex corruptione primaria II 978 a

— omnia capitalia distinguuntur secundum pronitates respicientes condiciones boni apparentis II 978 b — Vitia capitalia non distinguuntur per oppositionem ad virtutes nec ad dona nec ad beatitudines *ibid.* — capitalia sunt diversa peccatorum genera II 516 arg. 3 — capitalia prohibentur implicite in diversis mandatis III 824 7\*

— dividitur in peccatum ex ignorantia et infirmitate et certa malitia II 982 f. 3, arg. 3. 984 f. 1 — secundum statum naturae lapsae vel est ex malitia, vel ex infirmitate vel ex ignorantia II 521 f. 4. 522 a. 528 d. 2 — ex ignorantia et infirmitate non dicunt genus peccati determinatum, sed circueunt omnia peccatorum genera, quia non determinant sibi aliquem actum II 983 3\* — Fere omnes actus, qui procedunt ex certa malitia, possunt procedere ex infirmitate et ignorantia II 994 b

— non omne procedit ex certa malitia, sed illud solum, quod homo facit scienter II 923 a — Malitiosus peccat ex certa scientia II 808 arg. 5 — omnium generum possunt fieri ex malitia et industria II 983 4\*

— ex infirmitate et ignorantia et malitia illud dicitur, quod procedit ex ipsis immediate II 998 d. 4 — ex ignorantia dicitur proprie, ut distinguitur contra peccatum ex infirmitate et industria, communiter etiam illud quod committitur aliqua nescientia existente circa peccantem II 522 a sq. — ex ignorantia dicitur non quod est ex quacumque ignorantia, sed quae est respectu alicuius circumstantiae facientis rationem culpae II 998 d. 4 *Vide V. Ignorantia.* — In omni peccato reperitur quaedam impotentia et quaedam nescientia cognitionis practicae sive speculativae *ibid.* — ex infirmitate dicitur non quod est ex quacumque infirmitate, sed quae est ex carne *ibid.* — ex infirmitate est, ubi est pronitas ad peccandum II 521 f. 4 — ex infirmitate et coactione est in Patrem, ex deceptione et ignorantia est in Filium, ex certa

malitia est in Spiritum sanctum II 997 d. 2. 998 d. 4

— omne est contra tres personas divinas II 982 arg. 2 — In omni peccato contemnitur una maiestas trium personarum II 987 2\* — Peccans contra veritatem Dei per consequens impugnat maiestatem et bonitatem II 993 3\*

25 — in Spiritum sanctum non distinguitur a peccato in Patrem ex hoc, quod hic contemnitur Spiritus sanctus et ibi Pater II 987 2\* — in Spiritum sanctum dicitur, non quia est contra personam, sed contra appropriatum effectum II 983 2\* — in Spiritum sanctum dicitur, quia ratione originis, oppositi et actus substrati opponitur directe appropriatis Spiritus sancti effectibus *ib.* a — Malitia, a qua procedit peccatum in Spiritum sanctum, directe opponitur bonitati appropriatae Spiritui sancto *ibid.*

— in Spiritum sanctum est quod procedit ex certa malitia sive industria II 521 f. 4. 982 f. 3. 983 a. 986 f. 5. 987 a. III 847 6\* — in Spiritum sanctum non est nisi quod ex certa malitia procedit, quae huic peccato dat formam II 994 b — in Spiritum sanctum est ex malitia et industria, cum quis ad malum movetur ex nequitia spiritus, sciens, se moveri ad malum II 987 a — in Spiritum sanctum est ex malitia conflata ex malitia ex peccato originali contracta et malitia actuali coniuncta industriae *ibid.* 988 3\* — in Spiritum sanctum procedit ex certa malitia, qua scienter peccator praeceligit malum, et voluntas magis quam in aliis respuit bonum, quia amplius inficitur voluntatis gustus et respuit medicamentum II 987 b — in Spiritum sanctum procedit ex malitia contracta ex peccato originali, praecedente natura et tempore, sed malitia acta sive actualis perversitas voluntatis potest concomitari nec oportet, quod praecedat II 986 3\* — Non omne peccatum, quod fit ex certa scientia, est peccatum in Spiritum sanctum, sed illud, in quo cum certa scientia concurrat malitia III 847 6\*

— in Spiritum sanctum dicit genus peccati distinctum ab aliis II 982 b sq. — in Spiritum sanctum est ex malitia, quod non tantum est ex certa scientia et industria, sed requirit determinationem generis quantum ad actum substratum II 983 3\* — ex malitia est peccatum in Spiritum sanctum solum in illis generibus, quae proprie ex malitia habent ortum *ib.* 4\* — Directe dicitur peccatum in Spiritum sanctum, quod est in spiritu et circa actum spiritus malignantis *ib.* a — in Spiritum sanctum consistit circa actum ipsius spiritus, in quo secundum se est malitia impugnans gratiam *ibid.* 985 f. 4, b — carnale non potest dici peccatum in Spiritum sanctum II 983 a

— in Spiritum sanctum dicitur, quia directe repugnat dispositioni gratiae poenitentialis II 993 1\* — in Spiritum sanctum directe est contra effectum Spiritus sancti, qui est gratia poenitentialis II 992 a — in Spiritum sanctum privat gratiam poeniten-

tialem sive finalem, quae est effectus appropriatus Spiritui sancto II 983 a — in Spiritum sanctum est contra donum gratiae finalis sive poenitentialis et proprie quantum ad statum gratiae finalis, quod est effectus praecipuus appropriatus Spiritui sancto *ib.* 2\* — in Spiritum sanctum proprie opponitur gratiae poenitentiali et eam impugnat quantum ad initium et terminum *ib.* a

— in Spiritum sanctum est quod claudit viam ad gratiam et viam ampliat ad peccatum II 995 2\* — in Spiritum sanctum magis impugnat gratiam II 988 2\* — in Spiritum sanctum dicitur peccatum ad mortem, non solum quantum ad amissionem vitae, sed etiam quantum ad corruptionem dispositionis ad susceptionem vitae II 983 1\*

— in Spiritum sanctum tollit susceptionem poenitentiae, quae est dispositio ad susceptionem vitae II 983 1\* — in Spiritum sanctum opponitur poenitentiae virtuti et Sacramento II 993 2\* — in Spiritum sanctum opponitur poenitentiae non solum ratione habitus, sed etiam ratione eorum quae concurrunt ad poenitentiae effectum *ib.* 7\* — in Spiritum sanctum stricte accipitur, ut includit impenitentiam finalem II 990 a, b — in Spiritum sanctum vel est impenitentia, vel semper habet annexam finalem impenitentiam, quantum est de se II 984 arg. 2. 989 arg. 5. 990 a. 996 6\* — in Spiritum sanctum potest esse cum impenitentia et proposito non poenitendi, sine alterius peccati genere II 985 2\* — in Spiritum sanctum, quia habet annexam impenitentiam, aufert propositum redeandi ad gratiam II 990 b — in Spiritum sanctum est contra poenitentiam, aut contra unitatem ecclesasticam II 992 b — Contra propositum non peccandi est finalis impenitentia *ib.* a, b

— Qui peccant in Spiritum sanctum odiunt Deum ut indigentem poenam II 158 d. 1 — Species peccati in Spiritum sanctum sunt maxime contra Dei misericordiam vel iustitiam II 993 3\*

— in Spiritum sanctum dividitur per species proprias, quae sunt desperatio et obstinatio et veritatis agnitae impugatio II 982 f. 4 — Peccati in Spiritum sanctum sex species II 991 a — Peccati in Spiritum sanctum convenienter assignantur sex species contra sex considerata in gratia poenitentiali in Sacramento II 992 a seq. 993 7\* — Species peccati in Spiritum sanctum possunt reduci ad quatuor vel quinque II 992 b — Differentiae peccati in Spiritum sanctum sunt obstinatio et desperatio II 981 a

— in Spiritum sanctum est genus peccati ceteris gravius II 982 f. 1. 986 f. 1. 988 2\* — in Spiritum sanctum sunt valde gravia II 985 a — in Spiritum sanctum est gravissimum peccatum, quantum est ex genere II 987 a, b — in Spiritum sanctum non dicitur esse gravius aliis propter contemptum personae Spiritus sancti, sed quia magis quam in aliis contemnitur trium personarum maiestas *ib.* 2\* — In peccato

in Spiritum sanctum magis abundat libido quantum ad improbitatem voluntatis; unde gravius est quam alia genera, in quibus abundat libido quantum ad delectationem II 988 4\*

— in Spiritum sanctum Deum maxime offendit ratione defectus excusationis, et ideo peccans meretur severius iudicari II 987 a sq. — in Spiritum sanctum nullum habet colorem excusationis II 508 arg. 2. 986 f. 3. 987 a. IV 266 d. 6 — in Spiritum sanctum non excusatur per malitiam contractam ex originali et multum aggravatur per malitiam actualem tum ratione improbitatis propriae, tum ratione cognitionis adiunctae II 987 a sq.

— in Spiritum sanctum maxime voluntatem deordinat et inhabilitat ad iustitiam II 986 f. 4 — in Spiritum sanctum magis corrumpit et privat bonum intensive, quia magis reddit inhabilem ad bonum et amplius firmat in malo II 988 5\* — in Spiritum sanctum maxime laedit naturam, dum praeccludit viam ad sanitatem II 987 a sq. — Peccans in Spiritum sanctum rebellis est cruditioni *ib.* 1\* — Committendo semel peccatum in Spiritum sanctum homo non fit summe malus, sed pluries peccando magis labitur in profundum II 986 4\*

— in Spiritum sanctum maxime elongat a venia II 986 f. 2. 989 f. 1 — in Spiritum sanctum est maxime insanabile quantum ad conditionem morbi II 987 1\*

— in Spiritum sanctum est peccatum irremissibile II 982 f. 2 — in Spiritum sanctum dicitur irremissibile, ut inconsuetum remitti, in quantum includit propositum non poenitendi, sed ut includit impenitentiam finalem, est impossibile remitti II 989 b sq., 1\*. 991 5\* — in Spiritum sanctum dicitur irremissibile, quia non tantum repugnat gratiae, sed etiam dispositioni ad veniam et gratiam II 990 b — in Spiritum sanctum communiter loquendo non privat potentiam remissionis, sed tantum stricte sumtum pro impenitentia finali *ibid.* — in Spiritum sanctum in statu viae potest remitti II 989 f. 3

— Quaedam species peccati in Spiritum sanctum nullo modo possunt esse sine peccato praecambulo, ut materia circa quam vel causa; in aliis speciebus possibile est, ut sit sine peccato alterius generis praecambulo II 985 a sq., 1\*

26 — diaboli est primum inter omnia peccata II 145 f. 2 — diaboli maximum simpliciter fuit ingratitude, cum plura bona in sua creatione perciperit et de sublimiori statu lapsus fuerit II 509 a — diaboli non potuit esse carnis concupiscentiae nec appetitus divitiarum II 145 f. 5 — primum non potuit esse ingratitude II 146 1\* *Vide V. Daemones 5 et V. Lucifer.*

27 — primum commissum fuit per gustum et suavitatem ligni vetiti III 427 f. 2 — Adae formaliter fuit inobedientia, materialiter peccatum gulae, causaliter peccatum superbiae II 798 d. 1 — principale primi hominis fuit inobedientia II 516 b

— Adae primo incepit in consensu II 505 1\*, 2\* — Consensum primorum parentum praecessit appetitus naturalis, non libidinosus *ib.* 2\* — mulieris inchoatum est in superbia, progressum in quadam avaritia, consummatum in gula et inobedientia in actu comestionis II 517 a sq. 798 d. 1 — In peccato Evae sunt radices omnium peccatorum II 516 arg. 4. 517 a — Eva non peccavit peccato infidelitatis II 517 b — primorum parentum fuit ex quadam ignorantia large accepta sive nescientia naturali II 522 b

— primum ratione libidinis non fuit maximum omnium peccatorum, nec humanorum II 508 b. 509 a — Adae quantum ad ingratitudinem fuit minus peccato diaboli, sed maximum omnium humanorum II 509 a. 701 4\* — Adae ratione corruptionis intensive minus fuit multis aliis peccatis, extensive vero maximum omnium II 509 b — primorum parentum fuit solum contra divinum mandatum II 508 arg. 4 — Adae ratione facilitatis resistendi dicitur maius ceteris II 799 d. 2 — primi parentis fuit maius generalitate, quia in totum genus se diffudit *ibid.*

— Homo lapsus est per suggestionem diaboli II 529 d. 5. III 418 a *Vide supra 15* et *V. Homo 8* in fine et *12.* — primi hominis fuit excusabile, quia habuit impulsivum exterius II 507 2\* — primorum parentum aliquam habet excusationem ex hoc, quod factum est ad alienam instigationem II 508 arg. 2 *Vide infra 50.*

— Adam peccato actuali peccavit in se tantum II 520 arg. 4 — Adam peccato suo corripit se et alios *ib.* b — Adae non erat in Adam tantum ut humanae naturae individuo, sed ut totius humanae naturae principio II 719 b sq., 1\* — Adam peccavit, in quantum erat omnium hominum principium II 720 4\* — In primis parentibus prior fuit corruptio personae quam naturae IV 406 4\* — In peccato primi hominis persona corripit naturam II 491 b — Corruptio personalis potest effici naturalis, quia natura et persona sunt indivisa II 720 4\* — Adae, pro eo quod iustitiam originalem privabat, non tantum respiciebat personam, sed etiam naturam II 786 2\*

— primum totam naturam humanam infecit II 506 arg. 3, f. 3 — Adae, in quantum corrumpebat naturam, principium erat universalis corruptionis II 786 3\*

— primorum parentum punitum fuit poena mortis et exheredationis in se et in suis posteris II 508 arg. 4 — Adam sibi et toti posteritati intulit damnum mortis IV 350 3\* — primi parentis erat causa nostrae mortis III 4 a — Per peccatum est amissa conservatio individui IV 662 4\* — Quilibet ut singularis persona peccat sibi et non alii II 720 1\* — transit per imitationem in eos qui imitari volunt II 783 a — superioris nocet subditis IV 345 b

— Parentes proximi non possunt peccatum actuale transfundere in prolem sicut nec iustitiam suam II 782 f. 4. 783

*Indices in tom. I-IV. Opp. S. Bonav.*

a sq. — parentum proximorum non pertinent ad peccatum originale II 782 f. 3. 783 b — actuale parentum potest transire in prolem quantum ad punitionem temporalem, non quantum ad aeternam II 783 a, b — adulterii non transfunditur in prolem, secundum quod culpa, tamen quodam modo redundat in prolem, sed non ut peccatum originale II 784 6\*

— In fine temporis peccatum hominis excrescet IV 995 d. 2

— Propter peccatum hominis turbulentia est in mundo et maxime in fine IV 995 d. 2 *Vide V. Caelum-corpora.*

28 — originale dicitur peccatum, quod est ab origine I 737 a — originale est a naturali origine IV 585 d. 1 — originale dicitur, quia est a natura II 752 f. 3 — Culpa, quae omnibus inest per naturam, est culpa originalis II 718 f. 6 — Adae dicitur originale ut origo omnium peccatorum; in nobis dicitur originale, ut quod inest ab origine, et a quo cetera vitia sumunt originem II 790 f. 4. 791 a — originale in nobis dicitur, quia est ab origine tractum, in Adam vero, quia fuit origo aliorum peccatorum II 972 5\* — originale, ut dicitur, quia est ab origine tractum, non potest esse in eodem genere cum actuali *ibid.*

— originale est, quod infecit naturam II 788 arg. 1 — originale est corruptio naturae IV 405 arg. 4 — In posteris Adae prior est corruptio naturae per peccatum originale quam personae IV 406 4\* — originale infecit naturam et personam IV 338 4\* — originale est vitium, quod inest naturae ex corruptione personae II 746 a — In originali natura corripit personam II 491 b. 789 1\*

— Tota humana natura corrupta est culpabiliter ab Adam II 719 a sq. *Vide V. Homo 15.* — Omnes in Adam fuerunt infecti et peccatores constituti II 717 f. 1 — Omnes per naturam contrahimus culpam II 718 f. 1 — Omnes, ex quo nati sunt, habent culpam *ib.* f. 2 — originale per naturalem generationem reperitur in quolibet *ibid.* — Tota natura in Adam peccavit et tota in omnibus et singulis culpabiliter infecta est *ib.* f. 3 — Adam cum peccavit, totam humanam naturam constituit peccatricem, ita quod omnes filios gigneret peccatores *ib.* f. 5 — Per primum parentem totum genus humanum a statu innocentiae prolapsus fuit III 1 a

— In quolibet homine ex sua origine est perversio et inordinatio culpabilis, ideo anima cuiuslibet hominis in sua nativitate peccatrix est II 719 b — Philosophi non cognoverunt peccatum originale nec lapsus hominis II 588 b. 716 a. 719 b — Perversitas in substantia rationali, quae est capax iustitiae, est iniustitia et culpa II 719 b. 749 b. 750 5\* — Morbus concupiscentiae in Adam et posteris fuit culpa II 718 f. 4 — Peccato Adae sumus infecti culpabiliter tum propter debitum ordinationis, quae deberet esse in nobis,

tum propter carentiam illius innocentiae, tum propter praedominantiam concupiscentiae, per quam animae nostrae sunt iniustae II 720 a — Corruptio originalis est culpabilis, quia consequitur naturam secundum corruptionem *ib.* 5\* — Homo ante baptismum habet peccatum originale, quia habet debitum non concupiscendi et dominium concupiscentiae, qua gratia destitutus vincitur II 760 b sq.

— originale est culpa, quia processit a voluntate Adae III 425 f. 4 — originale rationem demeriti habet a peccato Adae, licet in nobis sit alia culpa, quam fuerit in illo II 770 2\* — originale ratione voluntatis Adae nobis imputatur in peccatum, unde dicuntur omnes peccasse in ipso II 720 6\* — originale ratione divinae potentiae, sapientiae et iustitiae debet imputari parvulis in reatum poenae II 770 a

— nullo modo est peccatum actum, sed **contractum** II 450 a. 752 b. 753 a — originale non est actu nostro commissum IV 404 b — originale non contrahitur ex actu alicuius potentiae II 792 5\* — originale non est dictum vel factum II 836 d. 1 — originale est per actum alienum, non proprium IV 403 f. 4 — Habens peccatum originale quasi medium tenet inter habentes gratiam et culpam actualem II 797 a

— originale non est per **voluntatem** perpetratum IV 797 2\* — originale nunquam fuit voluntarium IV 403 f. 2 — originale non potest esse a voluntate nec naturali nec deliberativa II 752 f. 5 — originale non fit per actualem deliberationem II 117 5\*. 753 2\* — originale per propagationem sine delectatione transfunditur IV 403 f. 1 — originale minimam habet rationem voluntarii et nullo modo voluntarii in nobis IV 549 b

— originale est a voluntate aliena II 753 2\* — originale dicitur voluntarium, quia introductum a voluntate aliena sicut a causa prima II 956 d. 3 — originale voluntarium est non voluntate eius, in quo est, sed voluntate eius a quo, scilicet Adae II 948 b — originale nobis est necessarium, Adae tamen fuit voluntarium II 720 6\*

— originale non est personale nec voluntarium, sed **naturale** II 752 b. 753 a — Peccati originalis contractio est quasi naturalis et necessaria IV 101 2\*

— originale est a natura et tollit iustitiam originalem, quae respicit hominem, secundum quod est natura II 972 5\* — originale est naturale, quod consequitur naturae corruptionem II 720 5\*

— In originali reus est minime **culpabilis** IV 44 d. 1 — Culpabilitas reperitur in peccato originali minus principaliter II 837 d. 2

— Etsi originale in posteris sit minus quam actuale, tamen quantum ad suam originem fuit gravius quam actualia III 426 1\* — originale est culpa mortalis II 744 f. 6. 760 b

— originale est **carentia** debita*e* iustitiae II 787 f. 2. 790 f. 6. 791 b — In



originali peccato est pura privatio iustitiae IV 933 b — originale formaliter est carentia debitae iustitiae II 761 a. 776 d. 3 — In originali est privatio originalis iustitiae II 769 f. 1. 972 5\* — originale simpliciter privat iustitiam originalem II 789 a, 2\* — originale directe opponitur iustitiae originali II 786 3\*. 790 6\*. 792 6\* — originale essentialiter consistit in corruptione et privatione iustitiae originalis II 788 b. 792 4\* — non solum dicit privationem ordinis debiti, sed etiam ordinis et iustitiae subversionem II 760 b

— Per originale perditur gratia innocentiae II 983 a — originale privat animam pulcritudine, quam deberet habere II 769 f. 3. 770 a — Homo in peccato originali conceptus caret veste nuptiali II 770 1\*

— originale est **concupiscentia** immoderata cum debitae iustitiae carentia II 722 b. 723 2\*. 725 b sq. 760 b sq. 776 d. 3 — originale non solum dicit carentiam iustitiae originalis, sed etiam curvatum et necessitatem concupiscendi II 722 a sq. — In originali est carentia debitae iustitiae et ulterius pronitas IV 585 d. 1 — originale privando iustitiam originalem per consequens inclinat ad diversa vitia II 792 6\* — Carentia debitae iustitiae non praecedit necessitatem concupiscendi, sed e contrario est ex necessitate concupiscendi, quam anima habet ex carne coniuncta II 750 b

— originale comparatum ad illud, ad quod inclinat, dicitur concupisibilitas, vel fomes, vel concupiscentia II 737 a sq. — originale est fomes peccati sive concupiscentia II 721 f. 1

— originale dicit praedominantiam concupiscentiae, secundum quod inest nobis ab origine II 722 b. 723 b — originale est necessitas concupiscendi a natura contracta II 721 f. 3 — originale dicitur concupiscentia solum, prout ab origine est contracta II 789 a — Concupiscentia regnans non dicitur peccatum originale, nisi in quantum habet regnum et dominium ab ipsa hominis origine II 776 d. 3 — originale est concupiscentia per modum habitus II 723 1\*

— originale est concupiscentia materialiter tantum, quae non est culpa, nisi quamdiu manet privatio iustitiae II 761 a — Concupiscentia est materiale in peccato originali II 788 b

— originale est ignorantia coniuncta concupiscentiae II 725 b — definitur per ignorantiam ut per causam II 726 a

— originale, in quantum reddit difficilem ad bonum, dicitur languor naturae; in quantum praedominatur voluntati, dicitur tyrannus II 737 b

— originale dicit depravationem naturae, quae respicit personam ut alterius principium III 423 b — Depravatio naturae per peccatum originale est respiciens propagationem et ita naturam communem *ibid.* — originale est corruptio naturae, ut accipitur pro vi propagativa II 789 1\*

— viri fuit causa **transfusionis** peccati in posteros II 520 b. 719 b sq. — Adae

est prima causa corruptionis omnium, et in eo fuit corruptio aequae magna vel maior II 750 5\* — originale contrahitur propter Adae inobedientiam II 787 f. 3. 790 f. 2. 791 b — originale inest homini ex hoc, quod traducitur ex primo parente, in quo omnes posteri dicuntur peccasse II 747 f. 3 — Dicimur in Adam peccasse, quia maculam peccati contrahit anima ex sua generatione ab ipso Adam, qui ex actu suo naturam humanam foedavit II 770 2\* — Omnes simul peccaverunt in Adam IV 886 f. 2

— originale in omnes processit ex uno peccato, non quod tota natura omnium fuerit in Adam IV 848 a — non est naturae in se, sed natura peccavit, prout erat in Adam II 720 4\* — Tota humana natura dependebat ab Adam quantum ad existentiam et quantum ad statum *ib.* 3\*

— per transfusionem a solo primo parente transit in prolem II 783 a — Adae solius contrahitur a prole secundum plenam rationem peccati, quantum ad privationem debitae iustitiae *ibid.* 784 5\* — In Adam tota humana natura et omnes eius posteri obligati fuerunt ad habendam rectitudinem iustitiae et in illo per eius aversionem illa rectitudine privati sunt II 720 a. 783 a — Ad hoc quod aliquis possit peccatum ex patre contrahere, necesse est, quod in illo possit ad aliquid obligari et possit eo bono, ad quod obligatur, in ipso privari et quod possit maculari II 783 a, 3\*. 784 5\* — Nullus est post primum hominem, cuius transgressio respiciat obligationem naturae, sed personae, et non inficit carnem coniunctam II 789 a

— originale transfunditur a peccato Aadam ratione omnium generum peccati, quae in illius transgressione quodam modo reperiuntur II 798 d. 1 — Probabilius quocumque peccati genere Adam peccasset, transfudisset originale II 799 d. 3

— originale transmittitur per viam generationis, in quantum est peccatum naturale II 783 4\* — originale non transfunditur per generationem sine vitiosa corruptione vis generativae II 754 b sq. — Corruptio, quae est causa originalis peccati propagandi, est corruptio naturae sive consistens penes vim generativam, quae habet radicari in carne II 763 b — originale sequitur generationem non ut naturalem, sed propter adiunctam corruptionem vitiosam II 720 2\*

— originale probabiliter creditur non contrahendum, si quis propagetur sine semine ex carne Adae corrupta II 756 d. 3 — De solo Christo certum est, non habuisse originale peccatum *ibid.*

— originale contrahitur in nativitate in utero III 72 1\* — Conceptio habet annexam traductionem originalis peccati III 94 2\* — originale transmittitur non propter culpam generantis, sed primi parentis IV 723 5\* — Causa peccati originalis per se non est actus generantium *ibid.*

— originale causatur a patre et matre tanquam ab uno principio, sed principaliter attribuitur viro II 792 2\* — Si vir non

peccasset, peccatum originale non transfunderetur II 527 d. 1 — Si mulier tantum peccasset, non amplius viro coniuncta esset *ibid.* 792 2\*

— originale contrahitur mediante carne II 737 a. 748 a. 753 1\* — originale ortum habet a carne II 579 5\*. III 65 arg. 4 — Causa originalis peccati residet penes carnem II 763 f. 2. 793 arg. 4 — Originalis culpa contrahitur ex carne corrupta IV 149 f. 2 — non transmittitur in prolem nisi mediante carne infecta II 782 f. 5. 783 a — patris non potest in animam filii descendere nisi mediante carne II 747 f. 4

— Principalis causa contractionis originalis non est ex parte animae, sed ex parte carnis a primo parente traductae II 753 a — originale non est in anima per ipsius animae transfusionem II 453 a, 2\* — originale inest animae ex coniunctione sui ad carnem II 578 arg. 5. 753 2\*. 790 f. 5. 792 5\* — originale fit in anima per unionem ad carnem infectam II 417 5\*. 774 6\*

— Anima inficitur a carne ratione colligantiae naturalis II 750 a. 753 4\*. III 56 d. 2 — Anima non contrahit peccatum originale mediante appetitu deliberativo II 450 a. 752 b — Naturalis appetitus animae ad corpus non est causa efficiens contrahendi originale, sed causa sine qua non II 752 b sq. — Contractio peccati originalis non est ex actu Dei infudentis animas, sed ex praevericatione primi parentis II 874 b *Vide V. Anima-infectio.*

— originale inest in primo instanti unionis ad carnem infectam II 417 5\*. 450 a. 453 2\* — originale contrahitur in ipso actu creationis II 752 f. 5 — originale ante generationem prolis est secundum quid et fit peccatum simpliciter ex unione animae ad corpus II 753 2\*

— Carnis foeditas est causale peccati originalis II 788 b — Nostra caro inficitur per propagationem a carne Adae infecta foeditate et mortalitate II 783 a *Vide V. Caro.* — Ratio contrahendi originale peccatum et concupiscentiam ex carne non est carnis passibilitas et mortalitas II 748 a sq. 750 b — originale ratione foeditatis carnis a primo parente traductae in omnes posteros genitos secundum legem propagationis, mediante carne ad omnes transfunditur II 749 b — Anima contrahit peccatum originale ex corruptione vitiositatis carnis, quae quasi medium tenet inter culpam et poenam *ib.* a — originale non tantum est ex carne quantum ad debitae iustitiae privationem, sed etiam quantum ad corruptionem concupiscentiae II 748 b sq. 750 b — Anima unita carni rebeli, quam propria virtute non potest regere, per concupiscentiam pervertitur et contrahit culpam II 749 b — Caro infecta a parentibus contracta facit, concupiscentiam esse in anima sibi unita II 768 2\*

— In corpore ante adventum animae non est actualiter culpa, sed iuncta anima, quae debet ipsum corpus regere, propter carnis ineptitudinem caret anima rectitudine virtutis regitivae et illa carens contrahit

concupiscentiam II 750 a — originale non contrahitur ex unione animae ad carnem corruptam nisi propter ordinabilitatem animae ad iustitiam et possibilitatem ad deordinationem II 744 1\*. 745 7\* — Maior fit corruptio in anima quam in carne ratione nobilitatis subiecti II 750 5\*

— Corruptio carnis potest causare peccatum in anima, quia est ex culpa et est ad culpam II 750 6\* — Vitiositas in carne potest efficere culpam in anima, quia effectus culpae dicit ignobilitatem et imperfectionem et defectum IV 22 5\* — originale non est in carne actualiter, sed causaliter II 750 4\* — originale est in carne ut in instrumento et deferente *ib.* 5\* — Origo peccati est a carne tanquam a deferente et inficiente animam, nunquam tamen est in carne nisi ab anima III 47 3\*

— originale est in carne causans concupiscentiam non per modum actus, sed habitus II 794 4\* — Anima habet peccatum originale in sua infusione per modum habitus, non autem quantum ad actum III 381 b

— Foeditas carnis non est causa conservativa originalis, cum originale sit in anima separata II 764 3\* — Foeditas carnis post baptismum non est amplius causa culpae originalis in baptizato II 763 b. 764 1\*, 3\*, 4\*

— originale non inest primo animae ratione substantiae ut subiecti II 744 a. 745 7\*. 792 5\* — originale inest primo in potentiis et respicit animae substantiam, prout potentiae continuantur ad eam II 744 b — originale est unum in omnibus viribus animae, prout uniantur in unitate substantiae II 745 8\*. 792 5\*

— originale non solum deformat substantiam, sed etiam potentias IV 414 f. 3 — originale est unum, sed deordinat et vitiat totam animam et omnes vires, sed principaliter affectivam II 725 b — originale causaliter corrumpit omnes animae vires II 792 4\*

— originale consideratur aut prout est culpa reddens animam Deo odiosam, aut prout est vitium deordinans potentiam II 744 b — originale ut culpa proprie inest animae secundum liberum arbitrium, ut vitium deordinans primo inest animae ratione partis sensitivae *ibid.* — originale ut culpa est primo in voluntate, ut vitium est in pluribus potentiis continuatis ad unam substantiam II 792 5\* — originale non tantum inficit partem sensibilem, sed etiam rationalem II 576 f. 3. 579 5\* — originale in nobis primo inchoat a parte sensitiva et ascendit ad partem rationalem mediante portione sensibili 743 f. 4. 744 b — originale ut concupiscentia primo est in anima secundum partem sensibilem II 743 f. 3 — originale ut vitium respicit sensitivam ratione appetitus et delectationis coniunctae II 745 1\*, 2\* — originale ut carentia debitae iustitiae primo et principaliter inest animae ratione partis rationalis II 743 f. 5

— originale viget in vi generativa ratione sensus adiuncti II 745 2\* — Per pec-

catum originale maxime corrupta est vis generativa et sensus tactus II 746 a — originale, prout est vitium personae, respicit voluntatem, prout autem est vitium naturae, respicit generativam virtutem et carnem II 763 b. 764 6\* — In originali tota caro foedatur IV 600 4\*

— originale est unum solum in quolibet II 725 arg. 5, b — originale in nobis habet unitatem secundum speciem ex parte boni, quod privat, et ex parte principii II 791 b — originale in uno homine est unicum ex parte subiecti et ex parte actus *ibid.* — originale, quod contrahitur ex unione animae ad carnem, non differt secundum diversitatem potentiarum II 792 5\* — originale dicitur pluraliter propter multipliciter inclinationum ad malum, quae ex eo nascuntur II 791 4\* — originale dicitur pluraliter ratione plurium pronitatum IV 585 d. 4

— originale in se non potest iterari IV 585 d. 1 — Iterum intensa concupiscentia per peccatum actuale, originale non iteratur II 723 b. 763 b. 776 d. 3 — originale quodam modo dicitur redire, cum per nova peccata pronitates intenduntur, et homo indignus visione Dei efficitur IV 585 d. 4

— originale est in omnibus aequale II 755 d. 2. 788 b — originale est uniformiter in omnibus per propagationem libidinosam, quae conversa est in naturam IV 415 2\*

— originale non potest intendi nec quantum ad carentiam debitae iustitiae nec quantum ad concupiscentiam nec quantum ad infectionem carnis II 788 b sq. — Morbus originalis quantum ad essentiam semper idem fuit, sed crevit in effectum, quia semper magis ac magis homines sequebantur concupiscentiam IV 52 2\*

— originale inter omnia peccata peiores in anima reliquit sequelas, et eius corruptio est universalis et magna IV 95 a — originale deordinat affectivam per concupiscentiam, cognitivam per ignorantiam II 724 arg. 2. 725 b sq. 763 f. 4 — Per originale sunt nobis inflicta infirmitas, ignorantia, malitia et concupiscentia II 722 arg. 2. 725 arg. 1. 791 arg. 3. 984 f. 4. 986 arg. 3. IV 338 arg. 4

— Ex peccato originali est inclinatio ad omne malum II 501 3\* — originale ad omne malum reddit pronum per concupiscentiam II 787 f. 5 — originale est origo omnium malorum II 529 d. 5. 579 5\*. 721 f. 2. 790 f. 4 — originale est causa large dicta omnium malorum IV 359 d. 3 — originale ratione pronitatis frequenter in malum trahit IV 585 d. 4

— Poena principalis temporalis peccati originalis est mortalitas carnis II 792 3\* — Propter peccatum originale quilibet habet necessitatem moriendi III 425 f. 4. IV 885 f. 3 — originale facit reum mortis temporalis I 846 2\*

— Peccato originali proprie debetur poena carentiae visionis Dei II 724 arg. 4. 790 f. 3. 792 3\*. IV 404 arg. 4 — originale

ratione carentiae debitae iustitiae privat a visione Dei II 776 d. 4. 794 a. IV 585 d. 1 — Originali peccato, ubi est pura privatio iustitiae, debetur poena damni et carentia beatitudinis aeternae IV 933 b — originale punitur omnimoda carentia visionis Dei II 718 f. 2. 719 a. 759 f. 1. 787 f. 4 — Qui habent reatum peccati originalis non possunt introire in caelum, nisi satisfactione soluta III 423 5\*

— originale non punitur poena sensus II 794 a. IV 404 4\*. 518 6\* — originale non punitur poena actuali, sed poena damni II 752 f. 2 — originale non meretur poenam sensus infernalem, sed praesentem IV 38 2\*

— Pro culpa originali purus homo non poterat satisfacere IV 112 b — Pro peccato originali nemo satisfacere potest per gratiam singularis personae III 425 b — Gratia singularis personae non tollit omnino originalis peccati radicem ab eo, in quo est, nec per se nec per usum suum III 426 a — Satisfactio pro originali est difficilior, quia non potest fieri pro uno, quin pro omnibus *ib.* 1\*

— originale potest ante usum voluntatis deleri IV 797 2\* — originale potest deleri Sacramento solo exterius adiuvente gratiam, libero arbitrio nihil omnino agente, quia aliunde contractum est IV 550 a — originale in parvulis sine proprio actu per baptismum deletur II 752 f. 4 — Ad peccati originalis deletionem communiter non requiritur aliquis actus ex parte subiecti, sed adultis id se habere scientibus congruum est, ut actu displiceat in generali IV 404 a sq. — originale debet displicere adulto, ne velit amplius in illo remanere *ib.* b, 1\* — Habens solum originale non tenetur conteri, sed ex sola voluntate credendi et captivatione intellectus ad gratiam sufficienter se praeparat IV 32 b. 33 2\* — Ad originalis remissionem in statu legis naturae sufficienter disponebat confessio fidei informis sine contritione IV 32 b. 33 2\* *Vide V. Fides 24 et V. Iustificatio.*

— Peccato originali diversis temporibus diversa conveniebant remedia IV 51 b. 52 2\* — originale deletur in baptismo II 725 arg. 3. 759 f. 1. IV 298 d. 1 — A periculo peccati originalis liberat baptismus IV 584 b *Vide V. Baptismus-effectus.* — originale in baptismo absolvitur sine omni poenitentia satisfactoria et assumpta IV 404 4\* — Peccato originali convenit efficacius remedium quam actuali IV 44 d. 1

— In remissione peccati originalis solvitur debitum, dum per iustitiam gratiae recompensatur iustitia originalis innocentiae II 761 b, 4\* — Debitum solvitur merito passionis Christi *ib.* 1\* — originale per baptismum sanatur, secundum quod est morbus personae, dum per gratiam rectificatur personalis voluntas II 764 a, 5\* — In deletionem peccati originalis per infusionem gratiae statim removetur carentia iustitiae, concupiscentia vero non omnino tollitur, sed diminuitur II 761 a — originale in baptismo remittitur, ita ut vitium

concupiscentiae debilitetur et reatus solvatur II 760 b sq. — In deletionem peccati originalis foeditas carnis quodam modo remittitur II 763 b. 764 1\*

— Cum originale remittitur quantum ad culpam ipsius animae, remanet ut vitium naturae, quo transfunditur in prolem II 763 b. 764 6\* — Deleto originali, remanet corruptio in carne et in vi generativa II 764 a, 5\* — Depravatio naturae in peccato originali eradicari non potest omnino III 425 b — Vitium humanae originis nunquam separatur a carne peccati *ib.* f. 3

— originale transit reatu, quia aufertur privatio originalis iustitiae II 776 d. 4 — originale post baptismum transit reatu, remanet actu, non ut culpa, sed ut poena II 722 b. 761 a, b, 3\* — originale remanet actu II 524 3\* — Post deletionem culpae originalis dicitur manere actus, quia manet concupiscentia, sed non prout est in ipsa illius peccati consummatio II 761 2\* — originale dicitur remanere quantum ad actum concupiscentiae, secundum quod dicit pronitatem et inclinationem habitualem ad actum concupiscendi II 776 d. 4

— originale in sanctis Patribus, qui detinebantur in limbo, deletum erat quantum ad culpam, sed adhuc remanebat in eis reatus III 404 4\* — De poena temporali *vide V. Poena et V. Baptismus-effectus.*

29 — Fugere peccatum non fit per fidem et amorem, sed per timorem IV 327 3\* — Actio mala expellitur timore IV 423 1\* — Abstinerere a voluntate peccandi habitu non est sine gratia IV 1036 4\* — Abstinerere ab actu malo voluntatis, quia contra Deum et quia iniquum, non est sine gratia gratis data; sed abstinerere, quia actus malus est laesivus, est per naturam puram *ibid.* — Declinare a malo dicitur quis eodem actu et habitu, quo facit bonum, vel diverso II 974 3\* — Minus frequenter et libidinoso peccat qui aliquando opera bona facit quam qui Dei obliviscitur IV 358 b

— Principiis peccati resistendum III 460 2\* — Occasiones peccatorum sunt praecedendae IV 373 3\* — Motiva intra nos sunt excidenda IV 362 a — Motiva peccandi extra nos non sunt introducenda *ibid.* — Peccatorum causae sive motiva et occasiones exciduntur, cum suggestiones nullo modo admittuntur *ibid.* — Peccatorum causae exciduntur non per declinationem solum, sed etiam per pugnam et violentiam, assumendo poenaltates illis contrarias *ib.* 2\* — Peccatorum causae exciduntur ab homine per cautelam et praevencionem *ib.* 3\*

— carnis fugienda non tantum in opere et voluntate, sed etiam in recogitatione IV 399 d. 8

— Innocentia perseverans semper refugit peccatum IV 392 f. 4

— debet tantum displicere rationi, quod nullo pacto et nulla causa velit in ipsum consentire vel consensisse IV 388 a — Quilibet tenetur praeeligere poenam quam velle peccare in casu necessitatis *ibid.* — Prae-

eligere omnem poenam quam peccare in casu necessitatis est debitum, praeter casum necessitatis est perfectae virtutis *ibid.*

— Displicentia peccati non potest esse nimia, cum sit ex consideratione recta IV 390 a — summe detestandum, quia separat a summo bono *ib.* 2\* — Peccator plerumque non dolet secundum quantitatem boni amissi III 349 4\*

— Aliquis non vult peccasse, quia peccatum displicet, quia iniustum, aut quia displicet poena iusta IV 1036 b *Vide V. Culpa.* — Damnati nolent peccasse propter poenam *ibid.* 1053 a — damnatis non displicet, quia culpa, vel quia inhonestum, sed quia ex hoc puniuntur IV 1052 4\* — Poenae acerbitas in damnatis aufert delectationem peccati IV 385 a. 1052 b *Vide V. Dolor et V. Poenitentia.*

— Iusta voluntas et vere poenitens ita detestatur praeteritum peccatum ut futurum, ne fiat IV 388 a — Homo post peccatum potest amplius detestari malum et abhorreere peccatum quam prius III 677 a

— Ex herbis peccatorum, quae natae sunt in terra nostra, conficitur unguentum compunctionis IV 384 b — Cor peccatoris tanquam vas repletum veneno peccati conterendum est, quia durum est, ut emollescat, vel ut peccati delectatio totaliter effundatur *ibid.* sq.

— Peccator, dum peccat, incurrit remorsum II 849 a — Per peccatum voluntas rationalis concordans cum sensualitate discordat a synderesi et incurrit remorsum et afflictionem internam *ibid.* — est contra synderesim, quia indebitum et inhonestum IV 1052 4\* — generat remorsum ex contrarietate voluntatis naturalis et deliberativae *ib.* a — non generat remorsum, quando voluntas tanta delectatione fertur in peccatum, ut non sentiat motum voluntatis naturalis II 913 2\*. IV 1052 b — Ratione reatus conscientia nostra potest contra nos remurmurare III 404 a

— Homo, qui timet deprehendi in scelere, fugit lucem et appetit tenebras II 529 d. 4 — Memoria peccatorum damnatis est ad desolationem et confusionem IV 1043 b

30 — remissibile et irremissibile sunt diversa genera peccati II 982 f. 2 — remissibile dicitur vel quod sit consuetum remitti, vel possibile remitti II 990 a — irremissibile dicitur impossibile ad remittendum vel inconsuetum remitti *ibid.* — non dicitur irremissibile per privationem actus remissionis, sed per privationem dispositionis, aut per privationem possibilitatis II 989 f. 5 — omne mortale reddit hominem ineptum ad remissionem ex privatione dispositionis propter Dei offensam et contemptum *ibid.* — quod perducit ad mortem, omnino est irremissibile; quod disponit ad mortem, cum difficultate est remissibile II 996 d. 1 — praeter impenitentiam non dicuntur esse irremissibilia, cum non remittuntur propter negligentiam peccatoris vel propter praeeoccupationem mortis II 990 b — Desperatio et impenitentia potest remitti, etiam cum Deus non

vult remittere *ib.* 3\* — dicitur impossibile remitti per privationem possibilitatis, vel per privationem facilitatis II 991 4\*

— omnia possunt remitti II 989 f. 1, 4 — omne potest remitti quantum ad possibilitatem, quia Deus potest dare gratiam et homo suscipere *ib.* f. 5 — Misericordia Dei plus potest remittere quam homo peccare IV 334 f. 3 — Deus paratus est remittere summum peccatum IV 344 d. 12 — omnia possunt abluvi per absolutionem merito lacrymarum IV 448 d. 2 — triplex remittitur, exemplo trium resuscitatorum a Christo IV 344 d. 11

— Deordinatio voluntatis per peccatum est facile mobilis III 425 b — Deordinatio voluntatis introducta per actuale peccatum, recompensari potest per usum gratiae *ibid.* — Peccator, quamdiu est in statu viatoris, potest Deo reconciliari et a peccato liberari II 989 f. 4 — in statu vertibilitatis arbitrii est remissibile II 507 a — Rectitudine synderesis moventis homo detestando peccatum potest ad Deum reverti et revertendo curari *ib.* 3\* *Vide V. Homo 14.* — De nullo peccatore in hac vita desperandum est II 989 f. 2

— Culpa superveniens non tollit homini potentiam revertendi ad bonum II 507 a — nullum reddit hominem impossibilem ad resurgendum II 989 f. 4 — praeter impenitentiam, etsi privent bonam voluntatem et iustitiam, non tamen reddunt voluntatem rebellem et repugnantem contra vocationem divinam nec auferunt propositum redeundi ad iustitiam II 990 a sq. — Nulla culpa ponit hominem extra statum viae, ideo nec aufert habilitatem ad susceptionem gratiae II 835 5\* — Pro peccantibus ad mortem vel est impossibile, vel difficile exaudiri, sed non est prohibitum pro eis orare II 996 d. 1

— mortale per contritionem fit veniale II 967 arg. 1. IV 411 b. 448 d. 2 — mortale per poenitentiam dicitur fieri veniale non ex genere nec ex circumstantia, sed ex eventu IV 449 d. 7 — mortale in poenitentia dicitur fieri veniale, quia ibi de eo venia impetratur IV 529 d. 6 — mortale fit veniale non quantum ad maculam, sed quantum ad reatum, in quantum priori succedit alius reatus IV 449 d. 7 — mortale dicitur fieri veniale, non quod remaneat culpa, nec idem reatus, sed reatus commutatur IV 528 d. 6 — Culpa in absolutione fit venialis quantum ad maculam et poenam aeternam, in confessione quantum ad obligationem ad aliquam poenam temporalem IV 434 d. 7 — fit excusabile per dolorem de transgressione II 507 2\*. IV 448 d. 2

— ex certa sententia non est excusabile, tamen in nobis est remediabile IV 266 d. 6 — ex ignorantia est insanabilis ex conditione et statu infirmi II 987 1\*

— Lapsus eius qui in alio et per alium cecidit, est reparabilis III 1 a — Lapsus hominis fuit reparabilis, quia in alio peccante et alio suggerente peccavit et quia poenituit III 418 a, 2\* — primi hominis



fuit remissibile propter carnis mortalitatem, voluntatis vertibilitatem, culpae excusabilitatem II 506 b sq. — hominis est excusabile, quia alio suggerente cecidit, et remissibile interventu relevatoris et mediatoris; peccatum vero angeli non, quia cecidit per semetipsum II 507 a — Nulla natura rationalis lapsa de culpa potest consequi veniam nisi homo propter fragilitatem carnis II 577 3\* — angeli est irremediabile propter dignitatem status II 504 f. 4 — hominis fuit remediabile, non solum quia aliunde habuit occasionem II 454 4\*. 175 b sq.

— est irremediabile extra statum meriti II 476 a. 177 b — de quo non potest esse poenitentia, est irremediabile II 504 f. 6. 989 arg. 4 — est irremediabile potissime, quia liberum arbitrium non potest verti nec poenitere IV 335 a — Qui in peccato perseverat peccat in suo aeterno et semper manet in culpa IV 922 a — mortale post mortem non deletur IV 552 1\*, 3\* — post mortem non potest reparari II 983 4\*. IV 344 d. 11. 922 a — Decedens in peccato post mortem decreto divinae iustitiae non potest salvari IV 528 d. 3

31 — Peccata deleri vere dicit expulsionem peccati et remotionem vitii ab anima IV 576 2\* — Cum infunditur peccatori gratia, peccatum deletur secundum veritatem et secundum Dei aestimationem III 676 f. 4 — post poenitentiam non manet actu nec reatu II 524 3\* — Culpa, cum deletur, omnino cedit in non ens IV 575 f. 1, b — Peccata operiri in conspectu Dei dicuntur, quia omnino delentur *ib.* 4\*. 585 2\*

— Homo non resurgit a peccato, nisi remittatur peccatum II 989 f. 4 — Nullus salvari potest, nisi liberetur a peccato IV 107 a — abstracte acceptum non potest rectificari nec formari, sed concrete ut quidam habitus substratus deformatus a culpa, potest informari a gratia III 499 1\*

— Deletio peccati potius est respectu maculae IV 550 2\*

— Deletio culpae attenditur in imaginis reformatione et conversione ad Deum III 426 5\*

— Deus voluntarie condonat offensam II 676 a — Misericordia remittit offensam II 992 a. IV 995 f. 4, b — Remissio peccati et indulgentia est a divina misericordia II 852 f. 6 — Deus remittit offensam per misericordiam IV 332 3\*. 350 b, 3\* — Deus delet culpae maculam per se, sed reatum per poenam IV 943 arg. 3

— Peccata dimittere est solius Dei IV 44 4\*. 361 arg. 3. 473 f. 1, 3. 943 arg. 3 *Vide V. Culpa.* — Deus solus potest excidere causas peccati per ablationem causae in effectu IV 362 3\* — Solus Deus delet peccatum effective IV 429 6\*. 395 2\*. 419 4\*. 422 b — Potestas dimittendi peccata efectiva est solius Dei, dispositiva per modum meriti est Christi IV 430 b sq. — Remissio peccati per modum efficientis est solius Dei, per modum merentis et excitantis convenit passioni Christi III 404 2\* — deletur a Deo dando gratiam per virtutem infinitam IV

131 a. 473 f. 4 — remittitur in Sacramentis ratione rei interioris, quam solus Deus infundit IV 474 2\*, 4

— dimittuntur secundum clavem auctoritatis a Deo, secundum clavem excellentiae a Verbo incarnato, secundum clavem ministerii a sacerdote IV 463 d. 1. 482 d. 2 — dicuntur dimitti a sacerdote non per modum efficientis, sed ministrantis IV 482 d. 2

— Lapsus non poterat resurgere sine manu sublevante nec reconciliari nisi mediatore interveniente II 507 a — Ad reconciliationem peccatoris debet intervenire mediatio sacerdotis IV 439 b. 500 b. 510 f. 2

— Christus per passionem impetravit remissionem culpae etiam quantum ad reatum III 393 6\*. 404 a — Passio Christi se extendit ad omnes culpas quoad sufficientiam, non quoad efficaciam III 404 1\* — Remissio peccati fit per passionem Christi mediantibus aliis remediis *ib.* 2\*

— non remittuntur nisi in Ecclesia IV 483 d. 3 — Per gratiam poenitentialem fit remissio peccatorum in unitate Ecclesiae II 992 b — dicuntur dimitti per Ecclesiae caritatem quantum ad meritum IV 463 d. 1. 482 d. 3

— Culpa deletur per gratiam II 698 b. IV 42 2\* — Peccati deletio fit per gratiae infusionem et creationem IV 131 a — formaliter deletur per gratiam *ibid.* — Deus expellit culpam immittendo gratiam IV 425 f. 4

— nullum deleri potest absque gratia II 969 a — non potest deleri sine infusione gratiae IV 44 a — nullum omnino potest deleri sine gratia gratum faciente IV 547 f. 5, b, 1\*, 2\*, 3\* — mortale deleri non potest nisi dono gratiae gratum facientis *ib.* f. 5 — Culpa non remittitur nisi per gratiam IV 350 1\*. 425 f. 2. 473 f. 4 — Homo non potest erui a peccato nisi per gratiam gratum facientem II 678 f. 3, 5 — Nemo potest a culpa mortali resurgere nisi per creationem et infusionem novae gratiae et novae vitae II 968 b — Remotio a malo est per gratiam III 237 b — Displicentiam Dei non removet nisi gratia gratum faciens IV 547 f. 4, b — Deus remittit offensam suam dando gratiam IV 350 b — Culpa est privatio, quae non aufertur nisi per positionem gratiae IV 43 a — Quamvis Deus culpam delere posset sine medio, decrevit tamen delere per gratiam habilitantem ad bonum, per misericordiam amplius bonum reddens indigenti IV 419 b, 3\*. 427 6\* — Deus non expellit culpam sine gratia propter largitatem divinae misericordiae, non quod non possit II 677 6\* *Vide V. Gratia 24 et V. Culpa-deletio.*

— Creatio gratiae naturaliter praecedit expulsionem culpae IV 419 4\*. 425 f. 2. 426 a, 3\* — Prior est gratiae immissio per naturam quam culpae expulsio IV 425 f. 4. 426 3\*. 427 5\* — Culpam expellit gratia praeveniens II 654 f. 2 — Eadem vi, qua deletur culpa, confertur gratia IV 42 f. 1 — Gratia prius per naturam expellit culpam,

quam informet subiectum IV 419 4\*. 426 a, 1\*, 2\*, 3\* — Eadem est influentia, quae culpam expellit et ad bonum disponit II 654 f. 2 — Prius natura est expulsio culpae quam habitatio ad bonum IV 327 f. 3. 328 b

— Gratia statim, cum est, expellit culpam IV 376 d. 1. 419 4\* — nullum praestat infusioni gratiae impedimentum III 676 f. 4. IV 403 2\* — Culpa, quia privatio est, non resistit inductioni gratiae IV 392 b

— Non est in potestate peccatoris fieri iustum sine gratia II 676 2\*. 677 4\*. 692 d. 4 *Vide V. Iustificatio.* — Homo non potest resurgere a peccato per se ipsum II 834 a — Voluntas non potest habitatem ad bonum perditam restaurare et restaurando continuare *ibid.* — Homo semper est in peccato, nisi relevetur per gratiae donum praevenientis voluntatem II 698 b

— Anima per detestationem peccati se disponit ad gratiam, quantum potest IV 428 b — Dolor, quo quis dolet de culpa, quia Dei offensiva, disponit ad poenitentiam et gratiam II 177 a. 683 6\* *Vide V. Poenitentia.*

— Contra peccatum actuale est poenitentia III 426 1\*. IV 405 arg. 4. 449 d. 5. 472 arg. 2 — Peccati immunditia removetur per poenitentiam IV 583 a — a periculo peccati actualis liberat poenitentia IV 584 b — post baptismum commissa remittuntur virtute poenitentiae IV 404 a — Omnia vitia expelluntur per poenitentiam per modum detestantis, per virtutes oppositas per modum informantis IV 326 4\* — Vitium non habet excludi nisi per habitum virtutis directe sibi oppositum III 801 3\*

— omne deletur per baptismum IV 405 f. 3. 406 a, 5\* — commissa ante baptismum remittuntur virtute Sacramenti quantum ad culpam et poenam IV 104 a — In baptismo deletur principaliter originale, sed etiam venialia et mortalia IV 443 2\* — De deletionem venialis *vide supra 25 et V. Gratia 24*; de deletionem originalis *supra 28 et V. Gratia ibid.* — Omnis culpa resecatur baptismo sanguinis secundum potentiam et secundum actum IV 109 a, 3\*

— deletur per dissensum voluntatis rationalis IV 383 b — Culpa voluntate introducta non deletur, nisi liberum arbitrium dissentiat IV 422 f. 4 — per proprium actum commissum sine proprio actu non dimittitur II 752 f. 4. IV 112 1\*. 319 a. 406 f. 3 — Ad curanda peccata actualia concurrat actus voluntarius poenitentis IV 419 d. 5 — mortale, quod voluntarie contractum est, non potest deleri, nisi libero arbitrio consonante gratiae et adiuvante per contritionem IV 550 a — Culpa expellitur, libero arbitrio concordante gratiae per motum contritionis IV 422 b — Contritio adultis necessaria est propter actuale IV 37 a *Vide V. Contritio et V. Iustificatio.* — Maior dispositio requiritur ad remittendum peccatum actuale quam originale, quia est ex maiori culpa commissum IV 33 2\*

— dimittitur sola cordis contritione IV 423 f. 2, 3 — Macula expellitur dolore in



infusione iustitiae *ib.* 1\* — mortale deletur minima contritione cum gratia IV 549 f. 4 — Voluntas recedendi a peccato gratiam introducit et ad eam disponit de congruo II 990 a — Qui non habet detestationem peccati praeteriti et propositum non peccandi non est idoneus ad gratiam poenitentialem II 992 a — Remissionis culpae quatuor conditiones secundum quosdam IV 575 b *Vide V. Fides 24.*

— Natura dicitur, quod omnibus modis reconciliari oportet Deo, quibus ipse statuit IV 436 b — Lex naturalis dicitur conteri de peccato et humiliari debere ad reconciliandum Deo IV 578 arg. 2, b

— Culpa non potest deleri, manente actu, in quo consistit plena ratio culpae II 761 2\* — Impossibile est, deleri maculam peccati sive deformitatem amoveri, quamdiu manet privatio boni, quod deberet inesse II 760 arg. 1 — Peccator non potest perfecte reconciliari, quamdiu, deformata imagine, aliquid manet minus bene quam ante IV 338 f. 2

— unum mortale non potest remitti sine alio IV 352 a sq. 364 1\*. 561 f. 4 — Iustitiam decet, ut remittendo unam mortalem culpam remittat omnem aliam, quia eam iniusto reconciliari non decet, manente iniustitia et offensa IV 518 2\* — Sacerdos aut absolvit ab omni culpa, aut nulla est absolutio IV 561 f. 4, b

— Culpa deletur in instanti IV 379 d. 9. IV 555 a — non expellitur successive IV 376 d. 1. 427 5\* — in primo adventu gratiae in animam amplius non est IV 576 3\* — omnia delentur simul et in instanti IV 396 b — ut infirmitas et vetustas sanatur in instanti, sed sequelae peccati successive IV 433 d. 4 — Sequelae peccati non sanantur perfecte nisi in gloria *ibid.* — Sequela expellitur caritatis ardore in consummatione iustitiae IV 423 1\*

— Peccato enormi dimisso, non statim deletur enormitas, sed in poenam manet IV 810 3\* — In peccati deletionem statim removetur culpa, in quantum erat deformitas et privatio, sed manet quaedam pronitas ad actum, licet remissa, in his potissime qui peccaverunt peccato consuetudinis II 761 a

— Quaedam gloria accidentalis est in eo qui nunquam peccavit, in quam non potest resurgere qui aliquando peccavit III 677 1\*, 4\*

— obligat ad aliquid, ad quod quis prius non obligabatur IV 814 f. 2. 815 a, 1\* — Cum peccator reparatur per satisfactionem, servatur ordo divinae iustitiae III 419 f. 1 — Cum pro peccato satisfactio exigitur, peccator subditur poenae auctoritate divinae iustitiae III 420 f. 3 — De offensa non fit satisfactio IV 350 b, 1\*

— Peccati scoria non potest deleri nisi per poenam exteriorem, vel per contritionem internam IV 531 3\* — Cum deletur peccatum mortale, macula omnino desinit, sed reatus poenae manet alteratus, obligans ad poenam temporalem IV 528 d. 6 *Vide V. Poena.*

— Deus non recordatur peccatorum praecedentium remissorum IV 336 arg. 2 — Deus post poenitentiam non recordatur peccatorum quantum ad punitionem aeternam III 679 1\*. IV 336 arg. 2

— dimissa nullo modo **redeunt** quoad culpam vel maculam IV 575 a sq. 577 f. 2 *Vide V. Culpa.* — Reatus peccatorum, quem Deus dimisit, non redit IV 577 f. 3, 4 — Qui peccat post peccata dimissa non obligatur pluribus reatibus, sed in uno non peccat nisi omissione unica *ib.* a, 3\* — priora per recidivum non redeunt quoad vinculum reatus nec quoad aequivalentiam propter ingratitude aggravamem *ibid.*

— dimissa redeunt quoad poenam damni, non quoad poenam sensus, nisi in quantum deficit satisfactio IV 577 b — redeunt quodam modo in consimili reatu IV 585 d. 1 — Nec pronitas nec deformitas redit omnino eadem IV 576 4\* — antea commissa non oportet detestari simul et semel divisim omnia IV 577 a, 3\*. 585 d. 2

— etiam secundum legem naturae coram Deo recognoscendum ad petendam misericordiam IV 436 b — Quilibet tenetur se recognoscere peccatorem IV 442 f. 2. 443 4\* — Recognitio offensae divinae est de dictamine naturae adiutae aliquo modo per fidem IV 436 b — Nemo certus est, utrum omni peccato careat III 80 d. 5 — Probabile est cuilibet, qui fuit ignorans etiam adultus, quod in multis offenderit IV 407 3\*. 408 b — sunt continue ante oculos revocanda ad gemitum et dolorem IV 393 5\*

— Abscondere peccata per defensionem et palliationem est hypocrisis et contra legem naturae IV 439 2\* — Peccati absconditio per hypocrisim non liberat a naufragio, sed absconditio per poenitentiam veram, quae totum remittit IV 585 2\* — non sunt occultanda respectu iudicii sacerdotalis, quibus Dominus commisit auctoritatem IV 456 1\* — Peccati pro palatio male fit ad sui ipsius commendationem, sed confessio ad sui accusationem et inveniendam divinam propitiationem est ordinata ad faciendam emendam et curandam plagam occultam IV 437 2\* *Vide V. Confessio.* — aliena non sunt revelanda nec in confessione sine necessitate IV 564 b sq. 568 b — alicuius nulli est manifestandum nisi ei qui possit prodesse nec velit obesse IV 568 b

— etiam aperta confitenda, ut innotescant sacerdoti ut iudici IV 460 a. 461 4\* — De peccatis commissis per ignorantiam oportet poenitere in generali, non in speciali, sed adhibere diligentiam, ut recognoscantur IV 407 a, 2\*, 3\*, 4\* — ignorata non sunt necessario confitenda, sed debent libenter ostendi *ib.* 4\* — De peccatis oblitis vel in speciali vel etiam in generali quis debet conteri vel secundum cognitionem certam in generali vel probabilem, non tantum sub conditione IV 408 b, 3\* — oblita et latentia non impediunt iustificationem, sed eius certitudinem *ib.* 2\* — Oblitus peccati gravius punitur *ib.* 3\*

— publicum publice est puniendum propter scandalum extirpandum IV 460 2\*

— dubie mortale est confitendum dubitando, sed pro eo poena sustinenda, ac si esset mortale IV 564 4\* — dubie mortalia sunt confitenda propter periculum IV 458 a, 4\* — De confitendis peccatis dubiis securior via tenenda est II 582 a — Ad venialia confitenda nemo tenetur propter vinculum peccati, sed solum propter vinculum praecepti obligantis ad confitendum, quando non habet mortalia confitenda IV 443 3\* — venialia iterata per consuetudinem sunt confitenda in generalitate propter dubium et vitandum periculum IV 571 d. 2 *Vide V. Confessio.*

— Qualitates peccati, quae trahunt in aliud genus peccati, debent specialiter considerari in contritione, quantum ad illas, quae non mutant peccati genus, est in consilio IV 399 d. 8

— Omnes tenentur petere veniam peccatorum IV 442 f. 3 — Qui non habet conscientiam peccati actu tamen licite petit veniam sive pro se sive pro aliis IV 412 d. 3

**PECUNIA** — per mutationem transfertur in dominium alienum, et reddenda est consimilis III 836 d. 7 — dum in usum vertitur, non consumitur nec deterioratur *ibid.* — quantum est de se, per se ipsam non fructificat, sed fructus venit aliunde *ibid.*

**PELAGIUS** — erravit dicendo, liberum arbitrium propriis viribus ad gratiam gratum facientem se posse disponere II 683 b — gratiam supposebat meritis liberi arbitrii dicendo, eam sub merito cadere *ibid.* 691 d. 2 — posse gratiae attribuit ipsi naturae II 685 b. 690 b — superbia excaecatus nescivit distinguere inter dona naturalia et gratuita II 685 b — contra efficaciam gratiae II 690 d. 1 — contra necessitatem gratiae curantis II 676 a

**PENETRARE** — est per subtilitatem iunctam cum virtute activa IV 1026 b. 1029 a, 1\* — Plures modi penetrandi corpora IV 1027 arg. 2, 3. 1028 b — De penetratione per dotem subtilitatis *vide V. Corpus-Beatorum.*

**PER** — dicit causam III 236 a — quantum est de se, importat causalitatem II 333 a — cum verbo absoluto importat auctoritatem, cum transitivo subauctoritatem I 564 a — cum verbis transitivis dicit subauctoritatem, cum absolutis vero auctoritatem I 206 d. 3. 227 d. 4 — significat per modum fieri et motus et actus I 631 d. 2 — Per ipsum dicit rationem medii et appropriatur Filio I 632 b

— Per se, per accidens, per aliud *vide V. Praedicatio* in indice philos.

— Per se agit qui agit per virtutem propriam sibi connaturalem I 567 d. 6 — Per se agit qui agit immediate I 222 a — Per se agit quod est per se existens II 319 f. 5 — Per alterum fieri dicit alterum sicut efficiens, alterum sicut instrumentum IV 693 3\* — Per se et per alium fit aliquid ab aliquo vere vel interpretative IV 533 3\*

**PERCEPTIO** — potest extendi ad habitum et actum et ad obiectum motivum III 528 2\*

## PER

PERDERE — non ponit habere in actu, sed habuisse de praeterito et non habere de praesenti II 708 d. 1 — Detrimentum dicit amissionem alicuius boni habitus II 288 a

PEREGRINATIONES — sunt poenae satisfactoriae IV 368 arg. 6 — Peregrini venientes de locis remotis maiorem recipiunt indulgentiam IV 540 b

— Christus ostendit se in specie peregrini IV 286 d. 1

PERFECTI — Nemo reperitur ita perfectus, quin ulterius possit perfici IV 616 2\* — Nemo repente fit summus III 678 f. 4. IV 336 f. 1 — In viris perfectis, qui non assurgunt ad maiora, caritas habet statum augmenti secundum actum I 317 a — potest redire ad imperfectionem I 313 arg. 3 — cadentes a caritate frequenter non resurgunt ad illam perfectionem, a qua ceciderunt III 679 a — difficulter resurgunt IV 333 1\*

— Perfectorum est duci spiritu amoris III 885 b — ambulant in libertate spiritus IV 49 arg. 4 — In perfectis non ita viget timor propter securitatem, quam ex perfectione amoris concipiunt III 765 b — Paucissimos aut nullos est reperire in perfectione caritatis per tranquillitatem, ita ut careant omnino pronitate III 848 b

— non tenentur ad plura quam imperfecti, quantum est de perfectione caritatis III 661 f. 3. 667 a — Omnino perfectus perfectione tranquillitatis dicens verbum otiosum non peccat mortaliter III 848 b

— Quidam sunt perfecti publici, quidam occulti III 849 a — publici dicendo falsum scienter peccant mortaliter, quia faciunt contra conscientiae dictamen et alios scandalizant active *ibid.* — Viris publice perfectis adhibetur fides tanquam conservatoribus veritatis *ibid.* Vide V. *Mendacium.* — publici tenentur in persecutione fidei stare et libere confiteri, ne alii cadant a fide *ibid.*

— soli non superaedificant cremabilia IV 559 d. 2, 3 — perfectione completa non habent aliqua debita, et statim post mortem eis debetur vita aeterna IV 518 6\*

— propter dilectionem Dei paratus est mori pro fratre III 654 d. 5

PERFECTIO — Perfectum est, cui non potest fieri additio I 316 f. 3. 684 a. III 279 arg. 6 — Perfecto in quantum huiusmodi non est possibilis additio I 312 2\* — Perfectum non patitur augmentum nec additionem I 317 a — Omne, quod est ultra perfectionem, superfluit I 53 arg. 2. 57 f. 2 — Perfecto perfectione simpliciter nihil potest addi I 317 a. III 743 2\* — Perfectioni secundum quid superaddi potest perfectio simpliciter III 743 2\*. 806 1\* — Perfectionis non est perfectio per se loquendo, secundum quod perfectio, sed perfici potest, secundum quod habet in se aliquam imperfectionem III 807 5\* — Perfectum non potest esse pars alterius I 355 f. 3 Vide V. *Totum* in indice philos. — naturae consistit in toto composito, non in altera eius parte IV 884 a

— Idem potest esse per essentiam magis perfectum et minus perfectum II 660 a — Magis et minus perfectum non diversificant speciem III 762 arg. 2 — Perfectum et imperfectum non variant rem secundum essentiam II 659 f. 3

— Secundum ordinem dignitatis magis perfectum est prius quam minus perfectum II 385 7\*. IV 151 arg. 1 Vide V. *Imperfectum.* — in omni genere est ante imperfectum II 19 arg. 1 — praecedit imperfectum, ubi sunt circa diversa II 65 b — Ordinata productio procedit ab imperfecto ad perfectum II 417 f. 4

— vel est per essentiam, vel per participationem II 143 d. 3 — Perfectum dicit complementum sive completionem, in qua est status simpliciter, vel in genere *ibid.* — est simpliciter, vel in genere I 317 a. 352 d. 9 — Perfectum absolute est, in quo est status simpliciter II 143 d. 3 — in genere est in omnibus, quae pertingunt ad actum completum, ad quem sunt I 317 a

— Omne perfectum est a causa perfecta II 806 f. 4

— Perfectissimum se ipso perfectum est II 24 6\* — Omne perfectissimum est omne illud, a quo perficitur et denominatur I 572 f. 2 — Omne, quod ab alio perficitur, habet potentiam passivam I 685 arg. 1

— Quanto magis est privatio divisionis in aliquo, tanto illud est completius et perfectius I 422 3\* — Quanto aliquid perfectius, tanto magis accedit ad unitatem I 420 f. 2 — Quanto aliquid magis colligitur, tanto est perfectius, et quanto magis dispergitur, tanto magis recedit a perfectione et complemento II 889 3\* — Perfectioni repugnat recessus ab unitate et ab origine I 55 b — summa consistit in trinitate et unitate II 238 a — Omne perfectum in tribus dicimus I 58 a

— summa est in Deo I 53 a — Deus est perfectissimus in fine totius perfectionis II 24 b. 40 b — In Deo est summa omnis perfectionis I 180 f. 3 — Divina essentia est omni perfectione perfecta I 747 a — In Deo reperitur omnis perfectio et bonorum omnium aggregatio II 638 b — Omne, quod perfectionis est, in Deo ponendum est I 55 b. 72 1\*. 226 1\* Vide V. *Deus II.* — Si Deus sine rebus perfectum bonum non esset, nec cum rebus esset II 24 a

— participata est secundum naturam per egressum a Deo, et secundum gloriam per regressum in Deum II 143 d. 3 — summa rerum est in coniunctione primi cum ultimo III 19 f. 2. 20 b

— Perfectius est unumquodque, quando est coniunctum suo actui IV 991 arg. 2 — ultimata est coniuncta actui IV 1008 f. 4 — summa est in actu continuo sive in habitu ut actu IV 1001 5\*

— est quantum ad esse primum, vel quantum ad esse secundum II 48 1\*. 699 3\* — quantum ad primum esse est forma substantialis, sed quantum ad bene esse accidentalis forma est perfectio ipsius compositi IV 1001 4\* — secunda inest secun-

## PER

dum aliquam potentiam, quae differt a substantia IV 1006 f. 3 — quantum ad esse secundum vel habet ortum a principiis naturae, vel est supra perfectionem naturae II 699 3\*. 704 4\* — quantum ad bene esse causatur a principiis subiecti, vel a superiori et haec est nobilior IV 1001 4\*

— Perfectum est aliquid, cum attingit propriae virtuti II 697 arg. 3 — Actio est a perfectione I 685 arg. 1 — Quod perfectum est potest in tale quale ipsum est IV 642 arg. 3 — Perfectum est quod potest generare tale, quale ipsum est I 180 f. 3. 251 arg. 3. 364 b — Perfectionis est producere talem, qualis ipse est in natura I 53 f. 2 Vide V. *Generatio G.* — Multiplicare se perfecte est perfectionis I 55 4\* — omnis creaturae est in hoc quod possit aliud a se producere I 746 f. 2 — Quanto producens est perfectius, tanto plus influit in rem II 14 f. 1

— Aliquid dicitur perfectum in se, vel in ordine III 654 d. 5 Vide V. *Optimum, V. Deus 55* et V. *Mundus.*

— In omni creatura reperitur perfectio secundum rationem vestigii, quando producta est ad modum, speciem et ordinem sibi competentem II 143 d. 3 — Deus probabiliter omnia fecit in statu nobilissimo et perfectissimo II 133 b

— universi aggregata est ex diversitate I 345 1\* — Ordo et inaequalitas facit ad perfectionem I 782 b. IV 1010 f. 4 Vide V. *Aequalitas* et V. *Mundus.*

— De perfectione operum Dei vide V. *Deus 55.*

— iuncta imperfectioni non est de perfectione universi simpliciter, sed solum secundum statum praesentem IV 995 6\* — Quod est corruptibile non est de perfectione universi secundum statum finalem *ib.* 5\* Vide V. *Mundus.*

— Perfectissimum est omnium regula II 355 arg. 4 — Nihil, quod est perfectionis vel disponit ad perfectionem, deordinat II 114 a

— Unumquodque perfectibile naturaliter appetit suam perfectionem IV 1003 f. 4 Vide V. *Forma* in indice philos.

— Potentia indiget compleri per suam perfectionem I 746 arg. 3. II 681 arg. 3 — Potentia perficitur per actum I 746 arg. 2 — Potentia completior est, cum est suo actui coniuncta, ad quem ordinatur simpliciter II 1004 4\* — Potentia per actum, qui plus tenet rationem defectus, magis deordinatur, quam perficiatur *ibid.* — Potentia non potest se per suum actum perficere, potest tamen se per suum actum deordinare et deficientem facere *ib.* 3\*

— animae est habitus vel dispositio IV 1000 f. 4 — moris acquisita praesupponit perfectionem naturae, non vero perfectio infusa IV 114 3\* — Gratia est perfectio animae, quia unit bono increato II 638 1\* — Virtutes perficiunt habilitando ad actum debitum III 807 5\*

— virtutis consistit in accessu ad extremum, vel ad medium IV 966 b — Virtus vera dicitur, quae est perfecta IV 836

2\* — Perfecta virtus optimorum est operativa III 662 a

— Bonum perfectum est bonum meritorium II 956 d. 2 — Opus est perfectum, si competit statui IV 402 d. 14

— consistit in actibus potentiarum per conversionem ad Deum et per comparisonem ad bonum inferius IV 757 a — secundum quid est in specialibus virtutibus, quae respiciunt speciales actus et obiecta, perfectio autem animae simpliciter non est nisi in universitate virtutum cum gratia et caritate III 806 1\* — Secundum statum perfectionis una virtus non est sine ceteris III 798 b, 2\*

— iustitiae nulli homini attribuenda IV 571 d. 3

— Consummatio configurat divinae potestati IV 635 b — De actu perficiendi *vide V. Angelus-actus et V. Doctor.*

— est sufficientiae vel superabundantiae II 817 d. 3. III 654 d. 5. IV 643 3\* — sufficientiae est perfectio in genere et secundum quid, perfectio excellentiae et superabundantiae est perfectio simpliciter III 742 2\* — Ultra sufficientiam necessitatis est excellentia supererogationis, quae illi potest superaddi *ibid.* — Liberalitas divinae benignitatis providit homini et contulit habitus expedientes non solum ad opera necessaria rectitudinis, sed etiam perfectionis et supererogationis III 738 5\* — Dum ascenditur ad perfectionem, caritas augetur I 313 arg. 3

— distinguitur secundum naturam et secundum tempus II 143 d. 3. III 654 d. 5 — Perfectus dicitur aliquis vel quantum ad durationem temporis, vel quantum ad status sublimitatem, quae perfectio consistit in operibus supererogationis IV 343 d. 8

— maior debet esse in nova lege IV 542 d. 3 — Evangelium respicit statum perfectionis III 885 a

— sufficientiae consistit in adimpletione mandatorum, perfectio religionis in observantia consiliorum, praelationis in regimine subditorum, comparisonis in ostensione exemplorum, tranquillitatis in consummatione difficillimorum et optimorum III 662 a — est voti sive religionis, et perfectio caritatis, qua homo perfecte adhaeret Deo, quae dicitur perfectio tranquillitatis III 848 b — In perfectione consummatio prima est per gratiam baptismi et poenitentiae, excellentior in consecratione abbatum et virginum, excellentissima in consecratione episcoporum IV 635 b

— respicit gratiam gratum facientem, vel est status, qui concernit aliquid gratis datum et aliquid exterius IV 650 4\* — In religione est perfectio, quae respicit gratiam gratum facientem et est interius tantum *ibid.* — Ordo collocat in statu perfectionis IV 642 f. 4 *Vide V. Ordo-Sacramentum.*

— quae est in Imitatione Christi, substantialiter consistit in tribus votis, in quibus homo maxime assimilatur Christo IV 824 a

— Omnes obligantur ad perfectionem sufficientiae III 662 a, 1\* — Opera perfectionis non cadunt sub praecepto, sed magis sub admonitione et consilio *ib.* a, 3\* — Homo non semper debet se magis exercere in his quae sunt maioris perfectionis III 670 5\* — In his quae sunt perfectionis non est retrocedendum IV 292 f. 5. 816 f. 2. 853 2\*

— Perfectioni religionis nihil potest aequari nec pro illa recompensari IV 824 a — Non est maior perfectio quam sit status religionis IV 649 arg. 4

— Peccat qui impedit aliquem ingredi statum perfectionis ea ratione, qua in illo exstinguit bonum propositum et Spiritus sancti donum IV 732 4\* — Votum status perfectionis licitum est et obligatorium IV 697 d. 2 — Qui iurat, se non intraturum in statum perfectionis, quodam modo impugnat ipsius iustitiae perfectionem III 879 b. 880 3\*, 4\*

— gloriae est, in quantum creatura redit in Deum II 143 d. 3 — nobilissima creaturae est beatitudo I 58 a — plena animae est in gloria III 793 a — omnimoda est in Beatis, ita ut in eis non possit esse defectus II 1002 5\* — Fides non stat cum perfectione completa IV 915 3\*

PERFERRE — molestias, etsi habeat iunctum sibi pati, tamen plus dicit actionem quam passionem III 729 d. 3 — molestias est fortitudinis *ibid.*

PERICULOSUM — dicitur aliquid, aut quia periculi causa, aut periculi occasio III 868 2\*

PERIURIUM — generaliter complectitur iuramentum inordinatum III 861 f. 1. 862 a. 864 f. 2. 865 b — contingit in iuramento assertorio propter defectum veritatis, in iuramento obligatorio propter defectum iustitiae et iudicii III 862 a — omne sive assertorium, sive obligatorium claudit in se mendacium large dictum, non vero proprie *ibid.* sq. 864 a — est etiam in assertionem falsi, quod putatur verum III 861 f. 3. 862 a, 2\* — Qui verum iurat, sed intendit iurare falsum et per iuramentum illud proximum laedere incurrit periurii crimen III 861 f. 4. 862 2\* — non excusatur per aestimationem falsam in his quae creduntur sine certitudine III 862 3\*, 4\*. 864 1\*

— Periurans facit contumeliam summae Veritati, assumendo eam in vanum et ad confirmationem eius, ad quod non deberet assumi III 862 1\*. 864 f. 3, a, 2\*. 866 3\* — facit summae Veritati contumeliam, assumendo eam ad confirmationem falsi sciti, vel falsi opinati, vel etiam dubii III 862 1\*. 863 b

— non tantum deordinat hominem ad proximum, sed etiam ad Deum III 864 a — In falso testimonio fit iniuria summae Veritati et proximo III 831 d. 2 — falsum per lapidem semper est periurium, si fiat serio III 871 b — opponitur veritati, ut est virtus et regula locutionis et operationis III 864 3\*

— ut facit contumeliam summae Veritati, prohibetur in secundo mandato pri-

mae tabulae III 862 1\* — in quinto mandato secundae tabulae prohibetur quantum ad falsitatem sermonis et intentionis, vel coniunctim vel divisim *ibid.* — ratione iniuriae, quae fit summae Veritati, prohibetur in secundo mandato primae tabulae; quantum ad iniuriam, quae fit proximo, in quinto mandato secundae III 831 d. 2. 836 d. 8

— commissum circa iurationem deliberatam et solemnizatam est grave peccatum et enorme III 865 b — deficiente deliberatione non est mortale, sed veniale *ibid.* sq., 2\*, 3\*, 4\* — omne, quod fit cum plena deliberatione et consensu, est mortale III 866 a, 1\*, 2\* — Quando aliquis iurat falsum ex quadam consuetudine vel ioco sine deliberatione, non proprie contemnit summam Veritatem nec infert contumeliam, sed potius omittit debitum honorem *ib.* 3\* — non deliberatum est circumstantia aggravans levis peccati, sed non trahens in genus peccati mortalis *ib.* 4\* — etsi sit veniale, est valde cavendum *ib.* a, 4\*

— est malum in se et secundum se, ita quod nullo modo possit bene fieri III 864 a, 4\* — coactum non excusatur a toto, sed a tanto *ib.* 4\*. 877 b

PERMANENS — Quod habet esse permanens est in instanti IV 249 b — Omne succesivum reducitur ad permanens II 61 arg. 5

PERMISSIO — dicitur non cohibere, vel non punire temporaliter, vel non prohibere, vel minus bonum indulgere I 843 3\* — dicitur per privationem praeceptionis, vel per privationem prohibitionis, vel per privationem punitionis, vel per privationem cohibitionis IV 760 b

— Aliquando permittitur minus malum, ne veniat peius IV 825 d. 4 — Permittere malum propter maius malum vitandum potius est pati quam agere IV 760 1\* — Permittens malum est causa eius, si tenetur et debet impedire, si vero non tenetur ad hoc, immo magis ad contrarium, facit iuste I 721 5\* — Permittere malum non cohibendo nec in facto nec in retributione consentire est; non cohibendo manum, tamen puniendo et arguendo transgressorem, non est consentire I 844 1\*

— est signum divinae voluntatis absolutae et respectu praesentis I 842 b. 843 2\* — Nihil potest fieri contra divinam permissionem I 842 arg. 2, b. 843 2\* — non est signum, quod Deus velit illud quod permittitur, sed illud quod ex eo elicitur I 848 d. 2

— est respectu mali culpae I 842 arg. 2 — De permissione mali *vide V. Deus 55, V. Malum-permissio, V. Iustitia et V. Peccatum 10.* — Omnia mala dicuntur a Deo permissa, quia non cohibet IV 760 b — Peccata venialia dicuntur permissa, quia non prohibita *ibid.*

— potest revocari IV 762 4\*

PERPETUUM — Primum perpetuans est omnino in actu et nihil in potentia I 78 d. 2 — omne est incorruptibile I 159 arg. 6



PER

— non corrumpitur, corrupto transmutabili, quando ab illo non dependet II 720 3\*

— Aliqua creatura naturaliter est perpetua I 159 arg. 6 — Perpetuitas est de ratione imaginis *ibid.* Vide V. *Imago-creata* (158 b) et V. *Immortalitas*.

PERPLEXITAS — Nemo est perplexus simpliciter II 907 b. IV 681 5\*

PERSCRUTATIO — est actus pertinens ad cognitivam III 325 d. 2

PERSEVERANTIA — dicitur propositum perseverandi, vel continua permanentia in bono usque in finem II 990 a — ut propositum est virtus, vel dispositio virtutes consequens II 705 4\* — ut dicit voluntatem perferendi passiones sine defectione, est virtus et species fortitudinis III 793 3\* — est ramus fortitudinis IV 322 a

— ut dicitur propositum perseverandi in bono usque in finem, est conditio annexa cuilibet virtuti II 990 a. III 793 3\* — ut dicitur continuatio boni usque in finem, non est virtus, sed potius status consequens ad omnes virtutes II 705 4\*. III 793 3\*. IV 322 a, 4\* — ut habitus est in omnibus iustis, aliis virtutibus connexa III 793 3\* — ut continua permanentia in bono includit gratiam finalem II 990 a

— ut continuatio boni usque in finem in praescitis non reperitur nec necessario aliis virtutibus nequitur III 793 3\* — Omnes et soli praedestinati in gratia finaliter perseverant I 711 f. 2. 728 arg. 5 — Non perseverare finaliter est signum, quod homo non fuit electus I 711 f. 2

— Nihil efficaciter est dignum remuneratione sine finali perseverantia II 336 b — Quidquid homo faciat, non salvatur, nisi finaliter perseveret II 931 a — Meritum condigni includit perseverantiam II 691 d. 2 — Opera non sunt digna vita aeterna, nisi supposita perseverantia IV 379 d. 8 — Bona, in quibus quis permansit finaliter, sola digna sunt retributione IV 900 a — In gratia finali consistit omnis gratiae efficacia II 983 2\* Vide V. *Meritum* (210 c) — Utilius est habere parvam caritatem usque in finem perseverantem quam magnam et in media via deficientem III 679 2\* Vide V. *Gratia* 21 et V. *Peccatum* 10.

— Aliquis potest mereri finalem perseverantiam I 728 arg. 5

PERSONA — dicitur a personando I 405 b — Personare dicitur quasi a se resonare et in sono praeminere aliis *ibid.* — dicta a personando dicitur penultima producta, ratione dignitatis *ibid.* — dicitur quasi per se sonans *ib.* f. 1. II 106 b. III 228 f. 5 — est quae potest loqui per se II 406 d. 1. III 136 arg. 5 — dicitur de homine larvato I 405 b sq. — dicitur quasi per se unum *ib.* f. 1, b. III 136 f. 1. 228 f. 5

— de intellectu generali et primo dicit suppositum certum substantiae I 437 a — dicit suppositum *ib.* 7\* — aliquando valet idem quod suppositum III 228 4\* — aliquando dicitur certum suppositum alicuius verbi I 60 d. 4 — large dicitur pro omni, quod reddit determinatum suppositum ver-

bo III 254 3\* — large sumta secundum modum significandi grammaticum dicitur esse in nomine vel pronomine, secundum quod reddit suppositum verbo III 137 5\* — Theologus considerat personam secundum proprietatem rei *ibid.*

— dicit idem quod suppositum rationalis naturae, ut est in genere substantiae II 106 a — Personalis discretio est penes quod est II 410 d. 1 — dicit substantiam et quid per se existens I 435 arg. 5 — Personalitas non est in genere accidentis II 405 f. 2. 406 a — Discretio personalis dicit per modum accidentis, tamen principaliter dicit quid substantiale et consequenter aliquo modo accidens, quod immediate habet ortum a principiis substantialibus II 106 a sq. 107 1\* — Personalitas attenditur quantum ad esse naturae sive quantum ad esse primum III 137 6\*

— est substantia prima I 417 b — Nomen substantiae in definitione personae non stat pro substantia communi, nec pro hypostasi ut incommunicabili per praedicationem I 440 3\* — dicitur substantia in quadam communitate ad substantiam primam et secundam, quam nomen individua coarctat, ut stet pro substantia prima I 441 a

— dicitur secundum substantiam ut quis, quia indicat suppositum certum et distinctum I 437 a, 7\* — dicit suppositum ut actu distinctum, sive ut quis est I 409 b — praedicatur ut quis I 144 d. 3. 461 6\* Vide V. *Aliud et V. Genus*. — non dicit aliquid, sed aliquem I 369 2\*. III 139 5\* — dicitur esse aliquis, vel aliquid, ut dicitur communiter ad essentiam et personam I 144 d. 3 — improprie exprimitur per neutrum I 414 1\*

— est rationalis naturae individua substantia I 417 b. 435 arg. 4. 439 a. 441 4\*. II 105 f. 2. III 124 arg. 2. 132 arg. 1. 135 arg. 3 — in divinis praecipue definitur intellectualis naturae incommunicabilis existentia I 441 4\* — est individuum intellectualis naturae I 415 5\* — de speciali et ultimo nominis intellectu dicit rationalis naturae suppositum proprietate distinctum I 436 b. 437 a — dicitur habens suam naturam intellectualem ab aliis distinctam I 405 f. 2 — est hypostasis proprietate distincta I 436 arg. 4 — dicit suppositum distinctum proprietate ad dignitatem pertinente I 405 b. 409 b. 410 b. 441 4\*. III 135 arg. 2 — significat suppositum rationalis naturae distinctum ab aliis proprietate dignitatis inter creaturas I 406 a

— est per se existens iuxta quendam singularis existentiae modum naturae rationalis I 436 arg. 2. 441 4\* — Personalitas dicit modum existendi per se III 229 5\*. 231 b

— nominat suppositum in comparatione ad naturam, cui subicitur III 158 1\* — In persona cadit intellectus naturae I 587 a — Impossibile est intelligere personam sine essentia I 142 4\* — Intellectus personae praesupponit intellectum naturae, cum natura dat personae primum esse III 153 3\* — praesupponit intellectum na-

PER

turae, quia ex naturis est I 184 b — Addit aliquid super naturam et aliquid formale II 108 f. 6 — non addit aliquam formam supra naturam *ib.* arg. 2

Definitio in persona creata dicit aggregationem I 440 1\* — in creatis dicit rem compositam differentis I 406 3\*. 440 1\* — quae habet primum esse ex natura composita, est composita III 153 3\*, 4\* — Pluralitas naturarum non impedit simplicitatem personae, quam consequitur I 183 6\*. III 163 3\* — Unitas naturae ad hypostasim aliquo modo admittit differentiam in omni creata natura III 131 2\*

— In persona intelligitur qui est et quo est I 479 d. 1 — importat suppositum et proprietatem distinguentem I 436 b sq. — quia incommunicabilitatem habet ratione eius quod subest proprietati distinguenti, dicit habitudinem ad proprietatem I 443 a — plures in Angelis et hominibus differunt differentia individuali II 103 f. 3

— Nomen personae de se importat distinctionem I 436 arg. 4 — dicit individuum sive incommunicabile de ratione sui nominis I 442 arg. 2 — dicit incommunicabile secundum rationem per privationem communitatis I 443 a — Privatio communitatis in persona magis est positio quam privatio *ib.* b — Incommunicabilitas non est pura privatio, sed importat distinctionem I 445 3\*

— habet incommunicabilitatem per praedicationem, per compositionem et per unionem I 440 3\* — dicit quid incommunicabile et distinctum, in quantum non venit ad tertii constitutionem nec habet universalitatis praedicationem III 125 1\* — est individua substantia per privationem compositionis et praedicationis communis *ib.* 2\* — Personae convenit esse in uno solo I 183 2\* — Ad completam rationem personae requiritur distinctio singularitatis, quia non est commune ad plura, sed dicitur de uno solo; distinctio incommunicabilitatis, quia non est alicuius pars sive veniens in compositionem tertii; et distinctio supereminens dignitatis, quae accipitur a proprietate digniori III 133 1\*. 136 b. 137 2\*

— de ratione sui nominis importat completionem I 406 2\* — est perfecta completio naturae rationalis III 127 f. 4 — dicit quid completum et distinctum ultima completionem III 132 f. 3 — dicit ultimum in genere rationalis naturae I 405 f. 3 — habet summam completionem in genere creaturae III 125 arg. 3 — Ratio personalitatis plus dicit completionem quam intentio speciei III 137 4\* — dicit quid completissimum in genere substantiae, ita quod non est ordinatum ad ulteriorem perfectionem in eodem genere III 136 f. 2 — dicit hypostasim, in qua est substantia totius esse rei, et proprietatem supereminens dignitatis III 229 4\* — importat proprietatem dignitatis et excellentiae et fundamentum totius existentiae naturalis III 230 b

— Ratio personae attenditur in aliquo secundum excellentiam dignitatis in eo III 228 b — dicit completionem respectivam,



quae est dignitas superexcellendae III 229 2\* — Personalitas accipitur penes dignitatem excellentiae respectu omnium, quae sunt in ipsa persona III 365 4\* — Dignitas personalitatis dicitur actualem eminentiam creaturae rationalis, ita quod in supposito nulla sit alia natura ita principalis II 106 b

— Personalis discretio dicitur maximam actualitatem in creatura, quia tale nullo modo est ad alterum possibile II 108 f. 4 — non est aliquid alii coniunctum, saltem digniori III 228 f. 5 — Ratio personae non est in eo quod est coniunctum digniori *ib.* b — non est quod unitur rei digniori unione naturali vel personali III 229 3\* — Quod natum est venire ad constitutionem tertii non est persona III 136 f. 1 — ratione supereminendae dignitatis non potest uniri alteri digniori III 125 2\*, 133 1\*, 2\* — est ita unum in se, quod non est alteri unibilis III 125 arg. 3 — Ad dignitatem personae spectat, quod nulli uniat unione, quae est per compositionem *ib.* 3\* — Incommunicabilitas per compositionem excludit animam hominis, quae est alii componibilis; incommunicabilitas per unionem excludit naturam humanam in Christo, quae est unita digniori I 440 3\*

— est nomen dignitatis III 132 arg. 2. 133 1\* — Nomen personae pertinet ad notabilem dignitatem III 228 f. 4 — dicitur dignitatem maxime in ecclesiasticis, ratione distinctionis dignitatum I 405 f. 4. 406 a — Personalitas cuilibet inest ratione eius quod est in eo dignissimum III 228 f. 4 — semper habet denominari a digniori proprietate III 159 4\* — Personalis discretio in creatura dicitur maximam nobilitatem II 108 f. 3 — Discretio personalis addit super discretionem individualem dignitatem personalitatis II 106 b. 107 4\* — Non omne, quod distinguitur numero, distinguitur personaliter III 137 4\*

— Personalitas dicitur nobilissimam conditionem, quae reperitur in substantia rationali III 364 arg. 4 — ratione dignitatis non reperitur nisi in individuo nobilissimae naturae et ratione nobilissimae proprietatis III 133 1\* — Personalitas est dignitas et proprietatis nobilitatis reperta in creatura rationali completa III 227 arg. 2 — non convenit nisi supposito rationalis creaturae I 410 b — Dignitas personalis non est nisi in creatura rationali III 37 f. 2 — Dignitas personalitatis dicitur nobilitatem naturae rationalis, quae tenet principatum inter naturas creatas II 106 b — dicitur rationalis naturae, quae habet potentiam discernendi bonum a malo et verum a falso I 440 2\* — Proprietatis personalis non potest esse in carentibus vita et ratione et sensu III 38 a

— dicitur dignitatem principaliter ratione formae II 110 a — Dignitas personae attendenda est respectu naturae III 458 1\* — Personalis discretio est ex existentia naturae nobilis et supereminendae in supposito II 106 b — In discretionem personali accidentaliter est comparatio ad alteram personam, respectu cuius habet distingui et numerari, et eminentia dignitatis in supposito respectu al-

terius naturae II 107 1\* — Supereminendae in supposito consequens ad naturae nobilitatem dicitur quendam dignitatem accidentalem II 106 b. 107 4\* — In Christo natura rationalis creata non facit personalitatem, quia deficit ei actualis eminentia II 106 b. 107 4\*, 4\*

— Personalis discretio dicitur singularitatem ex coniunctione principiorum II 110 a — Distinctio personalis venit ex principiis constituentibus et particulantibus II 104 4\* — differunt in suis principiis substantialibus II 105 f. 4 *Vide V. Individuatio* in indice philos.

— In hominibus est distinctio personalis secundum originem III 40 f. 1, b — Quando anima et caro uniantur inter se et non coniunguntur digniori, non solum ex eis constituitur natura, sed ex ipsa natura hypostasis et persona III 134 3\* — non convenit animae per se, sed toti coniuncto III 136 f. 3. 137 3\*, 6\*

— In uno non potest esse nisi una personalitas III 365 4\* *Vide V. Christus* 2. — Si in Christo essent duo supposita et duae hypostases, non esset unum nec esset in eo vera unio III 231 a — Si Christus est duae personae, ergo non est unus et ita non est III 228 f. 3

— Plures naturae possunt esse in una persona I 285 d. 2. III 365 4\* — In homine una persona habet plures naturas, corporalem et spiritualem I 413 b — plures sunt in una substantia propter convenientiam in natura III 15 3\* — plures possunt esse in una natura simplici, et plures naturae in una persona III 158 3\* — Secundum fidem in Deo sunt plures personae et una natura, in Christo plures naturae et una persona III 133 a — Convenientia in natura non repugnat distinctioni in persona, sicut nec diversitas in natura repugnat unitati in persona III 15 3\* — Diversitatem naturarum non sequitur diversitas in persona I 285 d. 2

— est generale secundum communitatem nominis I 416 b — specificatur per naturae determinationem, vel per propria personarum I 415 5\*

— prius dicitur de personis creatis secundum nomen, sed secundum rem nominis per prius de increatis I 444 f. 4. 445 a — de creatis et increatis dicitur secundum consimilem habitudinem et analogice I 444 b sq., 1\*, 2\* — non est commune univocum personis creatis et increatis I 445 a — de personis divinis vel creatis dicitur analogice secundum aequalitatem et quodam modo univocum I 444 b sq.

— convenienter et proprie in divinis dicitur de supposito distincto proprietate nobilissima I 406 a — ponitur in divinis proprie ut nomen speciei *ib.* 2\* — Nomen persona convenienter dictum est *ib.* 4\*. 417 d. 3 — prius secundum usum aequivalebat substantiae I 406 1\*. 552 d. 8 — est nomen translatum, deficiente proprio pro graeco hypostasis I 406 4\*. 412 b

— dicitur de tribus per distributionem I 442 f. 2 — est communis tribus, sed

plurificatur *ib.* b — est nomen commune, quod distinguitur I 414 2\*. 416 b — est nomen multiplicabile I 416 b. 436 arg. 3 — non praedicatur de tribus personis simul sumtis singulariter I 400 a. 404 a. 435 arg. 4 — secundum aliquos dicitur incommunicabile significatum in concrectione I 409 b

— non est solum commune communitate nominis I 442 f. 1, arg. 4 — non dicitur, quantum est de se, unam formam naturalem nisi in obliquo I 443 a — est tribus communis, non positive nec secundum unitatem naturae absolutae nec secundum rem, sed secundum privationem et secundum rationem fundatam in re I 442 b sqq., 4\* — dicitur habitudinem consimilem ad proprietatem in qualibet divinarum personarum I 443 a — est commune secundum habitudinem I 444 3\*, 4\* — ponit circa suppositum, de quo dicitur, intentionem subiiciendi et non praedicandi de pluribus I 443 b — importat inter plures privationem communitatis, similitudinem habitudinis ad proprietatem distinguentem et intentionem rationis *ibid.* — de pluribus non dicitur nisi communitatem habitudinis, super quam fundatur communitas rationis I 444 b — non privat communitatem rationis I 443 2\* — Haec persona in divinis non addit supra personam *ib.* 1\* — non potest specificari per aliud nomen nisi per adiectiva vel per nomina personarum I 415 5\* *Vide V. Deus* 26.

— Definitio Boethii convenit divinis personis I 439 f. 1, 2 — Definitio personae divinae cadit a ratione definitionis, sed tenet rationem cuiusdam notificationis I 440 4\* — Definitio Boethii, quae videbatur improprietatem sonare, correctae est a Richardo et a magistris I 441 4\*

**PRAETERITUM** — sive quod fuit non est I 792 a — aliquo modo non ens est I 151 b — non dicit vere ens in actu, sed illud quod fuit et non est I 754 a — non est nec est ordinatum ad praesens *ibid.* — non dicit omnino nihil, etiam si de esse eius nihil omnino remanserit I 753 b — recte dicitur carere omni existentia *ibid.* sq. — Propositio de praeterito non fundatur super aliquid ens actu vel potentia I 754 a — Propositio de praeterito fundatur super ordinem eius ad praesens I 829 b

— semper significat ut praeteritum I 490 d. 5 — Verbum de praeterito significat praeteritum, nisi habeat vim ampliandi ad futura III 182 4\*

— Non resumitur idem quod praeteritum IV 430 b — Transiens in praeteritum efficitur intransmutabile et amplius idem numero resumere non potest II 941 1\*

— non indiget producente nec conservante I 754 a — Deus non potest destruere praeteritum *ibid.* 791 4\* — in quantum largius sumtum includit successionem temporalem, potest destitui a Deo I 754 a

— necesse est esse praeteritum I 723 d. 6. 753 b. II 975 a. IV 917 d. 1 — Contingens transiens in praeteritum est necessarium III 248 4\* — Omne dictum de praeterito verum est necessarium, si transit omnino in praeteritum, non vero, si connotat contingens I 678 b. 679 2\*. 723 d. 6. III 510 b

— In praeterito est perfecta certitudo IV 384 5\* — Homo non cognoscit praeterita per ea quae sensu cognovit, sed per divinam illuminationem III 549 3\*

— non cadit in Deo I 151 b. 163 d. 5 — In Deo nihil transit in praeteritum I 709 a — est in effectibus Dei, sed non circa ipsum III 513 3\* — non proprie, sed large de Deo dicitur I 164 d. 8 — dicitur de Deo, quia eius duratio non coepit I 163 d. 8 — dictum de Deo significat, eum nunquam habere principium I 190 d. 5 — dictum de Deo importat durationem divini esse sine initio *ibid.*

— Anima circa praeterita non ordinatur principaliter per aliquam virtutem III 557 2\* — Rememorati praeteritorum factorum annectitur actus prudentiae, ut futura melius agat, praeteritorum malorum actus poenitentiae, ut doleat, praeteritorum beneficiorum, ut gratias agat *ibid.* — Memoria praeteritorum ordinat ad cautelam futurorum III 729 d. 2

**PRAEVARICATIO** — humani generis sumit exordium ab homine tanquam a principali auctore, a daemone sicut a suggestore III 41 4\*

**PRAXIS** — Scientia per modum praxis est in qualibet virtute et eis essentialis IV 481 4\*

**PRESBYTER** — vocatur senior vel episcopus IV 643 1\* — Presbyterae vocantur viduae et seniores et matronae IV 650 a

**PRETIUM** — Carius habetur id quod emitur quam pretium, quo emitur, quando pretium ab emente omnino alienatur et

## PRI

transfertur in dominium alienum III 705 1\* — pro quo eramus obligati, solutum est in redemptione a Christo secundum humanitatem IV 131 2\* *Vide V. Redemptio.*

**PRIMITIA** — dicuntur ea quae primo nascuntur, in quibus intensior est naturae vigor, ut ad maturitatem pertingant III 95 d. 2 — dicitur ab eo quod est primum prioritate temporis, vel dignitatis III 94 d. 2

**PRIMOGENITUS** — privat ordinem ad anterius, sed non ponit ordinem ad posterius IV 713 d. 4

**PRIMUM** — est quod habet ordinem et non ad principium I 497 b — Non esse ab alio est esse primum I 470 a. 498 a — dicitur per privationem prioris, aut respectu secundi I 500 4\* — supponit prius I 220 arg. 1 — et immediatum est idem I 225 arg. 3 — dicitur aliquid et secundum ordinem temporis et secundum ordinem dignitatis III 94 d. 2

— ratione primi dicit nobilem positionem et ad eius positionem sequitur positio secundi I 470 a — est conditio nobilitatis *ibid.* 472 a

— aut solum dicit ordinem, aut substantialem differentiam I 371 2\*

— omne est simplicissimum I 165 f. 1 — Omne simpliciter primum est quidquid habet, excepto eo quod est ex illo I 572 f. 3

— In quolibet genere est reperire unum primum, quo mensurantur omnia, quae sunt illius generis II 94 f. 2. 810 arg. 6

— Status est in primo I 470 b. IV 508 b — In primis est status I 78 d. 3. 579 arg. 2. II 23 4\* — Ordo originaliter reducitur ad primum II 14 a — Si non est primum, non est ordo II 21 f. 2 — In causando statur in primo I 324 5\* — Status est in primo principio I 53 arg. 4 — Status est in primo principio, quia primum I 472 a

— Impossibile est, quod primum communicet alii primitatem I 139 b. 472 a — Quae deficiunt a primo cadunt in dualitatem IV 636 b

— quae sunt simplicia ut in pluribus, ita quod in eis sit status, habent potentiam infinitam I 471 a — Primitas in causis facit esse summam influentiam in causa *ibid.* — Ratio primitatis in aliquo genere est ratio principiandi in illo I 470 b — Prima in generibus sunt principia aliorum I 471 a — Quanto aliquid prius, tanto fecundius est et aliorum principium I 53 f. 4 — Primitas ponit omnimodam principitatem I 500 b — Ratio primitatis est ratio principiandi sive fecunditatis I 215 b *Vide V. Fecunditas.*

— Ratio principii debet attribui primo III 770 d. 5 — Quia primum, ideo principium I 470 b. 472 a — Pater est principium, quia primum I 139 b — per se habet, quod sit principium I 472 a — et principium sunt idem I 215 b. 372 f. 3. 472 a. 508 arg. 1 — ut dicitur per privationem prioris, idem est re, sed ratione differt a principio; ut dicitur respectu secundi, cum principio idem est re et ratione I 500 4\* — Primum ens est principium, a quo est omnis entitas I 685 f. 4

## PRI

— principium, quod dicit differentiam substantialem cum ordine, potentius est quam secundum, quod limitatur propter compositionem I 371 2\* — quod dicit solum ordinem, non est potentius altero *ibid.*

— Persona ratione primitatis nata est aliam ex se producere I 54 a — Ubi est ordo personarum, primitas in prima persona est ratio producendi alias I 471 a — Per rationem primitatis in divinis personis est status I 140 6\*

— Primitas summa est in Deo I 53 a *Vide V. Prius.*

— in genere aliquo non est principium extrinsecum II 94 f. 2

— uno modo se habet ad omnia I 819 f. 4. III 701 arg. 2

— Quod est primum in componendo est ultimum in resolvendo IV 583 3\* — Ultima in componendo sunt priora in resolvendo II 496 f. 1. III 740 f. 2 *Vide V. Resolutio.*

— non habent intelligi a nobis neque notificari nisi per posteriora I 421 b — cognoscuntur per negationem *ib.* 1\*. 497 b

PRINCEPS — potest contractus limitare IV 852 a — aliquando punitur in populo pro peccato suo IV 345 a *Vide V. Rex.*

— Diabolus dicitur princeps mundi, sed non quantum ad naturam II 27 1\*

PRINCIPALE — dictum respectu secundarii importat ordinem prioris et posterioris et sic ponit diversitatem I 216 1\* — dicitur ab ordine, aut a dignitate IV 601 d. 2 — Principaliter haberi dicitur quod non habetur ab alio I 221 3\*. 227 d. 3 — In eo principaliter consistit res, in quo consistit eius complementum II 404 arg. 2 — est unum IV 636 b

— Idem est significatum in principali et sumto sive concreto II 472 a

PRINCIPALITAS — in divinis dicit quandam auctoritatem I 216 1\*. 222 a, b

PRINCIPATUS — ordo non dicitur ab actu praesidendi, sed ab habitu vel statu II 253 4\*

PRINCIPIUM — dicit originem I 516 a — Nomen principii impositum est ab actu producendi I 511 b — dicitur quantum ad fieri I 508 arg. 3 — est essendi, aut durandi I 509 2\*. 519 b — est originale, vel initiale I 185 3\* — et initium idem est in creaturis I 508 arg. 2 — et causa in creaturis est idem re, differens ratione, sed non in divinis I 509 3\*

— dicitur primo ad hoc quod est productum sive principiatum I 511 b — Habere principium vel est ut correlativum, vel ut dispositionem I 518 d. 6 — quodam modo dicitur de dispositione respectu eius, ad quod disponit III 752 d. 2

— dicit rationem ordinis I 372 f. 3 — secundum rationem intelligendi prius est quam principiatum I 225 f. 3. 487 arg. 1 — producendi praecedit rerum productionem II 15 arg. 3 — Quod reducitur ad aliquid sicut ad principium ipsum consequitur I 438 1\*

— necessario distinguitur a principiato I 117 f. 2. 446 d. 2 — et principiatum distinguuntur, quia sunt relationes mutuae

I 182 arg. 4 — Idem non potest esse principium et principiatum respectu eiusdem I 120 d. 3 — et principiatum non differunt de necessitate per essentiam I 185 4\* — Principium intra compatitur se in eodem cum principiato, non vero principium extra III 752 d. 2

— Omne, quod habet principium, est principiatum I 117 f. 2 — In quocumque contingit reperire principium, possibile est reperire illud quod ex illo principio causatur III 268 arg. 3

— Principiatum debet assimilari suo principio in generatione univoca III 570 4\* — Principiatum plus sequitur producens, cui plus assimilatur IV 794 arg. 4 — Principiatum magis debet regulari secundum regulas dignioris principii *ib.* arg. 1

— Principiatum plus pendet a principio quam e converso III 646 f. 4 — est nobiliter effectu III 722 arg. 3 — efficiens et perficiens est nobiliter vel aequae quam principiatum, non autem principium disponens III 752 d. 2

— Unius principii unum est principium in uno genere I 512 f. 2 — Secundum unam potentiam et naturam est unum principium I 516 a — Quae sunt eiusdem generis eadem habent principia prima II 861 f. 2 — Quae sunt a diversis principiiis realiter differunt I 235 f. 2 — Si principia sunt distincta, et principiata I 551 d. 6 — In nullo communicant quae differunt in principiiis primis II 26 f. 5

— productivum universi est simpliciter primum II 639 f. 4 — simpliciter primum est fecundum et potens fecunditate infinita et immensa II 40 a — Deus est principium primum non aliunde motum, et sufficientissimum, quod omnia agit per se ipsum, et infinitum, quod omnia ambit I 632 d. 4 — Generalitas principiandi non potest competere rei creatae III 257 d. 1

— Esse principium creaturarum convenit uni soli I 102 3\* — primum, in quo est status, non est nisi unicum II 886 f. 3 — Si essent duo principia, duae essent deitates I 551 d. 6 — Ponere duo principia prima rerum est contra fidem et omnino contra rationem II 26 b. 37 d. 2 — Omnes philosophi concordantes posuerunt unum principium primum mundi effectivum II 37 d. 2

— immediatum nobiliter est quam mediatum I 223 arg. 1 — mediatum reducitur ad immediatum III 88 f. 2

— Quod incipit esse dicitur habere principium sicut dispositionem sui I 519 a — Principium essendi et durandi habet quod habet esse et durare ab alio I 185 3\* — originale non aufert rationem aeterni, initiale vero sic *ibid.*

— Omnes res mundanae habent principium causale aliquo modo II 14 a — In principio vel pure dicit ordinem et connotat privationem respectu alienius temporalis prioris, vel habitudinem mensurae, vel habitudinem causae II 36 d. 2 — mundi, ut supponit pro creatura, significat principium temporis, at non dicit ordinem, sed concomitantiam mensurae ad

## PRI

mensuratum II 37 d. 2 — temporis est instans, vel nunc II 23 4\* — initiale in creatione est nihil IV 228 b. 229 a

— Quod caret principio non potest esse creatum ex nihilo I 788 arg. 1, b — Quod caret principio non habet esse aliunde nec potest habere finem I 742 d. 4

— dicit nobilitatem I 497 b — primum est actus purus II 15 arg. 1

— Ubicumque est vera ratio emanationis et originis, ibi est ratio principii I 508 f. 2 — et principiatum dicitur originis veritatem I 509 a — principaliter importat originem *ib.* 1\* — Filius habet principium essendi, non durandi I 519 b — In divinis cadit ratio principiantis I 120 d. 3 — simpliciter dicitur in divinis I 509 a, 1\* — propriissime recipitur in Deo, prout privatius antequam, maxime quantum ad personam Patris *ib.* 1\* — In divinis est ordo principii et principii I 372 b — ponit ordinem in cognoscendo I 447 b

— dicitur essentialiter respectu creaturae, notionaliter respectu personae III 238 a — essentialiter dicitur respectu creati, notionaliter respectu increati I 510 f. 3 — et principiatum dicitur in divinis de persona respectu personae I 509 a — de sui ratione non tantum est essentialiter appropriatum per additionem, immo etiam dicit proprium personae I 436 a. 517 d. 2 — de se non dicit determinate respectum ad personam vel ad creaturam, sed determinatur per adiunctum I 511 b. 517 d. 2

— dicitur analogice respectu personae et creaturae I 511 a sq. — essentialiter et notionaliter dictum non dicitur aequivocae, sed analogice, quia essentialiter dictum aliquid connotat, personaliter nihil *ibid.* — dicit respectum ad actus generandi, spirandi et creandi, qui non conveniunt univocae I 510 f. 2 — respectu subiecti essentialiter dictum est prius secundum rationem intelligendi quam notionaliter dictum, respectu termini vero prius est notionaliter dictum, non solum quantum ad intellectum, sed etiam quantum ad rem I 518 d. 4

— essentialiter dictum respicit quid diversum per essentiam et creatum I 518 d. 4 — notionaliter dictum respicit personam consubstantialem et increatam et aeternam *ibid.* — dicitur in divinis respectu emanationis sine diversitate essentiae I 375 a — potest esse respectu personae omnino aequalis I 509 a, 4\* — non dicit excessum bonitatis respectu eius quod est ex illo *ib.* 4\*

— essentialiter dictum dicitur temporaliter, notionaliter dictum aeternaliter I 511 f. 4. 518 d. 4 — respectu ad creatura potius dicitur temporaliter quam aeternaliter I 518 d. 3

— Essentia habet habitudinem principii ad creaturas secundum modum dicendi et intelligendi I 436 a — dicitur ratione potentiae I 512 f. 3

— Deus comparatur ad creaturam in ratione principii causantis secundum naturam et virtutem operativam communem III 13 a — Tres personae sunt unum principium creaturae I 512 f. 4 — Pater et

## PRI

Filius sunt unum principium in creando I 213 4\*. 512 f. 4

— appropriatur Patri de ratione nominis, Filio autem non nisi per additionem I 518 d. 5 — In eis quae habent rationem principii, relucet proprietates Patris III 822 b — In principio appropriatur Filio I 61 d. 8

— potest dicere actum vel habitum, sed ex usu potius actum I 517 d. 3

— totius deitatis stat pro paternitate simul et spiratione I 517 d. 1 — in principali intellectu importat idem, quod innascibilitas ex consequenti *ibid.* — dicitur proprie de Patre, cum additur: principium non de principio *ib.* d. 2 — de principio in Filio importat communem spirationem cum filiatione *ibid.* — Spiritus sanctus proprie dicitur principium de utroque *ibid.* — de Spiritu sancto dicitur tantum essentialiter *ibid.* — Spiritus sanctus non est principium generandi nec spirandi I 215 b

— dictum de Patre et Filio non potest stare pro essentia I 513 b, 1\* — cum de pluribus simul dicitur, non potest stare pro persona *ib.* 1\* — dictum de Patre et Filio est nomen significans notionem *ib.* b, 1\* — dicit notionem utriusque in communi I 286 d. 4 — de Patre et Filio dicit unitatem notionis I 513 b, 514 3\*. 516 a, 1\* — significat notionem spirationis ut nullo modo multiplicatam I 516 a, 1\* — significat communem spirationem I 495 a

— Pater et Filius sunt unum principium Spiritus sancti I 213 4\*. 512 f. 1. 513 a — dictum de Patre et Filio non multiplicatur nisi quantum ad suppositum I 513 2\* — Unitas principii compatitur pluralitatem suppositorum I 516 3\* — Pater et Filius non dicuntur idem principium Spiritus sancti propter distinctionem suppositorum *ib.* a — Pater et Filius sunt unum principium, quia per eandem virtutem spirant I 216 3\*. 512 f. 3

— in Patre et Filio non dicit notionem in adiacentia, sed substantive I 513 a, 514 3\* — dicit notionem in comparatione ad subiectum in ratione activi I 515 b sq.

— Habere principium et non habere dicit differentiam personae I 185 4\*. 567 d. 6

— Anima, ut est principium aliorum, repraesentat Deum, quia est principium omnium II 402 a

— intrinsecum non est a se ipso, sed alio indiget, ut sit II 15 f. 4 — intrinseca mundi non sunt ex aliis, sed de nihilo producta II 46 b — Artifex creatus non facit principia rei intrinseca, quae non dependent a potestate artificis II 866 2\*

— Posito principio, vel actu vel habitu est principiatum I 470 b

— unum potest pluribus modis producere I 145 d. 4 — Nihil unum procedit a duobus consimilibus in natura in quantum duo, nisi alter sit sicut principium activum, alter sicut principium passivum I 215 f. 5 — passivum movetur ab alio principio, quod est ante ipsum I 122 d. 10

— quae sunt regulae agendorum, sunt in conscientia II 899 b

PRIORES — possunt communicare bona sui collegii IV 535 b

PRIUS — dicitur respectu posterioris I 220 f. 1 — est ratio posterioris I 469 f. 2 — proprie dictum dicit respectum ad posterius I 509 1\* — principaliter importat ordinem *ibid.* — Ubi est prius et posterius, ibi est ordo naturae I 373 f. 3

— et posterius habent ordinem secundum antecessionem I 372 b — In iis quae se habent secundum prius et posterius, impossibile est, quod ultima sint simul IV 249 b sq. — Quod habet prius et posterius est successivum I 662 f. 4. 663 2\* — et posterius est in omni motu proprie dicto I 662 f. 4. 663 1\* — et posterius in motu causatur a priori et posteriori in magnitudine, si magnitudo illa est mobilis II 65 3\* — et posterius est in omni tempore II 20 arg. 4 — et posterius in tempore causatur a priori et posteriori in motu II 64 arg. 3 — et posterius permanens est in sola magnitudine II 61 arg. 5

— et posterius dicit solum durationis successionem, vel innovationem et variationem et corruptionem I 163 d. 5 — et posterius importat successionem cum variatione et innovatione, vel tantum extensionem durationis II 62 b, 63 6\*, 7\*

— et posterius est, ubi est causa et effectus I 373 f. 3. 375 a — Causa natura prior est suo causato IV 15 2\*. 426 a — Sicut praecedat rem quod est tota causa, ita et quod est adiuvativum IV 428 f. 2 — Illud, ad cuius exigentiam fit alterum et propter quod est alterum, prius est illo II 448 arg. 4 — Via prior est quam terminus III 610 arg. 3. 825 arg. 1

— Anteriora sunt materialia respectu posteriorum II 378 f. 4 — In processu ordinato per id quod prius est, pervenitur ad id quod posterius est II 439 arg. 2

— antecedit posterius duratione, aut naturali intelligentia sive cognitione I 372 b *Vide V. Ordo* in indice philos. — dicitur duratione, causalitate, origine et auctoritate I 220 b — Aliquid dicitur prius altero aeternitate, tempore, electione, origine II 68 1\* — Aliquid est prius generatione et tempore, vel complemento et definitione sive dignitate III 748 a — Unum est prius altero origine, vel completionem et definitionem III 603 b — dicitur secundum substantiam, vel secundum usum IV 328 a — dicitur secundum ordinem dignitatis, vel executionis III 826 1\*

— Aliquid est prius nobis, vel prius simpliciter II 174 d. 1 — Priora praemitenda posterioribus ad evidentiam III 484 arg. 6 — intentione est posterius executione III 826 1\*

— Si primum in uno genere est prius primo in altero genere, hoc simpliciter est illo prius III 740 f. 4

— Cuius origo est prior, illud est maius altero in comparatione ad originem sive a parte ante I 345 a — auctoritate est idem quod principalis I 221 a

— est, a quo non convertitur consequentia, in his quae essentialiter conse-

## PRO

quantur ad se invicem, non in his quae se invicem concomitantur III 575 5\* — est natura a quo non convertitur consequentia secundum necessitatem IV 425 arg. 2 — Quod est in plus est prius I 715 6\* — Quanto aliquid communius, tanto prius est secundum rationem intelligendi I 225 arg. 4. 487 f. 2. 518 d. 4. 593 3\*. 715 6\*. III 574 arg. 5 — Quanto aliquid communius, tanto prius est in absolutis, sed non in respectivis I 226 4\* — Universalius est prius tempore vel origine, non dignitate III 826 2\* — Quanto causa prior, tanto universalior II 39 f. 4

— Quod habet aliquis ex se, per prius habet, id est principalis, quam quod habet ex alio I 221 3\* — et posterius est, ubi est analogia I 510 arg. 4

— Ordo prioris et posterioris ponit diversitatem I 216 1\* — Ubi est ponere prius et posterius, est ponere diversitatem principiorum I 220 f. 2 — Idem non potest esse prius et posterius in uno et eodem III 62 a — Quod praecedat alterum tempore et natura differt ab eo essentialiter IV 169 f. 1 — Quod prius est non distinguitur ab eo quod est posterius I 457 arg. 1 — est idem quod posterius, quod se habet per additionem ad illud I 171 3\*

— Contingit intelligere prius, non intellectu posteriori I 220 f. 4 — potest esse sine posteriori III 600 arg. 4. IV 68 arg. 1 — non privatur, privato posteriori II 527 a — potest esse sine posteriori, nisi ab eo dependeat vel ad illud necessariam habeat ordinationem, vel secundum aliam considerationem sit posterius illo II 294 3\*

— et posterius reducitur ad permanens II 63 5\*

— est remotius a sensibus IV 15 2\*

— Deo nihil potest esse nec cogitari prius I 165 f. 4 — Deus non habet prius nec simpliciter nec secundum quid I 523 f. 3 — In Trinitate non est ponere prius I 220 f. 1 — minus proprie dicitur in divinis I 509 1\* *Vide V. Deus* 52 et *V. Ordo*.

PRIVATIO — non est a Deo II 114 2\* — non dicit aliquid a Deo nec verum effectum I 629 b — sunt creaturis naturales, in quantum sunt ex nihilo, sed non in quantum sunt ex propriis principiis I 161 7\*

— Quorum privatio est pernicioosa, eorum positio est utilis et opportuna III 711 f. 2

PRIVILEGIUM — speciale absolvit a lege communi I 846 b — Vigor singularis privilegii semper transcendit beneficium commune IV 151 arg. 1 — Lex communis non praedicit privilegio speciali IV 430 a — Privilegium meretur amittere qui concessa sibi abutitur potestate IV 302 arg. 8

— Deus in distribuenda gratia potest facere cui vult privilegium speciale IV 115 b

PROBABLE — est quod videtur omnibus vel pluribus III 520 arg. 1

PROBATIO — Certo cognoscitur quod potest probari III 481 arg. 5 — Conclusio potest probari per causam, vel per effectum, et per aliquid extrinsecus, vel per aliquid intrinsecus III 523 1\*



— Amicus debet probari II 700 arg. 3  
 PROCESSIO — localis est in motu progressivo I 231 arg. 4 — causalis est effectus a causa *ibid.* — in creaturis de ratione generis, quod est motus, dicit indigentiam et imperfectionem *ib.* arg. 2 — in creaturis dicit respectum ad principium a quo et ad terminum ad quem, per accidens autem mutationem et elongationem *ib.* b — in creaturis dicit elongationem et recessionem a termino a quo, quasi proculcessio *ib.* 1\* — in creaturis non potest esse sine motu *ib.* 2\*

— magis spiritualis est motus causalis unius ex alio I 211 b — localis semper habet imperfectionem coniunctam, non sic originalis I 232 4\* — localis est motus ab uno in alium I 211 b. 212 1\*. 231 arg. 4. 245 f. 2 — Procedens secundum processum localem a principio recedit et ad terminum accedit I 245 arg. 2

— ab aliquo in aliquid aut est secundum processum ab agente in suscipiens, aut secundum processum a loco in locum I 245 arg. 3 — causalis habet convenientiam cum locali, in quantum terminatur in procedente et nihil ultra respicit I 232 4\* — causalis, prout effectus respicit aliquem ut terminum, convenit cum processione locali, quia respicit terminum ad quem, sed differt, quia non respicit, tanquam in illo recipiatur, sed tanquam obiectum *ibid.*

— Aliquid procedit in alium, aut quia aliud respicit ut obiectum, aut quia in aliud tendit et recipitur I 198 2\*. 212 1\* — Procedere ab uno in alium aut est sicut in obiectum, in quod protenditur, aut sicut in susceptivum, in quo recipitur I 245 b — est in alium, vel tanquam in quo recipiatur, vel tanquam in obiectum I 232 4\*

— vere et perfecte est in divinis secundum respectum ad principium a quo et ad terminum ad quem I 231 f. 4, b, 2\*. 232 4\*. 234 b — in divinis est ad modum processionis causalis I 232 4\* — recte intelligitur per comparisonem motus causalis unius ab alio potius quam motus localis I 211 b. 232 4\*

— est productio passiva I 231 f. 2 — Procedere aequivaleret verbo transitivo I 227 d. 4

— in divinis non dicit mutationem nec elongationem I 231 b, 1\*, 2\* — in divinis non dicit motum, sed originem sine motu et mutatione I 232 4\*

— Quando persona procedit a persona in unitate naturae, est diffusio bonitatis intra I 345 3\* *Vide V. Persona (268 a).*

— In divinis est emanatio, ad quam non consequitur diversitas essentiae vel naturae I 375 a — non potest facere distinctionem in natura, sed in supposito I 183 a. 201 a — Ad divinas emanationes nullo modo transfertur nomen creationis I 232 3\* — de se non dicit exitum de nihilo *ibid.* *Vide V. Generatio 15.*

— Ubi est emanatio, ibi est multiplicatio sive plurificatio I 182 f. 2 — Posita emanatione in divinis, ponitur communitas et distinctio, ea remota essentia est in uno

solo I 118 f. 2 *Vide V. Origo et V. Generatio 10;* de termino *V. Generatio 9, 14.*

— secundum quod dicitur communiter de Filio et Spiritu sancto, dicitur emanatio a Patre I 245 b — communiter dicta est commune superius generationi et spirationi secundum proportionem vel modum loquendi I 233 4\* — proprie dicta, prout tantum Spiritui sancto convenit, non est superius generationi et commune *ibid.* — secundum quod dicitur de Spiritu sancto, dicitur processio ab uno in alium I 245 b — Ratio processionis completius reperitur in Spiritu sancto quam in Filio per comparisonem ad terminum ad quem I 234 b — Illud habet completam rationem processionis, quod est ab alio et in alium tendit I 231 f. 4 — proprie de eo dicitur, in quo est omnino ratio procedendi, et ideo est appropriatum Spiritui sancto, qui procedit et est a procedente I 234 a

— est voluntatis per modum voluntatis I 235 f. 3 — exprimit exitum amoris ab alio I 231 f. 3 — terminatur ad hypostasim, quae est amor I 233 3\*

— et generatio realiter differunt, sicut egressus verbi et amoris in imagine I 235 f. 4 — Aliter dicitur Filius procedere quam Spiritus sanctus I 230 a

— Intelligimus emanationes in personis per emanationes repertas in imagine creata I 223 f. 3. 225 f. 1, b

— Summa perfectio exigit emanationem naturae et liberalitatis I 57 a — In creaturis invenitur duplex modus procedendi nobilis, per naturam et per voluntatem I 56 f. 2. 57 f. 3. 195 f. 2. 196 3\* — Prima ratio originis est per modum naturae II 406 2\* — Emanare per modum naturae est proprium Filii I 479 d. 2 *Vide V. Filius-Dei naturalis.* — Per modum naturae emanat omnino similis et per modum similitudinis perfectae I 196 3\* *Vide V. Generatio 2.*

— in Deo non potest esse per modum artis ut artificiatu respectu personae, quia non communicaret in eadem natura, et quia iste modus emanandi semper est extrinsecus in quantum huiusmodi I 196 3\* — Filius procedit per modum artis sicut ipsa ars sive ratio artificandi, sed iste modus emanandi non distinguitur a modo emanandi per modum naturae *ibid.* — Aliquid procedit per modum exemplaritatis sicut exemplatum proprie, vel sicut ratio exemplandi I 129 b — Modus procedendi secundum exemplaritatem sicut ratio exemplandi non repugnat processui naturali, immo non potest esse nisi naturalis I 130 a — secundum exemplaritatem sicut exemplatum repugnat processui naturali, quia est secundum voluntatis imperium, ita quod productum differt sicut causatum a causa *ibid.*

— Procedere per modum voluntatis et liberalitatis vel est eius quod fit sive datur ex liberalitate, vel eius quod est ratio liberalitatis I 129 b. 196 3\* — Per modum liberalitatis aliquid emanat aut sicut volitum et donatum, aut sicut ratio volendi

et donandi I 495 1\* — Per modum liberalitatis sicut ratio volendi emanat in Trinitate persona, quia ratio volendi est intrinseca perfectissimae voluntati *ibid.* — Processus per modum voluntatis potest esse intrinsecus, concomitante natura, sicut procedit amor ab amante I 496 3\* — Persona procedit per modum liberalitatis ut similis in substantia, quia procedit concomitante natura I 128 a. 195 2\* — Spiritus sancti est a voluntate, concomitante natura I 128 a

— Emanatio per modum voluntatis in divinis est per modum amoris I 197 b sq. — In divinis non est emanatio secundum actum irascibilis I 198 4\*

— Productio per modum naturae est alia quam per voluntatem I 127 f. 3. 128 a — Generatio et spiratio differunt secundum differentiam originis et habitudinis I 235 b. 236 a — Duae emanationes non differunt a parte termini nec a parte principii I 235 b sq., 3\* — Emanationes se ipsis differunt I 236 a. 237 4\* — Natura et voluntas absolute considerata in Deo sunt idem, sed aliquid respicit voluntas ut voluntas in ratione principii, quod non respicit natura ut natura I 235 f. 3. 236 2\*

— Spiritus sancti est a duobus I 232 f. 3. 235 f. 2 — Spiritus sanctus non procedit solum temporali processione a Filio I 212 a — Spiritus sanctus omnino eodem modo procedit a Patre et Filio I 213 3\* — Spiritum sanctum procedere per Filium in Filio dicit subauctoritatem I 227 d. 4

— per modum naturae secundum rationem intelligendi praecedat emanationem secundum rationem voluntatis I 444 d. 2 — per modum naturae intelligitur ante processionem per modum liberalitatis voluntatis I 225 f. 4, b — secundum cognitionem et intelligentiam praecedat processionem secundum amorem et voluntatem *ib.* f. 1, 2, b — Spiritus sancti praesupponit generationem secundum ordinem originalem, quia procedit ut nexus a Patre et Filio I 498 a

— Spiritus sancti fuit simul cum natiuitate Filii I 226 d. 1 — Non est perfecta emanatio verbi sine emanatione amoris I 197 f. 4

— Filii et Spiritus sancti a Patre est duplex processio, sed una est processio Spiritus sancti a Patre et Filio I 236 4\* — est multiplex aut ratione plurium procedentium, aut ratione diversi modi procedendi, aut secundum modum dicendi I 247 b. 248 2\* — Multiplicata processione secundum unum modum dicendi, secundum quod dicitur exitus ab aliquo, multiplicatur procedens I 248 1\* — Unum non potest pluribus modis produci I 445 d. 4

— In divinis est immediata tantum et mediata et immediata, sed non mediata tantum I 223 f. 2 — Nihil a Deo exit mediate tantum I 224 4\*

— Spiritus sancti est aeterna et temporalis I 194 a — Spiritus sanctus procedit temporaliter, non ratione eius a quo, sed ratione eius, in quod procedit I 246 a,

## PRO

1\* — Spiritus sanctus processione aeterna procedit ab uno in alium ut in obiectum, sed non ut in susceptivum, processione temporali vero procedit ab aliquo in aliquem non tantum sicut in obiectum, sed sicut in habitaculum I 245 b sq. — aeterna est ab aliquo in aliquem ut obiectum, temporalis ab aliquo in aliquem ut habitaculum I 248 a, 1\* — temporalis Spiritus sancti est eius donatio I 244 b — est donatio passiva I 267 d. 3

— Quod procedit temporaliter per comparisonem ad principium a quo, incipit esse, sed quod procedit temporaliter per comparisonem ad terminum in quem, non habet initium, sed solum incipit esse in hoc I 246 4\* — Spiritus sanctus non dicitur procedere temporaliter per actum producendi temporalem principii a quo, sed per comparisonem actus procedendi ad terminum in quem I 246 4\* — temporalis dicitur, quia connotat temporale ratione comparationis ad terminum, in quo suscipitur I 268 d. 4 — Spiritus sanctus non potest procedere in aliquid ut susceptivum ratione personae, sed ratione connotati, quod est gratia I 246 3\* — temporalis includit emanationem aeternam personae et emanationem temporalem gratiae *ib.* 6\* — dicitur temporalis, quia incipit in tempore, sed non habet actum subiectum tempore *ib.* 5\*

— temporalis et aeterna est ab eodem principio et modus procedendi est quodam modo conformis I 253 d. 1 — temporalis et aeterna dicuntur analogice et potest dici duplex processio I 248 a, 4\* — temporalis clauditur in aeterna *ib.* a

— temporalis addit super aeternam respectum vel effectum in creatura I 247 arg. 4 — temporalis facit ad declarationem processiois aeternae I 253 d. 1

— temporalis est missio invisibilis ad sanctificandum, vel visibilis I 253 d. 2

— Procedere temporaliter convenit duobus tantum I 268 d. 3 — Processione temporali ratione effectus connotati Spiritus sanctus procedit a se, licet non ita proprie sicut de Patre *ib.* d. 4

— Ab eo res proprie et principaliter procedit, a quo recipit complementum et denominationem II 808 arg. 4

— Processus in infinitum *vide V. Status.*

PROCURATOR — *Vide V. Matrimonium 5.*

PRODIGALITAS — est opposita avaritiae II 977 d. 3. IV 575 f. 3 — opponitur largitati II 995 3\* *Vide V. Largitas.* — non cadit primo in animae appetitum II 977 d. 3

PRODUCTIO — Ratio productionis est, quod aliquid habeat formam non a se sed ab alio effectivo principio II 32 a — Producentis ad productum habet ordinem originis I 372 b — solum dicitur comparisonem ad principium a quo et non connotat effectum I 268 d. 4 — Productioni activae respondet productio passiva I 231 f. 2 — passiva est processio *ibid.* — Quaecumque producuntur procedunt I 233 arg. 4

— Cum unus producit, et alter producit, est distinctio per originem I 587 b

— In quadam productione productum aliter se habet nunc et prius, in quadam omni modo se habet nunc et nullo modo prius, in quadam aequae omnino se habet nunc et prius sive ab aeterno II 32 a — quaedam habet rationem motus et mutationis, quaedam habet rationem mutationis et caret ratione motus, quaedam caret ratione motus et mutationis *ibid.*

— est nomen commune aeternae generationi et productioni creaturae II 308 d. 3 — respectu personae et creaturae dicitur analogice I 511 b

— In productione personarum est diffusio naturalis bonitatis et summa, in productione vero creaturarum est voluntaria et a proposito I 785 4\* — Summa communicatio et diffusio est in productione rei omnino infinitae I 166 1\* — rei infinitae et aequalis in virtute non potest esse in aietate essentiae *ibid.* — Deus de se ipso potest producere summum simpliciter, qui non est alius in natura propter naturae simplicitatem I 52 4\*

— Deus habet summam potentiam producendi, secundum quam potest producere substantiam dissimilem et substantiam similem et substantiam similem per modum naturae I 233 1\* — est substantiae dissimilis, vel substantiae similis secundum voluntatem, vel substantiae similis per modum naturae, qui modi sunt diversi et separabiles, quantum est de se, tamen in actione creaturae non distinguuntur *ibid.* — In productione naturali producitur similis in substantia et natura, alius in persona I 58 4\*

— Voluntas ut producens principaliter, concomitante natura, producit per modum amoris, natura vero ut primum principium, concomitante voluntate, producit per modum naturae I 128 a

— per modum naturae competit personae respectu personae I 805 3\* — Intentio producentis et producti dicitur convenienter de persona respectu personae I 509 a — proprie est suppositi, non formae I 579 b — respicit personam I 580 2\* — Diffusio intra non sequitur bonum, quia bonum, sed bonum in persona I 345 3\* *Vide V. Bonum-diffusio.*

— In divinis natura et voluntas fecunda non potest non producere personam I 195 b — Persona ratione perfectionis est apta et prompta ad producendum, ratione beatitudinis et caritatis est voluntaria I 54 a — Ratio producendi alias est primitas in prima persona I 139 b. 140 3\*, 6\*. 470 b. 471 a. II 3 a — Persona nata est aliam ex se producere ratione primitatis I 54 a — Principalis fecunditas non permittit personam producere aliquo genere emanationis, quo non sit prior secundum rationem intelligendi I 57 f. 4, a sq. — Nec habitudo nec habitudinis privatio est ratio producendi personam II 2 b

— Persona producit tantum modo producendi nobili I 56 f. 2 — Divinae essentiae non convenit modus producendi per artem, qua producitur dissimile in substantia et natura I 58 4\*

## PRO

— Sicut persona producit aliam personam, sic essentia aliam essentiam I 185 2\* — Deus non posset producere creaturam, nisi prius produxisset Filium per naturam I 144 d. 2 — Ante productionem creaturae ponere fuit emanationem Verbi ab aeterno I 195 f. 4

— Voluntatis est producere ea quae exeunt per modum liberalitatis I 804 b — diversi in forma et natura ex sola liberalitate agentis spectat ad agentem per voluntatem I 805 3\* — Deus non producit res per modum naturae, quia non producit simile in proprietatibus specialibus *ibid.* — Modus emanandi per artem non distinguitur a modo producendi per liberalitatem sive per voluntatem I 58 4\*

— creaturae est potentiae essentialis I 369 ad 1\*, 3\* *Vide V. Creatio, V. Operatio, V. Persona (268 b) et V. Potentia-essentialis.* — est suppositi, in quantum est personae ratione appropriatorum I 622 arg. 4, b — In productione effectus una persona alteram non excedit I 345 3\* — qua procedit alia essentia, non competit Patri sine Filio I 369 3\* — Pater nihil producit aliud quam Filius, licet producat alium *ib.* 2\* — Filium producere non est producere aliquid, sed aliquem *ibid.*

— quae non est de nihilo, nullum ponit initium I 185 2\* — rei non ponit inchoationem, ut generatio Filii, sed productio ex nihilo necessario ponit inchoationem et mutationem II 33 7\*

— Producere alium ex se ipso vel est ex se toto, vel ex parte sui I 181 a *Vide V. Generatio 5.*

— Omne, quod totaliter producitur ab aliquo differente per essentiam, habet esse ex nihilo II 22 f. 6 — Deus producit res ex nihilo, quia nullo extra se eget ad producendum II 14 f. 2 — In productione prima creaturae necesse est, quod Deus producat ex nihilo I 185 2\* *Vide V. Creatio.* — Ex eodem non fit idem numero II 452 f. 5

— ex nihilo non est agentis potentiae finitae II 29 a — Natura non potest aliquid ex nihilo producere II 273 f. 4

— Deus de alio vel de nihilo potest producere summum in genere, non simpliciter propter creaturae limitationem I 52 4\* — Divinae virtuti non convenit productio nisi perfecti I 55 3\*, 4\*. 56 f. 2

— Res naturalis producitur a Conditorum naturae, vel a natura condita operante per modum naturae virtute sibi indita II 202 a — Creatura per virtutem naturalem non potest substantiam producere nisi similem et per generationem propter imperfectionem potentiae et limitationem gratia materiae I 233 1\* — omnis substantiae, vel substantiae similis in inferioribus est generatio *ibid.* — creaturae est similis a simili, quia est agens limitatum II 199 2\* — Omne, quod producitur, fit a sibi simili nomine et specie II 15 arg. 3 — per generationem univocam non est nisi similis in specie II 214 f. 2. 215 a. 375 a — Creatura non potest producere formam

naturalem nisi per conveniens nomine et specie II 202 b

— Sibi similem producere contingit aut per impressionem suae similitudinis in alio, aut per educationem speciei consimilis ab alio, aut per educationem similis de simili sive de se ipso I 181 a

— alienius per defectionem, aut pro-  
tensionem, aut derivationem differunt ex parte principii materialis vel formalis I 335 d. 5

— Productionum diversarum, quae sunt disparatae, ita quod una non supponat aliam, diversi sunt termini III 194 3\* — per creationem et generationem non tollit univocationem II 743 6\*

— omnis est in aliqua mensura II 68 a — Producere rem in instanti, quae nata est produci successive, hoc est potentiae in infinitum excedentis potentiam naturae III 111 arg. 4

— Producens ordinate necesse est, quod producat secundum sapientiam I 685 f. 3 — Omne principium cognitivum rei productae producit secundum rationem exemplandi, si cognitio praecedat productionem I 130 4\* *Vide V. Praescientia.*

— Eodem modo habet res educi in esse, per quem modum habet in suo principio existere III 88 f. 4

PROFECTUS — est per progressum ad aliquid excellentius III 742 f. 1 — Processus in virtutibus est a statu imperfectiori ad perfectiorem IV 804 2\* — est in actibus animae per assuefactionem et continuationem IV 394 f. 4 — in gratia est accidentalis, vel quantum ad eius substantiam II 665 2\* — Incipientes proficiunt secundum profectum temporis, vel secundum perfectionem operum IV 343 d. 8

— Proficiens perfectior est incipiente III 742 b — Proficienti in bono multa sunt difficilia, quae efficiuntur facilia in statu perfectionis III 891 3\*

— In his quae sunt perfectionis, non est retrocedendum IV 853 2\* — Caritas aut deficit, aut proficit IV 292 f. 5

PROFESSIO — fidei fit motu fidei, vel actu exteriori sive aliquo facto IV 32 b. 34 a — fit per exteriorem manifestationem IV 36 a — implicite fit in aliquo signo ad hoc instituto *ibid.* — fit facto occulte, ut in sacrificiis, verbo vero manifeste III 341 3\* — perfecta est in verbo IV 67 f. 1, b

— expressior et efficacior est in baptismo sanguinis per passionem IV 109 2\* — erat necessaria pro parvulis IV 36 a sq.

— alicuius articuli fit ex fidei veritate, ex periculi necessitate et ex Ecclesiae auctoritate I 212 a

PROFUNDUM — Magister in quatuor libris Sententiarum scrutatur profundum aeternae emanationis, profundum creationis, incarnationis et sacramentalis dispensationis I 3 b sq.

PROHIBITIO — est signum divinae voluntatis respectu futuri I 842 b — respicit futurum malum I 810 arg. 3, b — est voluntatis antecedentis per modum displi-

centiae *ibid.* — significat voluntatem ut detestantem I 811 2\*, 3\* — dicit repugnantiam voluntatis, vel arctationem potentiae quantum ad actum, non quantum ad potentiam I 760 d. 2 — Aliquid potest fieri contra prohibitionem I 842 b — Nihil prohibetur, nisi quod fieri est possibile IV 645 f. 1

— Prohibere malum bonum est, sed prohibere bonum non est ita malum, quia abstinere a bono commodi non est malum II 429 b — Bonum non est prohibitum nisi propter solius Dei imperium ad ostendendum suae iurisdictionis dominium II 428 d. 5 — Prohibita sunt mala II 837 d. 4. III 818 f. 4 *Vide V. Malum (191 b).*

— Aliqua sunt prohibita ex divino praecepto, vel ex conscientiae vinculo, vel scandalo III 849 2\*

— Qui non prohibet malum, cum possit, habetur pro consentiente IV 760 arg. 1 *Vide V. Permissio.*

— Eadem actio potest a Deo fieri et nihilominus esse prohibita II 938 2\* — Deus cooperatur actioni creaturae, quam prohibet illi, quin faciat contra suam prohibitionem, et actio prohibita non est a Deo secundum quod prohibita II 863 1\*

— Populus carnalis solum reputabat illud prohiberi, pro quo inferebatur poena III 834 d. 5

PROIECTIO — Proiector mittit iaculum dando ei virtutem I 260 a — Virtus motoris defertur simul cum lapide proiecto II 742 a

PROLES — debet assimilari suo principio, quando producit omnino secundum propriam virtutem naturae suae III 271 4\* *Vide V. Filius-naturalis* et *V. Generatio 22.* — ante nativitatem carnalem distinguitur a matre quantum ad animam et quantum ad corpus III 72 4\*

— Prolem quaerere, ut educetur ad cultum Dei, est bonum sub ratione boni, quaerere, ut in hereditate succedat, est bonum sub ratione indifferentis, quaerere propter gloriam est bonum deformatum et ad malum tractum IV 727 d. 1

PROMISSIO — Non promittit aliquis quid alieni, nisi ille sit IV 31 d. 42 — Quod aeternum est non potest promitti I 261 f. 1 — fit per verba de futuro IV 689 a — non potest dependere a futuro I 677 arg. 4

— facit obligationem IV 689 a, 2\*. 692 3\*, f. 3 — obligat ad aliquid, ad quod quis prius non obligabatur IV 814 f. 2. 815 a, 1\* — Promissione exterius significata ius acquiritur alteri IV 692 f. 3

— Secundum ius naturale homo debet esse verax in promisso IV 821 arg. 3. 823 b — Qui non facit quod promittit, mentitur IV 822 arg. 4 — dicitur fides III 502 d. 2

— fit per verbum interius Deo, per verbum et signum exterius hominibus IV 692 arg. 5. 815 a sq.

— Nihil debet homo promittere, nisi salva sua salute et Dei honore IV 823 b — rei illicitae non obligat III 878 a. IV 697 d. 2 *Vide V. Iuramentum.*

— Deus mera liberalitate promittit, ut alliciat, sed nihil recipit I 777 d. 3 — Homo per promissionem trahitur ad bonum III 833 b

— non est obligatoria, nisi fiat ab eo qui potest se obligare et respectu cuius quis est proprii iuris IV 819 4\* — Aliquis potest absolvi a promisso ab eo cui promisit I 798 f. 1, a — impletur, dum datur aequivalens IV 822 2\*

— dicitur simulata, aut quia non habet stabilitatem, aut quia non habet interiorem assensum correspondentem ex metu vel cum intentione decipiendi alios IV 826 d. 5 — simulata, si tamen fuit interior consensus, simpliciter obligat; si vero non promiserit corde, tenetur tantum in foro iudiciali et coram Ecclesia, nisi affuerit timor gravis *ibid.* — cum dolo non obligat secundum veritatem, sed iudicatur obligare in foro iudiciali IV 815 4\*

— in baptismo non est proprie votum nec obligat ad aliquid magis quam prius nisi de bono et aequo IV 427 b

PROMOTIO — Aliquid est ad promotionem ad bonum simpliciter vel secundum statum naturae lapsae III 79 d. 1

PRONITAS — consistit in inclinatione ad actum aliquem secundum excessum IV 575 arg. 4 — non solummodo dicit imperfectionem, sed etiam quandam naturae curvationem et deordinationem II 523 4\* — est dispositio voluntatis, quae non tollit libertatem IV 410 6\* — ad malum dicitur infirmitas IV 433 d. 4 — Ubi est pronitas, est peccatum ex infirmitate II 521 f. 4

— ad malum est motivum peccatorum intra nos IV 362 a — est via ad peccatum IV 550 2\* — frequenter in malum trahit IV 585 d. 1 — ad peccatum non necessario concurrat II 462 3\* *Vide V. Malum-creaturae rationalis.*

— orta ex corruptione primaria directe est respectu apparentis boni II 978 a — est ad aliquod apparens bonum, quod respicit spiritum secundum se, aut spiritum in carne *ib.* b

— attenditur in voluntate rationali secundum se, aut per coniunctionem ad sensibilem, aut per coniunctionem ad vegetabilem II 978 a — inchoatur in parte sensibili, consummatur in parte rationali per consensum III 718 2\*

— viget in vi concupiscibili corrupta et infecta IV 756 b — magis regnat in gustu et tactu quam in aliis sensibus II 978 b — Concupiscibilis est magis ad malum prona quam irascibilis III 824 8\*

— non est in natura a Deo II 523 4\* — Corruptio curvatis non processit a divina iustitia II 714 f. 2 — est in nobis merito peccati *ibid.* *Vide V. Peccatum 18.*

— resistit usui gratiae IV 392 5\* — Per pronitatem homo fit ineptus ad cooperandum gratiae II 834 b — ex opposito respondet contritioni IV 391 arg. 5

— ad diversa peccata formaliter differunt II 971 b — in diversis vitiis sunt diversae et oppositae III 800 b, 1\* — eadem differenti modo inclinatur II 479 a

## PRO

— per nova peccata intenduntur IV 585 d. 1 — Dum homo peccat, magis efficitur pronus ad malum saltem intensive et ad aliquod peccati genus determinatum II 776 d. 3 — et inclinatio ad malum semper potest crescere II 183 4\* — Nullus est adeo pronus, quin possit adhuc magis pronus effici, quia pronitas in voluntate libera nunquam potest fieri necessitas II 834 b sq.

— peccati venialis magis adhaeret animae quam mortalis IV 550 2\*

— potest amoveri absque infusione gratiae per contrarium II 975 a — potest sine gratia aboleri IV 546 arg. 2

— indiget retrahente II 283 f. 2 — est excidenda IV 362 a — restringenda est per timorem IV 809 a — restringitur per gravem poenam IV 827 d. 8

— non deletur in deletionem peccati IV 550 2\* — remanet in homine post gratiae susceptionem II 974 d. 1 — remanet post peccatum et potest per culpam sequentem intendi IV 575 arg. 4 — ad actum manet, deletio peccati, licet remissa, in his potissime, qui peccaverunt peccato consuetudinis II 761 a

— ad culpam simul potest stare cum gratia II 761 a — simul stat cum contritione, quia poena est IV 392 5\* — non resistit informationi gratiae *ibid.*

— non redit omnino eadem post novum peccatum IV 576 4\* — semper manet in via IV 433 d. 4 — post hanc vitam non movet liberum arbitrium IV 551 f. 3

**PRONOMEN** — pro proprio nomine ponitur III 227 arg. 1. 252 arg. 3 — refert rem pro proprio supposito I 103 arg. 1 — designat certam personam vel suppositum I 60 d. 4. 515 f. 4. 516 a. III 157 f. 1. 228 1\*. 254 3\* — non habet significationem determinatam nisi per demonstrationem, vel relationem I 390 arg. 6

**PROPAGATIO** — est animalium perfectorum II 215 a. 375 a — respicit naturam communem III 425 b *Vide V. Generatio 9.*

— Depravatio naturae respicit propagationem III 425 b *Vide V. Corruptio et V. Generatio 26 et V. Natura (221 b).*

— Quod est per naturam propagabile est per naturam corruptibile II 452 f. 2

**PROPASSIO** — *Vide V. Passio* in fine et *V. Christus 15.*

**PROPE** — dicit habitudinem distantiae I 350 6\* — Nec prope nec longe est, ubi nulla est distantia I 663 2\*

— Aliquid est prope Deum simpliciter quantum ad immediatam receptionem et conversionem in Deum, sed nihil quantum ad summam imitationem et assimilationem I 782 2\*

**PROPHETIA** — est praenuntiatio futurorum III 513 arg. 3 — definitur III 550 arg. 3 — Illuminatio ad futura praecognoscenda est infusa, quia anima elevatur supra ea quae sunt ei naturalia III 491 b — est futurorum et praeteritorum, quae sunt supra rationem III 549 3\*

— est certa et infallibilis de rebus in se non certis, in quantum est secundum il-

lustrationem divinae praescientiae I 679 a — adeo est certa de futuro sicut et de praeterito III 550 arg. 3 — non pendet ab eo quod revelatur, sed a lumine illuminante I 678 b. 679 a. III 510 2\* *Vide V. Praedictio.*

— Principale obiectum et motivum prophetiae non sunt ea quae propheta praenuntiat, sed obiectum materiale III 514 5\* — Propheta non assentit ei quod praenuntiat, propter se, sed propter Veritatem ipsum illuminantem *ibid.* — non requirit rationem motivi in obiecto, sed totam rationem suae cognitionis sumit ab inspirante *ibid.*

— intellectualis facit clarius videre I 61 d. 9 — Visio prophetalis est triplex secundum sensum exteriorem, imaginationem et intellectum I 281 arg. 4

— Spiritus prophetiae datur ad futurorum praevisionem, vel ad miraculorum operationem I 61 d. 9

— non ordinatur solum ad propriam utilitatem, sed etiam ad alienam III 755 1\*

— non est virtus, quia illuminat intellectum sine cooperatione voluntatis III 477 b — minus est desideranda quam caritas III 892 6\*

— Balaam habuit prophetiam secundum intellectum speculativum, David etiam secundum intellectum ut extensum ad affectum IV 496 d. 3

meritum et dignitatem Christi instituentis IV 125 b — Accepta satisfactione per passionem Christi persolutam, misericordia Dei liberalior fuit ad remittendum, quam cum tantum erat promissa IV 52 3\* — Ob meritum passionis Christi Trinitas est liberalior ad dandam gratiam in Sacramento IV 70 4\* — sanant per unctionem spiritualem et virtutem vitalem, quam attulit Christus IV 2 b

— In Sacramento efficit passio Christi, secundum quod est in fide IV 68 f. 3 — Virtus passionis operatur et disponit in Sacramento, quia eis copulatur per fidem IV 69 a — habent efficaciam a fide passionis II 764 a. IV 51 arg. 3

— operatur per virtutem supra naturam secundum divinam institutionem IV 589 4\* — Effectus in spiritu est supra naturam IV 590 a — Operatio Sacramentorum non est secundum virtutes naturales elementorum exteriorum IV 588 arg. 4

— Deus in Sacramento plura facit, quam nos possumus intelligere III 895 a — non potest impediri, ubi Deus operatur ut tota causa IV 767 4\*

— In Sacramento Deus operatur ut agens voluntarium IV 115 1\* — In Sacramento Deus operatur et dat gratiam secundum exigentiam Sacramenti *ib.* b

21 — iuvat eos qui sunt de foro Ecclesiae, quia respicit operationem Ecclesiae IV 150 a sq., 1\* — nullum potuit iustificare aliquem ante nativitatem *ib.* a sq. — Sacramentorum dispensatio respicit actum in persona vel circa personam praesentem et existentem III 82 3\*. IV 952 d. 3 — Ecclesiae non prosunt nisi in statu viatoris IV 951 d. 3

— aliud non potest recipi ante baptismum IV 475 f. 1. 405 f. 4. 619 d. 1. 626 1\*. 657 d. 1 — in quo imprimitur character, non potest recipi ante baptismum de facto IV 475 b, 1\* — Baptismus est fundamentum Sacramentorum Ecclesiae IV 833 a. 834 arg. 3. 844 2\* *Vide V. Baptismus - necessarius et V. Character.*

— ecclesiastica omnibus sunt communia IV 792 f. 1, a — Sacramenti susceptio est bonis et malis communis IV 101 3\*

— non recipitur repugnante voluntate IV 400 b — Cum deficit intentio recipiendi, non est Sacramentum IV 401 a — Si suscipiens adultus nullo modo intendat suscipere quod facit Ecclesia, non recipit Sacramentum nec rem IV 153 3\* — nullum suscipitur sine intentione regulata per fidem IV 205 a, 4\* — Ad Sacramentum suscipiendum oportet, quod sit aliqualis consensus in adulto, vel coactus vel spontaneus IV 460 d. 3 — Ad susceptionem Sacramenti adultus debet intendere, quod fiat in se vel circa se quod facit Ecclesia IV 455 3\* — Remedium baptismi non respicit naturam, sed potius voluntatem personae IV 401 2\*

— Qui coactus habet intentionem se subiciendi Sacramento Ecclesiae, recipit Sacramentum, licet non meritorie IV 401 a — Qui Sacramentum recipit inductus

SAC (21)

amore vel timore suscipit Sacramentum *ib.* 3\* — susceptum ex timore est validum IV 651 f. 4. 699 arg. 2

— Fictio, quae non removet intentionem suscipiendi quod Ecclesia dat vel intendit dare, non impedit susceptionem Sacramenti IV 153 3\*. 161 d. 3 — in quibus non requiritur usus rationis, recipitur sine actu voluntatis, nisi sit obex contrariae voluntatis IV 652 2\*

— quae imprimunt characterem, ante usum rationis dari possunt IV 651 f. 1. 652 a — in parvulo habet effectum sanctificandi, quia est capax gratiae IV 113 4\* — Per Sacramenta gratia datur parvulis II 770 2\* *Vide V. Parvuli.* — Infantibus et naturaliter stultis non datur Sacramentum ad peccatorum actualium remissionem IV 598 3\*

— non datur de iure ei qui non accedit libera voluntate, sed de facto, si fiat, factum est IV 101 4\* — debent libere a voluntate suscipi IV 100 arg. 4

— Qui vult exterius Sacramentum recipere, etsi nolit interius aliquid in se fieri, tamen recipit effectum necessario annexum IV 401 a, 3\* — Qui voluntarie se subicit operi exteriori per consequens voluntarie se subicit characteri IV 124 b — Res Sacramenti non datur ei qui non accedit libera voluntate IV 101 4\*

— omne, quod habet res duas, potest recipi sacramentaliter et spiritualiter IV 201 f. 3. 202 5\* — omnia habent veritatem differentem ab utilitate praeter poenitentiam IV 645 a

— Omnis suscipiens Sacramentum suscipit rem, nisi habeat obstaculum IV 112 f. 3 — verum, si non invenit obstaculum, confert gratiam IV 126 f. 2 — semper habet efficaciam, nisi habeat obicem in suscipiente *ib.* b — impeditur solum a parte suscipientis IV 15 4\*. 103 1\*. 140 a — Sacramenti effectus impeditur propter malam dispositionem in suscipiente IV 402 arg. 1. 103 a — propter inconvenientiam suscipientis privatur effectu IV 355 2\* — privantur efficacia, quia non recte suscipiuntur IV 483 d. 4

— Fictio accedens non recipit rem Sacramenti, cum interius voluntate adversatur IV 403 a. 461 d. 3 — Fictio accedens vitio impeditum non facit in eo effectum, quem significat IV 103 1\* — Sacramenti utilitas, quae consistit in re ultima, privatur in malis IV 303 a sq. — Fictus simpliciter cum voluntate mortaliter peccandi non recipit effectum Sacramenti IV 96 3\*. 102 f. 2 — Haereticus non recipit rem Sacramenti IV 447 d. 2 — in praecisis et haereticis manifestis privatur omni fructu IV 303 b — infidelibus, qui non suscipiunt gratiam gratum facientem nec eius effectum, non praestat remedium IV 836 3\*

— Sacramentorum usus respicit idoneitatem suscipientis IV 186 1\* — Sacramentorum efficacia pendet ab idoneitate suscipientis IV 483 d. 4 — sunt medicinae, sed non prosunt nisi dispositis IV

(22)

485 2\* — Non satis dispositis non datur donum gratiae gratum facientis IV 101 3\*

— requirunt dispositionem per motum fidei, ut sint salutifera IV 14 b — Ratio et voluntas debet concordare Sacramento saltem per fidem informem et attritionem IV 103 3\* — augmentantia gratiam non habent efficaciam nisi in habentibus caritatem, gratiam impetrantia non nisi in eis qui se disponunt ad habendam caritatem sufficienter secundum veritatem, vel secundum probabilitatem IV 447 a — Ad Sacramentum, quod non valet nisi habenti caritatem, non tenetur quis accedere ex caritate secundum veritatem, sed se probabiliter disponere IV 353 3\* *Vide V. Communio.*

— Qui non se disponit, immo cum voluntate peccandi accedit, peccat mortaliter per contemptum, quia Sacramentum irritum facit, quantum in se est IV 447 b, 4\* — Qui Sacramenta recipiunt sine dispositione sufficienti, credentes tamen, eam habere, evadunt offensam, quin acquirant gratiam *ib.* 4\* — Recipiens Sacramentum cum motu venialis peccati non peccat mortaliter, sed non recipit perfectum effectum IV 96 3\* — Peccans venialiter in receptione Sacramenti gratiam non expellit, sed retardat et motu veniali cessante, videtur recipere plenum effectum *ibid.*

— tantum habet efficaciam, quantum congruit habere his quibus datur IV 292 4\* — Plus dispositus plus accipit a Deo in Sacramento IV 99 f. 1, 3, 3\* — In eo qui magis se disposuit, maiorem habet efficaciam quantum ad habilitationem ad bonum *ib.* b — aequaliter dispositis de lege communi aequalem conferunt gratiam IV 115 b — Virtus Sacramenti non respicit futurum, sed dispositionem praesentem IV 416 2\*

— habet rationem efficiendi rem interiori mediante caractere IV 196 2\* — Character illud efficit, quod faceret gratia, fictione recedente IV 104 2\* *Vide V. Character.* — quod non relinquit characterem gratis datum disponentem ad gratiam gratum facientem, recedente fictione, nihil efficit *ib.* 3\* — efficit ratione rei mediae IV 196 3\*. 226 d. 3. 232 b — Res et Sacramentum ad gratiam disponit IV 232 b — Character ad gratiam disponit IV 112 b. 140 a

— Virtus Sacramentorum se extendit usque ad infideles a potestate daemonum liberandos III 406 3\*

22 — Evitatio periculi non debet praedjudicare dignitati et congruitati Sacramenti IV 593 1\* — ecclesiastica non fortunam sequuntur, sed naturam respiciunt IV 598 2\* — non debent regulari secundum motum astrorum IV 601 b

— Datio et susceptio Sacramenti dicit ordinem ad aliquam specialem personam IV 869 1\*, 3\* — Participatio Sacramenti non facit vinculum nisi commune *ib.* 3\*

— Simoniacus potest vendere Sacramentum exterius et quod ei inseparabiliter

SAC (22)

adiungitur, non vero ipsam gratiam IV 646 b, 1\*, 3\* — In Sacramento est spirituale adiunctum rei corporali, quae ratione illius consecratur et accipit rationem spiritualis *ib.* b — non potest vendi de iure, quia spirituale, sed de facto ratione rei corporalis IV 646 b — Potest dari pretium ministranti simoniace non ad emendum Sacramentum, sed redimendam vexationem iuris sui IV 125 b — in necessitate, solo necessitatis intuitu, potest accipi ab haereticis IV 126 b — per pecuniam dari non potest sine gravi et enormi peccato et contumelia Spiritus sancti IV 648 a — Administrans in peccato mortali occulto, si est necessitas et timetur scandalum, non peccat administrando, sed non se praeparando IV 131 d. 1 — Administrans in peccato sine necessitate peccat Sacramento contumeliam inferendo *ibid.* — Administrans in peccato notorio peccat scandalizando *ibid.*

— Malus minister potest Sacramenta ecclesiastica dispensare IV 147 d. 3 — In distributione Sacramentorum Dominus utilitatem communem considerat et suam institutionem non retractat IV 502 b — Deus ad ostendendam abundantiam largitatis suae etiam malis committit dispensationem Sacramentorum *ib.* 3\*

— est opus Dei et nunquam est mortuum IV 404 1\*. 355 2\* — sunt benedictiones Dei, non malorum IV 125 b — a malis non inquinantur IV 303 f. 2 — non polluuntur per pollutionem ministrorum IV 123 f. 2 — per malum sacerdotem non vitatur IV 125 b — Dei sunt bona et impolluta *ibid.* — semper remanet efficax et impollutum nec potest aliquo modo pollui sicut nec meliorari *ibid.*

— omne potest venire in usum sine peccato, cum ordinet ad salutem IV 767 f. 3 — Nihil est Sacramentum, quod fit contra praeceptionem divinam *ib.* f. 4

— mali ministri est bonum IV 124 f. 3 — quia opera Dei sunt, aequae bona sunt, sive fiant a bonis, sive a malis IV 945 arg. 1, b — Potestas aequaliter est efficax in omnibus ministris IV 120 b. 129 b — Omnes aequaliter purgant, qui Sacramentum administrant IV 128 b — Malus minister confert rem Sacramenti IV 124 f. 2 — Deus dat rem Sacramenti per ministros bonos et malos IV 425 b

— Non est efficacia in actu mentis ministri, sed solum in administratione Sacramenti IV 128 b — mali ministri habet efficaciam non a caritate interna eiusdem, sed ab institutione divina IV 125 b — Suscipiens Sacramentum non incurrit damnum ex malitia ministri IV 126 f. 3 — Mala voluntas ministri non nocet IV 135 f. 2

— non datur a ministro ratione sanctitatis IV 305 a — dispensantur a ministro ratione gratiae gratis datae IV 123 f. 4. 168 2\*. 615 4\* — Ad Sacramentorum administrationem sufficit donum gratiae gratis datae IV 502 b — Gratia gratum faciens in ministro non facit ad effectum Sacramenti *ib.* f. 3 — omne potest

perfici a non habente caritatem IV 711 f. 4

— cum non recte administrantur, privantur efficacia IV 183 d. 4

— Ecclesiae est Sacramenta debite tractare IV 668 b

— divina omnia sunt honoranda IV 878 arg. 3 — Exhibenda est reverentia Sacramentis, quia est in eis aliquo modo nostrae salutis causalitas III 208 a

23 — nullum est iterandum, quamdiu manet IV 256 f. 3 — iterari non dicitur, nisi primo manente IV 878 1\* — nullum iteratur super eandem materiam IV 675 arg. 2 — quod imprimit characterem, non potest iterari IV 136 a. 142 f. 1. 144 f. 1. 146 f. 2. 177 d. 6 — omne iterari potest, quod non imprimit characterem IV 621 f. 2 — non debet iterari, cuius effectus est perpetuus, qui non iteratur, quamvis non imprimatur character IV 601 a, 2\*

— Iteratio facit iniuriam Sacramento, cum nihil novum efficitur IV 153 2\*. 334 4\*. 601 1\*. 878 arg. 1 — Iterare Sacramentum, quod imprimit characterem, est contumeliam facere Sacramento IV 623 f. 4 — necessitatis debet iterari in dubio IV 160 d. 3 — tria sunt non iterabilia IV 142 f. 1 *Vide V. Baptismus-necessarius.*

— Frequentatio Sacramenti non dicit eius iterationem, sed usum IV 676 2\* — iterandum est, quoties iteratur morbus IV 600 f. 1

SACRIFICIUM — dicit actum colendi Deum III 221 d. 1 — respicit cultum exteriorem *ibid.* — comprehendit omnem reverentiam, quae exterius exhibetur soli Deo *ibid.* — In sacrificio est consummatio omnis divini cultus IV 633 f. 2

— est bonae operationis et devotae orationis et sacrificium immolationis III 215 2\* — Sacrificium offerre proprie dictum est laetiae *ibid.*

— est cultus soli Deo debitus III 215 arg. 2 — soli Deo est offerendum III 201 2\*. 215 2\* — Deo esse sacrificandum, est praeceptum dictatum in generali in lege naturae IV 30 1\* — Ratio recta dicit, Deum esse colendum, sed tale sacrificium offerendum non est naturae, sed gratiae IV 618 4\*

— In sacrificiis honorabatur Deus ut redemptor IV 35 b — In sacrificio per sanguinis effusionem significabatur pretium redemptionis IV 36 a — In omnibus sacrificiis praefigurabatur Christus offerendus III 541 3\*, 5\* — significabant passionem Christi IV 26 a

— In sacrificiis veteris legis significabatur corpus Christi IV 16 arg. 4 — veteris legis erat figura sacrificii novae legis IV 618 a — Sacrificium Melchisedech fuit figura eucharistiae in lege naturae IV 182 a. 183 b — Melchisedech praesignavit eucharistiam quantum ad visibilem formam et ritum IV 182 b. 183 arg. 3, b. 618 1\* — Melchisedech figurat eucharistiam ut oblatum Deo ad cultum et Abrahae ad esum IV 182 3\*

— animalium non erant contra pietatem erga proximos IV 37 b

— in lege naturae erat quaedam professio fidei IV 34 a. 35 b sq. — non erat utile ut res, sed ut signum IV 37 a sq.

— facta a viris sanctis placebant Deo ratione fidei IV 25 b — vetera non placebant Deo per se *ib.* f. 3, b — legalia non placabant Deum vi sua propter vacuitatem oblatorum et immunditiam offerentium IV 1 b

— In sacrificio signatur interna contritio et exterior carnis maceratio IV 36 b

— requirebatur ad remedium originalis pro maioribus IV 34 a — non erat remedium per se, nec de se habebat efficaciam curandi vel iustificandi, sed solum ratione fidei IV 36 b, 2\* — dicitur curasse adultos vel per fidem, vel per internam mentis contritionem IV 37 a — vetera secundum aliquos solum instituta erant, ut absolverent a poena temporali IV 25 b

— novae legis differt a veteri IV 618 a — Deo acceptum est in novo testamento vera Christi caro, cuius hostiae veteris legis erant signum IV 501 2\* *Vide V. Christus 56* in fine. — Oblatio exterior congruebat in corpore Christi mystico IV 218 2\* — Dominus unica oblatione sui omnes alias oblationes evacuavit *ibid.* — crucis non iteratur propter omnimodam plenitudinem pretii IV 947 4\*

— nostrum meritis et precibus Christi Deo offertur IV 253 d. 4 — Per sacrificium Christi Deus placatur IV 2 a — Deum placat, faciendo remitti poenam IV 951 d. 3

— Per oblationem hostiae verae aperta est ianua IV 90 a sq.

— est actus pro persona et prodest futuris et etiam post vitam IV 952 d. 3

SACRILEGIUM — quod est furtum perpetratum circa rem sacram, vel locum sacram, prohibetur prohibitione furti III 835 b — est novum genus peccati differens ab aliis ratione consecrationis loci vel personae *ibid.*

SADBUCAEI — contra veritatem et fidem negant, esse spiritum II 43 4\*

Saeculum — dicitur mensura media inter aevum et tempus proprie dictum, in qua est variatio, nec oportet, quod sit desitio, et erit in inferno post diem extremum II 66 b

SAGITTA — Christus est sagitta salutis percussus adversarium I 3 a — ex arcu et ligno volat ad percipiendum adversarios *ibid.* — Sicut in sagitta ferrum coniunctum est ligno, sic in Christo fortitudo Divinitatis mollitiei humanitatis *ibid.*

— translate dicitur volare II 3 b

SAL — conservat carnem a foetore et putrefactione IV 159 a — significat saporem sapientiae IV 158 b. 159 a — significat restrictionem foetoris fomitis IV 158 b. 159 a

SALAMANDRA — calefit ab igne, sed non consumitur in igne, sed renovatur, quia ab igne non laeditur IV 929 arg. 3, b

SALIVA — significat sapientiam IV 159 a

SALOMON — Sapientia abundans erat in Salomone I 275 d. 3 — cuncta tentavit in

sapientia et plus defecit quam profecit II 3 a

— aut gratia speciali et privilegio in somnis potuit mereri et dignus fuit exaudiri, aut ante meruerat vigilando II 623 4\* — illustratus est in somnis IV 527 d. 3

SALUS — consistit in expiatione culpae et amotione omnis miseriae III 1 b — In salute consistit summa et perfectio totius humanae utilitatis II 709 d. 3

— Amor salutis propriae praeponendus est amori salutis alienae III 644 b. 651 b — Stulti sunt qui salutem propriam negligunt, ut procurent alienam III 644 b — Homo post salutem propriam nihil tantum debet desiderare sicut salutem alienam III 645 2\*

— Omnis homo est ordinabilis ad salutem ex parte naturae et ex parte gratiae I 821 a — nullius deficit propter defectum a parte Dei I 713 6\*. 840 b *Vide V. Voluntas.* — Christus amabat et desiderabat nostram salutem et tristatur de negligentibus salutem III 338 f. 3

— Deus disponit nos salvare, si velimus per bona merita salutem acquirere III 372 5\* — Deus neminem vult salvare nisi salva arbitrii sui libertate II 764 a — Deus non decrevit genus humanum salvare nisi libero voluntatis arbitrio III 428 a — Eventus salutis pendet ex arbitrii nostri libertate I 712 a — non datur adulto sine actu liberi arbitrii IV 112 arg. 1 — Nullus adultus salvari potest absque meritis I 713 6\*. III 540 f. 4. 571 arg. 3 — Nemo reditur securus de salute nisi per merita propria III 585 d. 4

— Non sumus certi de salute nostra IV 313 d. 3 — Hunc salvari est contingens I 708 b — nostra non solum est ex parte Dei, sed etiam ex parte nostra I 713 6\* — Solum ex nostra malitia vel negligentia venit defectus nostrae salutis *ibid.*

— Deus praeponderat salvationem unius iusti damnationi multorum impiorum III 889 3\*

— hominis reparati est per gratiam salvativam III 1 b *Vide V. Gratia 17.* — Homo salvari non posset, nisi succurreret ei divina misericordia ad satisfaciendum III 426 2\* — Qui habet sanctificationem Spiritus habet quod sufficit ad salutem IV 107 f. 4

— Qui implet omnia mandata potest pervenire ad salutem III 791 f. 4 — Habitus virtutum et eorum usus necessitatis sunt ad salutem, non autem usus donorum et beatitudinum III 795 b — Omnibus est necessarium ad salutem recte credere, amare, sperare et timere III 552 d. 2 — Ad salutem necessarium est mera voluntate Deo per amorem adherere III 428 a

— Nullus potest salvari, nisi fiat membrum Christi IV 540 f. 1 — Impossibile nunc est, aliquem salvari, nisi Christo copuletur vel per fidem, vel per fidei Sacramentum *ib.* b *Vide V. Parvuli.* — Nullus potest salvari, nisi credat in Christum III 431 a. 540 f. 1 — Fides nostra dirigit ad

## SAM

salutem III 537 4\* *Vide V. Fides 24, 25* et *V. Christus 55*. — est solum in Ecclesia IV 53 b

— Nullus potest pervenire ad salutem nisi qui sperat III 540 f. 4

— Homo lapsus venit ad salutem per vias asperas II 717 6\* — Omnibus patet aequaliter via salutis quantum ad ea quae sunt praecepti, non quantum ad ea quae sunt supererogationis IV 819 3\* *Vide V. Necessarium*.

— Non potuimus salvari nisi morte Filii Dei III 445 f. 1. 540 f. 2 — Passio Christi est fons nostrae salutis III 412 d. 1 — totius generis humani facta est in cruce III 207 b

— a solo Deo datur, sed ab aliqua creatura administratur I 252 5\* — animae a solo Deo requirenda est IV 128 b *Vide V. Homo 15*. — unicuique immediate a Deo confertur, ut reddat obsequium Deo debitum et magis cognoscat salvationis suae beneficium II 763 b. 764 a

— non pendet ex aliena vita IV 124 f. 2 — subditi non impeditur malitia praecati IV 168 2\*

— Defectus salutis est poena reprobatorum II 855 a — Decedens in peccato post mortem decreto divinae iustitiae non potest salvari IV 528 d. 3 — Damnati non possunt sperare salutem II 176 b

— corporalis non est utilis, nisi ordinata ad spiritualem IV 379 d. 9 — Dominus simul restituebat salutem corporalem et spiritualem *ibid.*

SAMARITANUS — Per Samaritanum intelligitur Christus I 23 d. 2 — est Christus curans hominem vulneratum IV 1 a

SAMSON — a Deo inspiratus est se ipsum occidere IV 723 a

SANARE — Solus Christus potest sanare morbum spiritualem IV 2 b — Christus sanat per gratiam et mediante regeneratione spirituali III 43 2\* — Medicina Christi habet in nobis efficaciam in actu regenerationis III 273 2\* *Vide V. Sacramentum 21*. — Spiritui sancto appropriatur virtus sanativa I 254 d. 3

— Si unus homo posset alium sanare spiritualiter, speraret homo ab homine gratiam et veniam IV 128 a. 132 d. 4 — Deus non dat homini potestatem interius sanandi animam, ne ad eum recurratur pro salute animae IV 128 b

— Gratia sanat per peccati expulsionem IV 422 b *Vide V. Gratia 9, 11* et *V. Curatio* et *V. Medicina*.

— Sanatio consistit in amotione morbi et culpa, vel in amotione symptomatis et sequelae III 741 2\* — Sanatio ab infirmitate peccati fit statim, sed a sequela fit successive IV 433 d. 4 *Vide V. Caecus*.

— Gratia sanatum est donum Spiritus sancti I 254 d. 3 — est minus quam vivificare mortuum IV 171 b — Non datur rebus virtus sanandi supra naturam, sed assistit divina virtus effectiva sanitatis IV 23 b

SANCTI — In Sanctis est plenitudo sufficientiae III 282 b — habent habitus et

usus donorum, quantum sufficit ad usum vitae spiritualis III 291 d. 1 — cognoscunt Deum per experientiam II 546 5\*

— Sanctorum plures sunt ordines, in quibus tamen est gradatio quaedam, nec potest omnimoda reperiri aequalitas II 256 a — quilibet excellit alterum non ratione habitus virtutis, sed ratione alicuius exterioris usus III 804 2\* — veteris legis saltem proportionaliter erant eiusdem meriti in matrimonio ac Christiani continentes IV 763 d. 4

— Deus specialiter dicitur esse cum Sanctis propter effectum gratiae inhabitantis, per quam ipsi confirmantur et cari et similes ei fiunt I 387 d. 2 — proprie accipiunt Spiritum sanctum I 335 d. 5. 550 d. 3

— sunt imitatores Christi IV 947 f. 1

— frequenter volunt opposita I 857 arg. 2 *Vide V. Dissensus*. — aliquando ex humana infirmitate excedunt IV 148 d. 4

— Diabolus maxime quaerit dominium Sanctorum II 180 6\*

— in limbo quodam modo erant in via et nondum pervenerant ad patriam III 586 d. 6 — in limbo spem habebant *ibid.* *Vide V. Pater* in fine.

— qui in limbo erant, ad caelum cum Christo sunt sublimati III 464 2\*. IV 558 a *Vide V. Anima-status*. — Animae Sanctorum nunc statim evolvant III 464 4\* *Vide V. Gloria* in fine. — sunt in tutam et sunt coram Deo IV 313 d. 3

— ita perfecte Deum cognoscunt, sicut dispositi fuerunt per merita gratiae III 302 6\*

— Animae sanctae in patria expectant glorificationem suorum corporum III 585 d. 5 — Resumendo corpora perfectius contemplabuntur *ibid.* *Vide V. Anima-corporis*. — dum sua desiderant corpora, vehementius etiam desiderant salutem nostram IV 887 a

— De loco Sanctorum *vide V. Caelum* in fine et *V. Anima-status*. — vere apparent IV 942 f. 4

— multum possunt impetrare in curia Dei IV 950 f. 2 — non orant frustra IV 949 f. 3 — impetrant aliis bona, quia sunt amici Dei *ib.* f. 2, b — Sanctorum oratio multa nobis bona impetrat propter eorum merita et affectum amicitiae Dei *ib.* b — meruerunt etiam aliis suffragari *ibid.* — Meritum Sanctorum absolutum est plene remuneratum, sed de merito conditionato adhuc stat conditio et ratio merendi IV 950 1\* — merentur adhuc aliis merito conditionali, quod praecessit *ibid.* — Orationibus Sanctorum in via et in patria Deus reconciliatur multis peccatoribus et remittit peccata, quia prius meruerunt IV 104 d. 2

— viventes et mortui impetrant nobis bona et nos adiuvant IV 944 f. 1, 4 — Sanctorum orationes valent post eorum mortem sicut in vita IV 949 f. 1, 4 — pro nobis orant propter nostram necessitatem et Dei voluntatem, ut ipsi liberati alios adjuvent IV 948 a — orant pro no-

## SAN

bis, quia ex caritate a Deo optant nostram salutem *ib.* f. 4 — orant pro aliis salvandis ad ipsorum preces IV 950 2\* — relevant nostram inopiam in merendo, in contemplando et in amando *ib.* b — Sanctorum patrocinio indignus fit dignus exaudiri *ibid.* *Vide V. Oratio*.

— In aliquo Sancto sperari potest tanquam in adiuvante, sed non tanquam in relevante et dante gratiam et gloriam IV 132 d. 4

— Debemus Sanctos honorare orando eos IV 950 f. 1 — rogandi sunt secundum voluntatem Dei *ib.* b — Oratio dirigitur ad eorum animam, sed recte attribuitur toti IV 951 b *Vide V. Oratio*.

— Sanctis Deus vult reverentiam exhiberi IV 238 d. 2 — Laus et honor Dei est in Sanctis suis IV 537 a — omnes sunt glorificandi honore duliae IV 951 a — Ecclesia Sanctis exhibuit honorem secundum meritorum suorum exigentiam II 926 f. 2

— Statuta universalis Ecclesiae de Sanctorum celebritatibus fundata sunt super sanctitatem III 63 a. 71 a — Statui in peccato solemnitas non debetur III 70 f. 3

— honorantur in constructione et visitatione basilicarum et commemoratione virtutum suarum et praedicationibus IV 537 a

— Deus vult Sanctos suos glorificare per miracula IV 950 b sq. — Deus operatur miracula tum per supremos, tum per infimos IV 951 a *Vide V. Miracula*.

— non compatiuntur damnatis propter severitatem iustitiae III 461 f. 2 — Perfecti imitatores Apostolorum assistent in iudicio Christo sententiam ferenti IV 971 b

— Auctoritas Sanctorum *vide V. Auctoritas*.

SANCTIFICATIO — est in collatione gratiae III 536 a — est per aliquod munus gratiae III 61 f. 2 — dicit effectum gratiae vivificantis *ib.* f. 3 — habet esse per aliquod donum gratuitum superadditum *ib.* b — Deus sanctificat animam per gratiam II 677 6\* — Sanctificari non est aliud quam gratiam Spiritus sancti recipere IV 151 f. 2 — perfecta non est nisi per gratiam gratum facientem II 133 arg. 3

— Sanctificare est de non sancto sanctum facere, vel iam sanctum in sanctitate confirmare, vel iam sanctum et confirmatum manifestare I 253 d. 2 — Sanctificationis sufficientia interius invisibiliter latet, sed redundantia exterius apparet I 281 b

— non fit nisi per Spiritum sanctum IV 107 f. 4. 147 d. 3 — appropriatur Spiritui sancto I 282 b. 335 d. 5 — est a Spiritu sancto, ut est sanctus III 63 a — Christus sanctificat III 262 f. 1 — Homo non potest sanctificare per se, sed per elementum IV 166 f. 2 — in rebus *vide V. Benedictio*.

— Homo sanctificatur per baptismum, sed non, secundum quod est principium alterius II 764 5\* — Gratia sanctificationis



non habet transfundi a parente in prolem III 62 a, 3\*

— Evangelium est lex sanctificationis IV 50 3\*

— Sanctificati in utero recipiunt gratiam de privilegio speciali IV 107 3\* — potest fieri ante nativitatem ex utero III 72 3\*, 4\* — Deus potest sanctificare in utero per suam voluntatem et singulare privilegium sine cooperatione per Sacramentum IV 150 b, 1\* — est paucorum deputatorum ad aliquod magnum officium *ib.* b — Ieremias et Iohannes sanctificati fuerunt in utero III 70 f. 2, 71 a sq. — de aliis Sanctis non habetur certa III 71 arg. 7, b — non videtur fuisse nisi virginibus concessa *ib.* b

— In sanctificatione datur maior gratia quam in Sacramentis, quae delet culpam et habilitat ad bonum IV 152 1\* — Sanctificatis data est potestas et facultas vitandi omne peccatum mortale, vel etiam frequentiam venialium, vel vitandi omne peccatum universaliter III 77 b — Virginis eminentior fuit quam sanctificatio beati Iohannis III 72 f. 3 *Vide V. Maria-sanctificata.*

— Per sanctificationem non datur character IV 151 f. 1, 152 1\* — Sanctificatus debet baptizari non in remedium, sed in signaculum IV 151 b sq.

SANCTITAS — dicit conditionem amoris casti contra libidinosum I 206 d. 4 — non attenditur circa motum naturalem, sicut circa amorem voluntatis I 204 b

— significatur per unctionem IV 634 6\* — potissime consistit in continentia IV 630 a

— requiritur tempore gratiae IV 755 b, 5\*

SANGUINEI — ut plurimum sunt benigni II 363 b — In sanguineis fervet concupiscentia carnis ex parte complexionis II 788 b

SANGUIS — est humor in venis IV 908 a — possunt intelligi humores, qui ex sanguine procedunt III 79 d. 3

— In sanguine est sedes animae IV 257 a, 3\* — In sanguine est vita carnis IV 110 b — est medium et dispositio uniuersi animam corpori IV 907 f. 3, 908 3\*, 4\* — est principium materiale generationis IV 848 a — Nutrimentum est sanguinis IV 257 3\*

— resurget in corporibus IV 907 f. 3, 908 a sq. — Verus resurrexit in Christo IV 908 f. 6, a sq. *Vide V. Christus 22.*

— Christi est pretium redemptionis III 14 f. 4 *Vide V. Redemptio.* — Christi efficit novi testamenti innovationem et confirmationem et veteris evacuationem IV 194 b — Christi manifestat fidem *ibid.* — Christi efficit salutem multorum *ibid.* — Christi facit recordari passionis et animae redemptionis IV 256 f. 4, 257 a, 3\*, 4\* — Christi egrediens e latere significat Sacramentum eucharistiae, non baptismum sanguinis IV 110 2\* *Vide V. Christus 20* in fine.

— Christi est cum corpore Christi in eucharistia non propter conversionem, sed

propter inseparabilem coniunctionem ratione commixtionis IV 247 f. 4, b, 248 4\* — Christi continetur in Sacramento ut annexum corpori IV 498 2\* — Christi est etiam sub specie panis IV 257 1\* — Christi non dicitur potus, nisi prout propinatur in calice passionis IV 494 a sq. *Vide V. Eucharistia 5, 8.*

— Sanguinis effusio in sacrificiis significabat pretium redemptionis IV 36 a

*Vide V. Baptismus-sanguinis.*

SANITAS — una est in pluribus membris I 171 b, III 477 a, IV 142 4\*, 1007 a — est in pluribus membris, secundum quod ad unam originem reducuntur et secundum quod in complexione conveniunt II 544 3\* — est forma corporalis I 171 b

— Sanum esse plus est quam esse IV 171 b — Medium sanitatis habet latitudinem III 798 a

— Fundamentum sanitatis in natura sunt virtutes naturales regentes complexionem et expellentes nociva, quas exterius adiuvat medicina IV 548 3\* — Principium sanitatis est naturae virtus, quae per infirmitatem non omnino perimitur II 676 2\* — corporalis est in potestate naturae et naturaliter potest restitui *ibid.* — Aliquid est promotivum ad sanitatem communiter, vel secundum statum aegritudinis III 78 d. 1 — conservatur per bona cibaria et suavia, sed non recuperatur nisi per potiones amaras II 717 6\* *Vide V. Medicina.* — Desiderans sanitatem vult secari et uri IV 521 arg. 1

— spiritualis est per Dei gratiam et iustitiam II 676 2\* — Fundamentum et virtus regitiva sanitatis spiritualis est gratia gratum faciens IV 548 3\*

— sufficiens est gratiae, perfecta est gloriae IV 3 b — gratuita a culpa est viae, gloriosa a miseria est patriae IV 882 a — perfecta est gloriae IV 593 a — animae perfecta non est nisi in gloria IV 433 d. 4 — perfecta erit in resurrectione I 4 b — In gloria non est aegritudinis curatio, sed est sempiternae salutis continuatio III 750 1\*

SANUM — dicitur analogice I 758 a — dicitur analogice secundum dissimilem comparisonem duorum ad unum I 38 1\* — dicitur subjective, aut dispositive, aut ostensive I 831 a — dicitur de signo sanitatis naturali I 809 3\*

SAPIENTIA — dicit cognitionem per rationem nobilissimam I 615 d. 3 — communiter dicit cognitionem generalem rerum divinarum et humanarum III 774 a, 1\*, 2\*, 787 d. 1 — minus communiter dicit cognitionem sublimem rerum aeternarum et causarum altissimarum III 774 a — secundum quod accipitur pro cognitione, proprie est cognitio causarum altissimarum, communiter dicta comprehendit et includit cognitionem omnium III 787 d. 1 — communiter dicta includit in se diversas scientias de creaturis et etiam de Creatore *ibid.* — vel dicit cognitionem veram, vel veram et nobilissimam, quia per causas altissimas, vel dicit cognitionem veram,

nobilissimam et sapidam I 835 d. 5 — est scientia superiorum II 248 arg. 7

— dicit habitum vel habilitatem ad cognoscendum I 487 arg. 3 — est perfectio intellectus et illud quo intellectus cognoscit formaliter III 296 f. 1 — A sapientia est omnis actus cognoscendi perfectus non tantum effective, sed sicut a forma perficiente III 297 1\* — dicit motum a rebus ad animam et formam inhaerentem, non effectum precedentem I 562 1\*

— est accidens et qualitas sapientis I 665 d. 4 — est accidens ipsi animae II 320 b — creata est habitus III 297 a — dicit complementum I 306 d. 5

— una est IV 662 4\*

— est virtus in tellectualis III 472 2\*. 716 arg. 4 — est in ratione proprie dicta III 716 arg. 4 — est prior voluntate I 127 f. 4

— non est solum in bonum, sed etiam in verum III 472 2\*

— dicitur a sapere I 462 d. 3 — ut est cognitio per revelationem vel inspirationem accepta, dicitur a sapere II 429 d. 2 — ut dicitur a sapere, nominat Dei cognitionem ordinatam ad affectionem II 249 7\*

— simul dicit cognitionem et affectum I 13 b — dicit speculationem iunctam affectioni I 614 d. 3 — est contemplationis gratia, sed principaliter, ut boni flamus I 13 b — est habitus medius inter pure speculativum et practicum, qui complectitur utrumque, et perficit intellectum ut natum extendi ad affectum *ibid.*

— dicitur a sapore I 13 b — dicitur scientia, quae secum habet iunctum saporem III 531 a — dicta a sapere consistit in cognitione, dicta a sapore in affectione III 612 a — dicta a sapere datur per dona gratiae gratis datae, dicta a sapore per dona gratiae gratum facientis I 270 b — a sapore dicta spectat ad potentiam affectivam III 747 arg. 2 — a sapore dicitur, qui respicit affectionem interiorem III 773 f. 1, 774 b — reficit gustum et affectum III 773 f. 2, 774 b — Sapientiae opponitur insipientia, quae dicit recessum a lege bonitatis II 979 b

— in nobis est per acquisitionem et consequitur conceptionem similitudinis I 488 3\* — crescit per studium et auditum III 774 1\*

— secundum quod consistit in cognitione, potest vitari per excessum et curiositatem perscrutationis III 612 a — consistens in affectione non vitatur per excessum *ibid.* — debet habere modum III 611 f. 3

— creata est accidens animae, quod adveniens in animam mutatur, sed dicitur non mutari secundum formam, quia non alteratur, quamvis sapiens secundum illam alteretur III 165 b

— creata non potest esse eadem in pluribus subiectis I 665 d. 4 — non est in pluribus una per conformitatem *ibid.* — est quodam modo una in pluribus in comparisonem ad unam veritatem I 666 b

— est lux spiritualis II 320 b — est bonum gratiae perficiens intellectum I 596

d. 6 — maior est secundum cognitionem gratuitam quam secundum innatam II 519 4\*

— Per sapientiam intelligentia omnia diiudicat II 5 a — secundum quod huiusmodi non est principium ignorantiae III 336 f. 1

— creata est a Verbo Dei ut a principio I 488 1\* — Ad hoc, quod quis fiat sapiens, concurrunt sapientia creata et increata III 165 b — Ad cognitionem Verbi requiritur sapientia creata et habilans animam, quae non est summa sapientia, sed influentia ab illa procedens III 315 a — Ad cognoscendum fontem sapientiae requiritur sapientia, quae de illo fonte derivatur III 297 1\* — disponit animae potentias cognitivas et conformes reddit, ut illud lumen aeternum cognoscat *ib.* b — Anima per sapientiam assimilatur Deo, in quantum est sapiens II 639 2\*

— est in intelligentia conversa ad divinam veritatem II 5 a — facit intueri abscondita divinae substantiae I 5 a — Sapientiae in statu viae est cognoscere res creatas, ut in eis cognoscat Veritatem divinam II 787 d. 1 — omnis de Deo in via absque fide magis est stultitia quam vera scientia, et deprimit in errorem, nisi dirigatur et iuvetur per fidei illuminationem III 524 4\*

— proprie nominat cognitionem Dei secundum pietatem, quae attenditur in cultu patriae, quem exhibemus Deo per fidem, spem et caritatem I 835 d. 5. III 774 a — aliquando dicit religionem divinam sive cultum I 835 d. 5 — dicitur verus Dei cultus III 216 arg. 2 — spectat ad cultum interiorem III 218 1\*

— ut dicit pietatem, claudit in se virtutem et opponitur culpae I 835 d. 5 — se tenet ex parte virtutum theologiarum III 216 arg. 2

— magis proprie nominat cognitionem Dei experimentalem III 774 a — Cognitione Dei experimentalis est sapientia, quia secum habet iunctum saporum III 531 a *Vide V. Cognitione - Dei - experimentalis.*

— quae est visio Verbi, est fructus pietatis II 129 d. 2

— Pastus sapientiae significatur per lignum vitae IV 662 4\*

— ut nominat cognitionem Dei experimentalem, est donum Spiritus sancti, cuius actus consistit in degustando divinam suavitatem III 774 a. 775 5\* — Sapientiae est cognitio experimentalis de divina suavitate III 748 2\* — Doni sapientiae acquisitae est cognitio experientiae, quae attenditur secundum gustum III 779 3\* — Doni sapientiae est delectatio in gusta summae suavitatis *ibid.* 794 f. 3

— ultra habitum caritatis addit aptitudinem et promptitudinem ad faciliter degustandum Dei suavitatem III 742 1\* — Sapientiae est gustus et sapor IV 636 a — expedit concupiscibilem ad gustandum bonum III 745 b — ordinat ad finem per modum gustantis *ibid.*

— attenditur in vita contemplativa quantum ad actum perficiendi III 746 a — spe-

ctat ad contemplationem III 775 f. 1 — est contra stultitiam III 745 a — opponitur stultitiae ratione actus primi et praevii, qui consistit in cognitione III 774 3\*

— simul potest stare cum fide III 520 f. 3

— Doni sapientiae est amentem esse, quia inchoatur in cognitione Dei per ablationem et negationem III 774 b — quae est donum Dei, dicitur stulta et amens, quia actus eius ex parte affectionis se tenet III 773 f. 3

— Actus doni sapientiae partim est cognitivus, partim affectivus III 774 b, 3\*. 775 5\* — dicit lumen cognitionis et saporum affectionis III 775 4\* — Actus praecipuus doni sapientiae est ex parte affectivae III 774 b, 3\*. 775 5\* — est respectu actuum duarum potentiarum, ita quod unus sit principalis, et alter disponens ad illum III 775 b

— appropriatur Filio I 254 d. 5 — appropriatur Filio ratione eius quod subest I 324 2\* — potest appropriari Filio et Spiritui sancto ratione duplicis actus III 775 4\*

— negotiatur de aeternis secundum rationes aeternas III 480 3\*. 595 4\*. 779 2\*. 788 d. 4 — est ad cognitionem aeternorum secundum aeternas rationes, ut sunt via ad gustum et experimentalem cognitionem divinae suavitatis gustui annexam III 778 1\* — Actus doni sapientiae est aeterna cognoscere et circa illa affici III 777 arg. 3 — Secundum donum sapientiae dirigimur ad aeterna III 219 f. 3 — in quantum consistit circa affectionem, non indiget in actu suo adminiculo creaturae, sed versatur solum circa aeterna III 779 5\* — Ad sapientiam spectat cognitio divinitatis in Christo III 776 arg. 2

— et intellectus habent idem obiectum principale et combinantur ad invicem III 779 5\*

— dicitur dirigere donum intellectus, quia cognitio experimentalis de divina suavitate amplificat cognitionem speculativam de divina veritate III 748 2\* — habet intra se cognitionem experientiae, quae adeo dirigit et allicit, quod circa eius usum vix aut nunquam habet error accidere *ibid.* — Nec in dono sapientiae nec in eius actu est reperire excessum III 773 f. 5. 774 b

— respondet virtuti caritatis III 744 b. 778 1\* — expedit caritatem respectu Dei III 744 b — est contra luxuriam, cui non sapiunt nisi carnalia III 745 a

— Secundum usum doni sapientiae anima collocatur in statu perfectiori et digniori quam secundum usum aliorum donorum III 748 a — Ad usum doni sapientiae nemo pervenit, nisi prius exercitium in usu timoris praemittat *ibid.* — praesupponit omnia dona inferiora III 794 f. 3. 796 2\*, 3\* — est primum donum complemento et dignitate III 748 a — est primum donum, quia est perfectissimum et magis approximatur perfectioni Spiritus sancti *ib.* b — ponitur primo loco vel ultimo *ib.* a

— consequitur caritatem III 773 f. 1. 774 b — non est in peccatore cum timore

servili III 752 d. 2 — non est in malis IV 207 arg. 2 — praesupponit caritatem, quae dat sensum gustui I 305 d. 4

— semper est cum Spiritu sancto I 323 b

— ratione cuiusdam habilitatis, quam caritati superaddit, est maius bonum quam illa I 305 d. 4 — dicitur donum excellentissimum, praesupponendo sive implicando donum caritatis *ibid.* — consistens in affectione est supra caritatem, non ut consistens in cognitione III 611 f. 3. 612 a — est donum excellentissimum, ut dicitur a sapore et includit caritatem II 249 7\* — est donum excellentius caritate III 742 f. 1, 1\* — est maximum donum III 747 arg. 1 — est donum praecipuum Spiritus sancti I 272 f. 2. — est supremum inter omnia dona III 770 d. 5. 794 f. 3 — est donum supremum in proficiendo III 770 d. 5

— consistit circa animae supremum II 913 arg. 5 — non consistit circa synderesim, sed respicit voluntatem, secundum quod est deliberativa II 915 5\*

— fuit in Christo patiente quantum ad delectationem in impletionem voluntatis paternae et nostrae liberatione III 745 a sq.

— Paulatim proficitur ad sapientiam III 798 a — In beatitudine erit plenitudo sapientiae III 766 f. 3

**Effectus** — Sapientes dominantur passionibus II 364 2\* — Sapiens secundum Stoicos dicebatur, in quo nulli cadit perturbatio, et qui omnibus passionibus animae dominatur III 797 b — Perfectioni sapientiae repugnat, rationem attingi passione per modum rationis, non autem attingi per modum naturae III 354 5\* *Vide V. Passio - affectiva.* — In sapiente potest esse tristitia turbans, sed non perturbans III 339 4\*

— quodam modo habet vim regitivam et ordinativam pastus omnibus viribus animae I 254 d. 5

— spiritum conservat, ne solvatur in vitia IV 459 a

— Sapientis est respicere futurum IV 652 f. 5

— Sapientis est non mentiri et mentientem posse manifestare I 570 a — A sapiente quaeritur consilium ad instructionem IV 343 d. 5

— in nobis est vere ens et causa rerum, quae a nobis sunt I 804 a

— Sapiens, eo ipso quod sapiens, pulchritudinis amator est IV 614 b — Congruitas est signum sapientiae IV 53 1\* — Sapiens considerat congruitatem II 23 5\* — Sapiens, manens sapiens, non potest facere aliquid deterius I 835 d. 4 — artificis manifestatur in opere I 72 a *Vide V. Artifex.* — Secundum sapientiam quis agit, quantum congruit I 785 3\*

— Sapientis est ordinare I 785 3\*. 786 f. 4. II 255 f. 3. 295 arg. 5. III 638 arg. 3. IV 960 f. 2 — Ex ordine intelligitur sapiens I 79 d. 3 — connotat ordinem IV 961 3\* — Qui producit ordinate necesse est, quod producat secundum sapientiam I 685 f. 3 — Sapiens non producit multa sine

ordine IV 614 b — Sapientiae ordinatio nullo potest infringi ultio III 262 b

— Deus habet sapientiam I 94 d. 6 — Deus ut spiritualissimus est maximae sapientiae II 40 b — est in Deo essentialiter I 306 d. 5 — vere est in Deo, et similitudo eius in creatura I 396 a — est nomen translatum a creaturis, non secundum rem, sed secundum impositionem *ibid.* — Nomen sapientiae translatum est a nobis ad Deum, sed significatum per prius et nobilius est in Deo quam in nobis I 489 b

— summa pertinet ad sublimitatem esse divini I 3 b — Esse sapientem et esse in divinis non differunt modo dicendi a parte rei, sed solum a parte nostra I 565 d. 1

— divina per comparisonem ad effectus habet in se thesaurum infinitum in numerositate et ordinem in discretione I 62 a sq. — divina est sibi ratio cognoscendi formaliter III 297 1\*

— Ubi est summa sapientia, ibi est summa pulchritudo II 714 f. 3 — Ubi est summa sapientia, ibi est summa veritas et summa aequalitas *ib.* f. 4

— Ordo divinae sapientiae est absconditum perscrutandum non in se, sed in operibus, in quibus reuect I 5 a

— Dei dicit dispositionem Dei, in quantum causa I 44 d. 14 *Vide V. Deus 44.*

— divina non patitur, Deum aliquid facere sine modo et mensura I 772 f. 5 — non patitur, aliquid turpe vel inordinatum reperiri intra universum II 770 a — Inordinatum repugnat divinae sapientiae II 878 a — non patitur, universum ex aliqua sui parte turpari III 419 f. 2 — divina in omnibus suis operibus servat ordinem congruentiae II 419 b — divina omnia ordinat et gubernat II 494 b — Ordo sapientiae est inter res, secundum quod comparantur ad invicem II 716 3\* *Vide V. Ordo.*

— summa Dei manifestatur in rebus creatis III 787 d. 1 *Vide V. Deus 55, 55.* — manifestatur etiam in creaturis minus nobilibus III 38 5\* — appropriate manifestatur in formatione et in opere distinctionis II 298 4\* — efficacius manifestatur in mundi decursu II 296 f. 3 — in incarnatione manifestatur in comparatione ad unionis modum congruentissimum III 98 b, 99 a — Dei maxime inter omnia opera manifestatur in institutione Ecclesiae IV 614 b

— In perceptione sapientiae Dei est maxima delectatio II 459 f. 12 — increata est supra animam cognoscentem III 298 3\*

— Omnia cognoscuntur divina sapientia causaliter III 297 1\* — Ad sapientiam reducitur illuminatio IV 635 b

— increata non mutatur III 165 b *Vide V. Deus 44.* — dicitur mobilis active, quia facit alia moveri I 157 1\*

— non dicit propriam I 201 3\*. 488 a, 362 a, 1\* — significat essenziale I 201 3\*. 487 f. 2, 491 d. 1, 562 f. 1, a, 565 d. 1, 698 d. 1 — dicit quid absolutum de ratione sui nominis I 487 f. 3 — nondicit respectum ad creaturas *ibid.*

— est nomen medium, quod natum est supponere pro persona I 112 b, 120 d. 3,

505 d. 4, 565 d. 2 — pro persona supponit et locutionem veram reddit III 187 6\*

— quantum ad significatum in divinis dicit essentiam, sed supponit personam I 505 d. 4, 566 d. 5 — supponit pro persona partim proprie, partim improprie I 112 b

— Sapere non dicitur notionaliter in divinis, sed vel est commune, vel appropriatum I 558 2\*. 698 d. 4 — nullo modo dicit proprietatem personalem, sed appropriatum I 205 d. 2 — attribuitur Patri et Filio I 491 d. 1 — intelligitur, non intellecta generatione I 562 f. 2 — non dicit respectum ad alium, et ideo semper de se dicitur ad se I 201 3\*. 488 a

— prius intelligitur quam Verbum I 488 a, 2\*, 3\* — non est sine verbo I 94 d. 6

— potest dici genita et ingenita, sed non omnino proprie, quia est nomen abstractum aliquo modo I 565 d. 2 — Pater habet sapientiam genitam I 94 d. 6 — genita praesupponit sapientiam ingenitam I 566 d. 2 — Pater genuit sapientiam I 420 d. 3 — emanat emanatione intrinseca in eo quod est de substantia emanantis I 62 b

— genita et ingenita non respiciunt significatum, sed suppositum et distinguunt suppositum, manente unitate in significato sive forma I 566 d. 5 — eadem est genita et ingenita I 188 d. 3 — et sapientia nata diversificentur solum quantum ad suppositum I 511 2\* — Potest dici sapientia de sapientia I 565 d. 2, 566 d. 4 — Minus proprie potest dici sapientia procedens, licet non sit appropriabilis Spiritui sancto, quia per determinationem adiunctam potest trahi ad eum I 566 d. 2

— orta est similitudo concepta, quae non dat sapientiam concipienti, immo magis accipit I 488 3\* — genita est maxime signum sapientiae in Patre generante I 560 a — non dicitur maior et minor, quia dicit essentiam I 286 d. 4

— dicitur alicuius aut sicut subiecti, aut sicut principii I 562 1\*, 567 d. 7 — Patris in ratione originis dicitur Filius vel sapientia genita, quia est a Patre; sapientia Patris in ratione subiecti non est sapientia genita, sed sic dicitur esse Filii I 567 d. 7 — Pater non est sapiens sapientia genita, sed sapientia, quae est una et eadem Patris et Filii et Spiritus sancti I 562 a, 567 d. 7 *Vide V. Pater-appropriata.*

— Filius est sapiens sapientia ingenita I 556 a *Vide V. Filius-sapientia.* — Filius formaliter est sapiens sapientia genita I 566 d. 4 — appropriatur Filio I 79 d. 4, III 326 d. 2 — est Dei Filius I 259 f. 1, 275 d. 4 — appropriatur Filio, qui est ab alio et habet sapientiam ab alio I 566 d. 2 — attribuitur Verbo ut similitudini exemplativae I 485 b, III 187 6\*

— Opus, quod est maxime divinae sapientiae manifestativum, personae Filii Dei est appropriandum III 98 arg. 8

— Adhaerens sapientiae mundanae verum dicenti nec meretur nec demeretur IV 712 d. 2

SAPON — est emanatio a corporibus IV 1019 a

— respicit affectionem interiorem III 773 f. 1 — est a dilectione II 249 7\*

SARACENI — eorum error de passione Christi III 346 b

SATISFACTIO — Satisfacere est honorem debitum Deo reddere III 424. arg. 2 IV 350 f. 1, 362 a, 363 f. 1 — Satisfacere est Deo honorem per poenam reddere IV 372 a, 375 arg. 4 — Cum satisfactio redditur, divinus honor ablati recompensatur III 420 f. 4 — Satisfacere est recompensare Deo illatum iniuriam III 423 a, 3\* — reddit honorem Deo ablatum peccato commisso, per poenam assumtam IV 365a, 1\* — requirit honoris ablati restitutionem III 26 4\*

— Satisfacere est causas peccatorum excidere III 425 f. 3, IV 372 a — Satisfacere est peccatorum causas excidere et earum suggestionibus aditum non indulgere IV 361 a, 362 a sq. — Satisfaciens debet a se cum dolore et poena praecedendo remove quae cum amore sequendo peccavit IV 362 b — definitur quantum ad recessum a malo, vel quantum ad accessum ad bonum *ib.* 1\*

— Ad satisfactionem completam requiritur emenda praesens pro culpa praeterita et propositum firmum vitandi futuram IV 362 b

— debet praecedere occasiones peccatorum IV 373 3\* — dicitur excidere causas peccatorum non per solam declinationem, sed per pugnam et violentiam assumendo poenales illis contrarias IV 362 2\* — non aufert causam peccatorum in effectu *ib.* 3\* — debet excidere occasiones propinquas *ib.* 4\*

— In satisfactione principaliter est vitatio culpae et augmentum gratiae, minus principaliter solutio poenae IV 369 b — respicit obligationem ad poenam III 426 5\* — facienda est pro peccatis non omnino dimissis quantum ad poenam IV 577 b — Opus est satisfactorium ratione poenae pro debito IV 531 6\*

— fit pro iniuria per culpam IV 363 f. 3 — non fit nisi pro culpa II 785 b — non fuisset in statu innocentiae II 572 d. 1

— est, cum fit opus alias indebitum III 264 f. 2 — Illud non est satisfactorium, ad quod quis alias tenetur IV 370 f. 5, 6, 371 b — dat honorem Deo superaddendo aliquid alias non debitum IV 376 1\* — dicitur communiter omne opus poenale voluntarie assumtum, sive debitum sive iniunctum arbitrio sacerdotis *ib.* a — proprie dicit poenam voluntarie assumtam, ad quam non tenebatur nisi ex culpa et iudicio sacerdotis IV 375 arg. 2, 376 a

— Ad hoc quod sit satisfactio, necessarium est, quod fiat damni recompensatio III 26 4\*, 425 f. 4 — Nullus satisfact, nisi restituat tantum et amplius, quantum abstulit III 422 f. 3

— In satisfactione culpa ordinatur per poenam III 419 f. 2 — Per satisfactionem malum punitur *ib.* f. 1 — deordinatum per culpam reordinat in poena IV 365 a sq. — curat peccatum per delectationem commissum IV 364 f. 4, 365 b, 3\*

SAT

— facit iustitiam et vindictam de peccato IV 364 f. 5 — Per satisfactionem fit reparatio per viam iustitiae III 431 arg. 4 — Iustitia dicitur, ut culpa non deleatur, nisi fiat aliqua satisfactio IV 151 2\* — In satisfactione principaliter operatur iustitia IV 364 2\* — Decens fuit, ut Deus ab homine satisfactionem exigeret, ut manifestaretur iustitia III 421 a, 1\*, 4\* *Vide V. Peccatum 51 (262 a)*. — Deus exigit satisfactionem non propter suam indigentiam, sed ut nos reducat ad debitam ordinationem III 421 2\* — Gloriosius est reconciliari Deo per satisfactionem quam sine *ib.* a — Deus potuit liberare hominem praeter satisfactionem sine praeiudicio iustitiae III 431 4\*

— consuevit fieri et requiri aut de iniuria, aut de damno III 423 a — plena est, quando simul fit de iniuria et de damno, semiplena, quando remissa offensa, fit pro damno III 425 b — Deus exigit satisfactionem tantum pro delectatione finita, condonata offensione infinita IV 332 3\*. 350 b — potest ab homine fieri pro libidine perversa in peccato finita IV 350 f. 3, b — Homo potest satisfacere pro damno sibi illato deformatione imaginis *ib.* 3\* — Purus homo adiutus gratia potest satisfacere pro damno illato satisfactione incompleta IV 351 a — non exigitur pro offensa, sed pro damno, quod intulit sibi peccator per culpam IV 350 3\* — non videtur posse fieri ab homine, nisi Dei misericordia condonet offensam *ib.* b — de peccato non remisso per gratiam non potest fieri nisi per poenam infinitam IV 352 3\*. 355 f. 3

— Secundum alios Deus pro ipsa offensa exigit satisfactionem, quae non est homini possibilis, sed facta est per Mediatorem IV 351 a — debet proportionari offensae et iniuriae III 422 f. 2

— pro quolibet peccato interiori et exteriori fieri debet IV 397 d. 2

— proprie est pars poenitentiae et dicitur persolutio poenae debitae et iniunctae IV 397 d. 2 — consequitur contritionem et confessionem IV 531 4\* — est pars emendae, quae consequitur poenitentiam II 992 b — simul est cum aliis partibus poenitentiae quantum ad earum effectum IV 397 d. 1

— potest dici ipsa reconciliatio et sic potest dici de qualibet parte poenitentiae IV 397 d. 2 — ut dicitur adimpletio poenae iniunctae, per accidens est etiam in contritione et confessione *ibid.*

— a sacerdote semper est imponenda, nisi constaret de totius remissione per contritionem IV 364 3\*

— sacramentalis a Christo mandata est tanquam principali auctore IV 398 d. 5 — in lege nova debet esse perfecta, ut in statum pristinum reducat IV 542 d. 3

— debet esse poenalis III 428 4\* — Ad satisfactionem requiritur poenalitas et difficultas II 572 d. 4 — fit per opera poenalia IV 365 a — maxime fit per opera poenalia III 393 3\* — Magis satisfactorium est opus, quod est magis poenale IV 367 arg. 5. 368 arg. 5 — fit per opera poe-

nalitatis naturae per se, non vero per poenale ratione culpae et inordinatae voluntatis IV 365 4\* — Gratia se habet ad satisfaciendum secundum opera III 425 arg. 5

— Oratio, ieiunium et elemosyna communiter accepta sunt partes satisfactionis IV 368 b. 369 4\* — Proprie satisfactoria sunt ieiunium, oratio et elemosyna IV 375 b. 376 4\*

— fit per gratiam poenitentialem II 785 b — non potest fieri, nisi Deus det gratiam IV 350 b, 2\* — non potest fieri a diabolo propter impossibilitatem percipiendi gratiam *ib.* 2\* — Homo se reddidit impotentem ad satisfaciendum, nisi succurrat ei divina misericordia III 426 2\* — Homini est impossibile satisfacere per se, sed possibile per divinum adiutorium *ibid.*

— quaedam requirit ut fundamenta, quaedam ut expedientia, quaedam ut satisfactoria, quaedam ut perficientia, ut sunt opera supererogationis IV 375 b

— non dicit tolerantiam poenae sine iustitia voluntatis et reconciliatione IV 352 a — de vi nominis importat divinam acceptionem et reconciliationem et amicitiam IV 353 b — est reconciliativa *ib.* f. 2 — requirit complacentiam satisfaciens III 26 4\*

— non potest fieri, manente aversione et imaginis deformatione et inimicitia IV 352 b — non fit nisi per reformationem imaginis *ib.* f. 3 — Non potest satisfacere nisi amicus *ib.* 2\*. 353 f. 2 — magis innocentis est magis grata III 365 a, 2\*

— Nihil est satisfactorium nisi quod est meritorium III 385 f. 4 — Opus omne satisfactorium est meritorium vitae aeternae IV 355 f. 2, b

— Nullus satisfaciens pro culpa damnatur IV 353 f. 4 — aufert meritum aeternae damnationis et meretur aeternam beatitudinem II 786 3\* — Per sufficientem satisfactionem aperitur ianua caelestis III 422 arg. 5

— fundatur super gratiam gratum facientem II 785 f. 3. IV 352 2\*, 5\* — Gratia est principium satisfaciendi III 422 arg. 4 — sine gratia gratum faciente et caritate est impossibilis IV 353 b. 356 5\* — nulla est sine caritate IV 375 b. 376 3\* — Nullum opus est satisfactorium nisi quod fit ex radice caritatis IV 945 arg. 3 — Opus debet esse vivum, ut sit satisfactorium apud Deum IV 355 2\* — Opera extra caritatem non sunt satisfactoria apud Deum *ib.* f. 3, 4. 356 5\* *Vide V. Poena-solutio* in fine. — facta ex caritate valet, in quantum Deus commutat poenam aeternam in temporalem ex caritate portandam IV 356 5\*

— Non oportet, opus satisfactionis ab homine impositum fieri ex caritate sive in caritate, quia praeceptum, sed ut sit emendatorium et Deo placitum IV 353 3\* — facta sine remorse conscientiae, sed tamen extra caritatem, non sufficit in foro Dei IV 354 b — non requirit certitudinem de caritate habita nisi per signa probabilia IV 353 3\* — ut est secundum forum

SAT

Dei et secundum veritatem, non est in praecepto, sed secundum probabilitatem conscientiae *ibid.* 399 d. 6 — Qui opus iniunctum complevit extra caritatem non tenetur illud iterare IV 353 3\*. 354 a — Poenitentiam iniunctam non oportet iterare, sed sanum consilium est semper poenitere propter incertitudinem remissionis omnis poenae in foro Dei IV 354 a

— Omne opus satisfactorium videtur debere fieri ex caritate movente imperio coniuncto, vel saltem primo IV 353 b — Opera satisfactoria facta extra caritatem probabiliter aliquo modo reviviscunt, ut accedente caritate valeant ad remissionem poenae *ibid.* — Opera facta a peccatore post contritionem sunt satisfactoria, ante eam possunt iuvare tantum, ne quis in plura scelera trahatur *ib.* 4\* — Deus hortatur peccatores ad opera satisfactoria, ut se praeparent ad habendam caritatem et ad faciendam satisfactionem IV 353 b

— non acceptatur a Deo de una culpa sine alia IV 352 a sq. — Deus non recipit solutionem, quamdiu peccator in aliis se obligat *ib.* 4\* *Vide V. Peccatum 16* in fine. — pro culpa non est, quamdiu manet radix et causa culpae III 425 f. 3 — non est simul cum culpa II 785 b

— respicit omnia peccata, in quantum conveniunt in aversione IV 352 f. 4, b — Satisfaciens de uno potest praeparari ad gratiam, per quam satisfaciatur de omnibus *ib.* 4\*

— Peccatum veniale non tollit fundamentum satisfactionis, quod est gratia IV 352 5\* — Aliquando quis habens gratiam satisfaciatur de culpa, cuius non habet conscientiam IV 353 2\*

— Deus recipit satisfactionem paulatim IV 352 4\*

— Plus est satisfacere pro debito multorum quam unius, et facilius satisfit pro debito unius quam plurium IV 947 a

— Qui satisficit plus, quam meruit, iuste et bene facit IV 563 arg. 2. 564 b — abundans reponitur in thesauris Ecclesiae IV 364 3\*

— Bona satisfactoria, quae sunt in ecclesiastica unitate, valent ad satisfaciendum iis quibus distribuuntur IV 532 f. 3 — potest diminui merito Christi et ecclesiasticae unitatis IV 533 b, 1\*

— Ad satisfactionem condignam a sacerdote impositam solvendam quis non tenetur statim IV 399 d. 6

— pro altero *vide V. Poena-solutio*.

— proprie facienda est soli Deo IV 363 f. 3. 375 b. 376 1\* — proprie fit ipsi Deo, sed per Ecclesiam et in Ecclesia IV 364 a — per consequens fit etiam Ecclesiae *ibid.* — fit in unitate ecclesiastica IV 531 4\*

— Pro culpa hominis non decet nisi hominem satisfacere III 262 f. 2 — Pro homine non debet satisfacere nisi homo III 422 f. 1 — ad illud genus pertinet, in quo fuit transgressio III 262 b. 422 f. 1. 423 a — Iustitia ab illo genere requirit emendam, in quo reperit offensam III 262 b — non potuit, aut non decuit fieri per



aliam creaturam, quae non esset homo, nec si esset a Deo assumpta III 423 a

— Adam non poterat sufficienter Deo satisfacere II 785 b. 786 4\* — Adam non poterat per satisfactionem recompensare damnum totius humanae naturae II 785 b — Nulla pura creatura potuit satisfacere pro toto humano genere nec de iniuria Deo illata nec de damno, quod Adam inulit corrumpendo totum genus humanum III 423 a — In satisfactione pro humano genere Deus quaerit recompensationem de genere humano, secundum quod fuisset, si non peccasset *ib.* 4\*

— Adam non potuit pro se ipso satisfacere II 785 f. 4. IV 350 arg. 3 — non potuit posteris communicari ab Adam II 785 b. 786 2\* — Adae non potuit posteris restituere iustitiam originalem II 786 3\* — Misericordia divina pro modica satisfactione Adae non debuit toti humano generi donare offensam, sed quod decebat Deum supplere *ib.* 4\* — Homo semiplene quantum ad damnum potest satisfacere pro suo actuali per usum gratiae gratum facientis, sed non pro originali, in quantum est corruptio naturae III 425 b sq. — Pro nullo peccato nec mortali nec originali potest purus homo gratia adiutus plene satisfacere quantum ad offensam et iniuriam *ib.* b — Nulla pura creatura potest satisfacere pro offensa et iniuria Deo illata III 422 f. 2. 423 2\*. 425 f. 2, b — Nulla pura creatura potest recompensare Deo illatam iniuriam III 26 4\*. 423 a, 3\* — Satisfieri debet pro peccati gravitate secundum omnes condiciones aggravantes III 423 2\*

— non potest fieri ab eo qui est debitor III 425 f. 4 — Satisfacere non potest qui habet debitum necessitatis III 395 d. 4 — Meritum perfectae placationis, qua Deus reconciliatus est toti humano generi, non potuit esse ab eo qui haberet debitum necessitatis III 396 d. 4 — Debitum mortis naturalis tollit meritum perfectae satisfactionis pro salute generis humani *ib.* d. 5 — Homo non potuit satisfacere pro peccato originali propter debitum mortis in toto genere humano IV 350 3\*

— Pro peccato originali alicuius hominis non potest satisfacere nisi qui omnino a peccato originali mundus sit et habeat gratiam capitis in alios redundantem III 426 a — dicit debitum Deo ex reatu praevocationis, quod homo non potest solvere per se ipsum *ib.* 2\* — Nullus potest pro originali alicuius satisfacere, nisi satisfaciatur pro culpa Adae et pro toto genere humano III 425 f. 5 — pro culpa originali praesupponitur collationi gratiae III 426 4\* *Vide V. Peccatum 28-satisfactio.*

— innocentiam iustitiae originalis quantum ad naturam non restituit II 785 f. 2. 786 2\*, 3\* — Iustitia satisfactionis non directe opponitur iustitiae originali II 786 3\* — respicit personam, non naturam *ib.* 2\*, 3\*

— oportuit, ut fieret a Deo et homine III 422 f. 1, 4. 423 a. 426 a — Satisfacere pro toto genere humano non potest

nisi Deus et homo III 431 arg. 4 — Nihil potuit pro peccato nostro satisfacere, nisi esset Deus III 445 f. 3 — Pro offensa infinita non potuit satisfacere, nisi qui esset infinite bonus II 785 b — non potest fieri per carnis Christi separationem a Divinitate III 439 a *Vide V. Christus 55.*

— Opportunum fuit, Filium Dei pati ad satisfaciendum II 785 f. 4 — Deus subvenit toti humano generi per passionem Christi IV 412 b

— Decens fuit, ut misericordia divina daret homini mediatorem, qui pro eo satisfaceret III 421 a, 1\*, 3\*, 4\* — Plus nos astringit ad amorem et laudem Dei, quod dedit Unigenitum suum pro nobis, quam si sine satisfactione condonasset nobis poenam et culpam *ib.* 4\*

— Solus Filius pro nobis satisfecit III 408 arg. 2 — Ad satisfaciendum pro homine necessaria erat missio Filii in carnem III 26 4\*

— Congruentissimus modus satisfaciendi fuit per mortem et passionem III 26 4\*. 431 4\* — a Christo facta est per veram passionem III 345 f. 4. 346 b — pro peccato nostro fuit per passionem et mortem Filii Dei III 445 f. 3 — Maxima aequitas fuit in exigendo pro satisfactionis pretio mortem Filii III 421 4\* — Christus potuisset satisfacere alio modo quam per mortem, et fortassis modicum supplicium suffecisset III 431 4\*

— Christus satisfaciendo fecit nobis de indebito debitum III 393 4\* — Christus satisfaciens pro omni offensa omnibus impetravit gratiam, qua satisfaciunt Deo pro laesione III 426 a — Propter satisfactionem passionis Christi Deus dat gratiam poenitentialem, prius propter promissam, postea propter solutam *ib.* 1\*

— Christi est infinita III 279 b. 280 3\*. IV 351 b — Christus satisfecit pro omni offensa quantum ad sufficientiam III 279 b. 426 a — Christus magis fuit sufficiens ad satisfaciendum quam Adam ad corrumpendum II 764 2\*

— Christi non extenditur ad parvulos decedentes in originali III 462 b — Christi se extendit ad illos qui membra eius efficiuntur per fidem, vel per Sacramentum fidei *ibid.* — Christi habet effectum in membris per fidem, vel per Sacramenta IV 351 a — Passio Christi non se extendit nisi ad eos qui membra eius fieri volunt IV 412 b — Christi credenda est III 552 d. 2 *Vide V. Christus 54, 55.*

— ex meritis Christi solvitur, cum misericordia supererogando pretium iustitiae satisfaciatur IV 478 5\*

— Christi fuit exemplar et fundamentum nostrae satisfactionis IV 363 f. 4 — omnis etiam pro peccatis actualibus videtur fundata esse super satisfactionem passionis Christi per fidem IV 351 b — quaecumque habet complementum a passione Christi III 426 a. IV 351 a *Vide V. Christus 54* in fine.

SATUR — Homo satur non est idoneus ad spiritualia peragenda IV 186 1\*

SATURNUS — supremus est inter planetas et velocissime movetur II 337 arg. 6 — est frigidissimus *ibid.*

SCALA — necessaria est ad ascendendum I 74 b arg. 2

SCANDALUM — est in proximum IV 825 d. 2 — est actus principalis, vel circumstantia adiuncta alii peccato *ibid.* — unum peccatum non facit novum peccatum, sed novam addit circumstantiam aggravantem, quae tamen potest esse in specie accusanda *ibid.* — Ratione scandali veniale potest alicui esse mortale III 849 a — Propter vitandum scandalum non est faciendum contra veritatem vitae vel doctrinae IV 86 f. 4. 175 d. 4. 312 d. 4. 570 a — Propter scandalum in articulo necessitatis non est dimittendum idolothytum, sed cum protestatione sumendum IV 764 d. 8

SCISMATA — est contra mores vel vinculum caritatis IV 314 a

— Schismatici repelluntur ab eucharistia, in qua est vinculum caritatis IV 307 b — Schismatici extra Ecclesiam gratiam nec sibi nec aliis possunt impetrare IV 483 d. 3

SCIENTIA — proprie est in Deo I 695 arg. 4 — Cognitio Dei est summa et perfectissima I 685 arg. 4 — Dei est summa I 611 f. 5 — Nobilissimus modus cognitionis est Deo attribuendus I 600 arg. 3 — Deus cognoscit perfecte secundum totum I 629 f. 3. III 531 b — Deus totum cognoscit I 609 f. 2 — Deus totam rem plene cognoscit scientia comprehensionis III 531 b

— Deus est sua cognitio I 627 arg. 4. 685 arg. 1, 2 — Dei cognitio est idem quod Deus I 693 a — Dei cognitio comparatur ad Deum secundum rationem identitatis *ib.* b — In Deo idem est cognoscens et cognitum et ratio cognoscendi I 692 arg. 2

— Dei est sua essentia, et suum scire est suum esse I 692 f. 4. 694 f. 5. 739 arg. 2 — est ipse Deus I 614 d. 4 — Sapientia et cognitio idem est quod Deus, sed aliud connotat I 628 1\*

— dicit essentiam absolutam I 615 d. 4 — quantum est de se, dicit qualitatem absolutam I 436 4\* — in divinis, quantum est de se, semper dicit *quid*, nisi trahatur *ibid.* — Omnis cognitio est communis tribus I 692 f. 4 — Pater et Filius simul vident omnia cognoscibilia creata et increata I 698 d. 2 — Unam personam scire aliam non dicit respectum personae ad personam, sed essentiale, concomitante respectu *ib.* d. 4

— Deus essentiam suam comprehendit et novit perfecte I 768 arg. 3

— Deus se et omnia uno aspectu et eodem cognoscit I 485 b — Deus una cognitione et eodem modo per respectum ad cognoscentem cognoscit se et alia I 693 a — alio modo comparatur ad se et alia per respectum ad cognitum, sed non alio modo est *ib.* b — In cognitione sui et aliorum in Deo non est variatio I 692 f. 3 — Cum Deus intelligit se et alia, cognoscit se ut aliorum principium I 485 b

SCI

— Deus cognoscit alia a se I 686 a — consideratur in Deo in comparatione ad creaturas I 49 a sq. — dicit respectum ad creaturam I 614 d. 1

— Deus cognoscit omnia simul et uno aspectu I 613 f. 1, 2\*. 684 a. 694 b. 695 f. 4. 708 1\* — Deus non cognoscit per collationem, sed simplici aspectu I 601 a — Omnis cognitio Dei est a priori I 629 f. 2

— Dei cognitio est omnino simplex, omnino praesens I 738 4\* — Deus secundum modum cognitionis a parte sui omnia cognoscit per modum simplicitatis et praesentialitatis *ibid.*

— Circa actum cognitionis Dei semper est praesentialitas, et nulla successio cognitionis I 616 d. 6 — In cognitione Dei non est successio I 694 b — Deus non potest cognoscere successive I 691 arg. 3 — In cognitione Dei non potest attendi gradus et ordo ratione connotati III 702 4\* — Deus cognoscit omnia nobilissime I 695 f. 3 — In Deo nulla cadit cognitio per accidens a parte sua I 628 3\* — Deus nihil obliviscitur I 694 b. 740 a

— Deus cognoscit omnia praesenter, non ratione cognitorum, sed cognoscentis, in quantum habet omnium ideas praesentes et simul et super omnes simul et praesenter se convertit ratione simplicitatis et infinitatis suae I 696 a sq. — Deus scit omnia praesenter, sed non necessario *ib.* 1\* — Deus cognoscit opposita simul ex parte sua, tamen scit, unum alteri posse succedere *ib.* 4\* — Deus unica cognitione cognoscit hoc et eius oppositum I 708 b — Deus non scit simul duo contradictorie opposita I 739 f. 4 — Deus potest scire opposita sine innovatione scientiae I 777 d. 4

— Deus iudicat, aliquid esse futurum, sed non futurum sibi, sed praesens I 696 b, 1\* — In cognitione Dei a parte sui non est praeteritum nec futurum I 738 4\* — Deus a parte cogniti omnino cognoscit, rem esse, sicut est *ibid.* — Deus actu cognoscit praesentia, praeterita et futura I 616 d. 6

— Deus cognoscit res, antequam fiant I 621 a — Dei est aeterna I 599 b — Dei est ante omnem creaturam I 681 d. 2 — Deus nihil cognoscit nisi ab aeterno I 685 arg. 3 *Vide V. Deus 44 et V. Praescientia.* — Actus aeternus divinae cognitionis non potest cogitari non fuisse, sed ad aliquid ordinatus non fuisse, quin ponatur successio et mutatio in cognitione nec in ordine ex parte cognoscentis nec ex parte cogniti I 709 a

— Cognitio et modus cognoscendi est aeternus I 692 f. 4 — Modus divinae cognitionis est ei coaeternus I 737 arg. 3

— Dei est immutabilis I 694 f. 3, 5 — ex parte actus sciendi Dei est immutabilis *ib.* b — Quaecumque scit Deus, scit immutabiliter I 739 arg. 2 — Deus scit immutabiliter rerum mutabilitatem et mutationes I 694 b — Deus cognoscit mutabilia immutabiliter I 693 f. 1. 737 arg. 1

— In cognitione Dei non potest cadere transmutatio I 695 f. 4 — Actus divinae cognitionis est immutabilis et necessarius *ib.* 4\* — divina potest esse immutabilis, quia a seibili non dependet *ib.* 3\* — Potest esse mutatio circa seibile, nulla mutatione existente in divina scientia I 694 b

— Deus non potest incipere aliquid scire, id est alicuius cognitionem habere, sed incipit nosse, aliquid esse verum, cum illud incipit esse I 698 d. 4 — Deus quidquid scit semper scit, ut scire dicit nudum intelligere I 739 b — Deus desinit scire enuntiabile, cum de vero fit falsum I 740 a sq. 791 a sq. — Prout scire connotat veritatem circa enuntiabile, Deus modo non scit aliquid, quod scivit, nulla facta mutatione in Dei scientia, sed solum in connotato I 741 a, 2\* — Deus non desinit scire rem, cum desinit praescire I 742 d. 4

— Deus cognoscit materialia immaterialiter I 693 f. 1. 737 arg. 4

— Deus in uno multa cognoscit I 696 3\*. 737 arg. 4 — Deus cognoscit composita per modum simplicem I 737 arg. 1 — Deus multa intelligit uno et ita simplici modo *ib.* b — Intellectus Dei non est magis simplex intelligendo unum quam multa *ibid.* — Deus scit uniformiter multa I 693 f. 4 — In Deo cognoscente plura non est distinctio I 607 4\*, f. 4

— Deus omnia cognoscit per unum secundum rem I 605 f. 2, b sq., 2\* — Deus uno et eodem cognoscit omnia quantum ad id, per quod cognoscitur, et quantum ad actum divinae cognitionis I 708 b — quantum ad modum cognoscendi, qui est in ipsa, est una et simplex, sed in comparatione ad obiectum cognitum distincte cognoscit I 607 4\* — In divino intellectu non est multitudo reflexionum, cum Deus sit suum intelligere II 40 a

— Deus se ipso et non alio cognoscit se et alia I 692 f. 2. 693 a — Deus omnia cognoscit se ipso I 628 3\* — Deus cognoscit aliud a se per se ipsum, quia est actus respectu cognoscibilis et dat cognoscibili perfectionem I 686 a — Deus non cognoscit per aliud a se, quia non potest habere perfectionem aliunde nec additionem nec transmutationem I 685 arg. 1, 2. 686 a — Deus per idem cognoscit se et creaturam, quia veritas eius est similitudo creaturae I 693 3\* — Deus sciendo se scit alia, quia actus divinae scientiae non deflectitur extra Deum I 812 d. 2

— Deus cognoscendo se est causa exemplaris, qua cognoscit non tantum futura, sed etiam possibilia I 802 3\* — Deus videndo suam veritatem, quia est ratio omnium, omnia cognoscit I 800 arg. 3 — Deus cognoscit rem omnino per se ipsum ut causam et exemplar II 119 a — Aliquid cognoscitur a Deo vel in Deo, quia Deus est ratio cognoscendi illud I 628 2\*

— Divina veritas est similitudo expressiva ex hoc, quod facit cognoscere I 601 b — Deus summe omnia cognoscit per similitudines expressas ab ipsa veritate *ib.*

SCI

2\* — Similitudo cogniti in Deo est ratio expressiva cognoscendi I 610 a — Ratio cognoscendi Deo est similitudo, quae est ipsa divina veritas I 605 b sq. — In Deo ratio cognoscendi est ipsa veritas, et cognitum est similitudo veritatis I 601 b. 602 3\* — Deus non cognoscit similitudine causata a veritate rei extra, sed per similitudinem, quae est ipsa veritas expressiva cogniti I 602 3\*. 606 2\* — Similitudo extra genus *vide V. Idea.*

— Ratio cognoscendi in Deo est ipsa intelligentia I 624 4\* — Deus cognoscit alia a se per ideam, se autem non per ideam I 692 arg. 1. 693 b

— Deus cognoscit res per ideas I 601 a, 1\* — Dei cognitio comparatur ad creaturam secundum rationem diversitatis et causalitatis et ideo secundum rationem ideandi I 693 b — Deus per ideas habet perfectiorem cognitionem, quam quae esset per essentias rerum I 602 3\*

— Deus cognoscit esse, quod habet res in proprio genere, sed non alio modo cognoscendi a cognitione in Verbo I 680 d. 1 — Deus res non aliter cognoscit, ut sunt in causa, et ut sunt in proprio genere, sed res aliter se habent quantum ad esse rei cognitae *ibid.* — Deus res per existentiam in exemplari omnino cognoscit ab aeterno, sicut futura est in proprio genere, nec aliter cognoscit, cum facta est I 686 3\*

— Secundum quosdam Deus non cognoscit secundum rationem ideae, sed causae, in quantum cognoscit suam virtutem producendi omnia I 601 a — Deus non cognoscit omnia solum secundum rationem causae *ibid.* — Ratio producendi Deo non est ratio cognoscendi *ibid.*

— Scientiae rerum et ipsae res cognitae sunt in Deo immutabiliter I 694 f. 4 — In divina scientia sunt seibilia I 698 d. 2 *Vide V. Deus 51.*

— Deus non potest cognoscere aliquid extra se per aliquid conceptum ab extra nec per aspectum deflexum ad extra, sed quia aliud habet ortum ab intra, et ita quod est extra Deus cognoscit per omnino intrinsecum, scilicet per exemplar, quod est idem quod ipse I 686 2\* — Deus cognoscit non aspiciendo ad extra, sed legendo in libro suae praescientiae I 739 arg. 3 — Deus non aspicit ad aliquid aliud a se, sed unumquodque praevidit in se III 216 a

— Deus nihil recipit a re extra I 680 d. 1 — Dei cognitio non deflectitur supra rem, egrediendo extra se *ibid.* — In cognitione Dei non est receptio I 694 b — Cognitio divina non se habet per modum possibilis respectu cogniti I 606 2\* — Dei cognitio non est indigens exteriori I 685 arg. 2 — Divina cognitio non perficitur a seibili I 689 arg. 4

— Dei cognitio non dependet a rebus I 686 2\*. 689 3\*. 693 a. 694 b. 707 1\*. II 138 a — Divina cognitio non pendet a re, sed Deus omnia novit secundum modum suae veritatis II 195 a — Cognitio divina non pendet ex veritate rei I 739 arg. 4

— Cognitio Dei accipit rationem essendi quantum ad rem et modum a parte cognoscentis, non a parte cogniti I 693 a, b, 4\* — Deus non cognoscit secundum exigentiam rei, sed secundum exigentiam luminis et claritatis aeternae I 707 1\* — Cognitio creaturae non est minus nobilis quam sui, quia non causatur a cognito I 693 4\* — Cognitio divina non habet certitudinem a re, quia ab ipsa nec causatur nec oritur I 678 b

— divina est certa I 694 f. 6 — divina est certa et infallibilis I 711 f. 1 — Deus certitudinaliter omnia cognoscit, tam necessaria quam contingentia II 137 b — In actu divinae cognitionis est certitudo de re contingenti I 679 a, b — Divina cognitio potest esse certa de re contingenti I 689 3\* — Deus certissime cognoscit contingentia, ut necessaria II 195 a — Deus solus in se ipso certitudinaliter cognoscit futura contingentia II 119 b, 194 b

— In Deo est cognitio approbationis, visionis et intelligentiae I 691 a — In Deo dicitur esse scientia visionis et scientia intelligentiae III 315 b — Triplex est Dei cognitio non quantum ad diversitatem cognitionum, sed connotatorum I 691 a

— Dei cognitio, cum significatur per modum simplicis notitiae, connotat solum eventum I 681 d. 3 — simplicis notitiae habet rationem cognoscendi a summa Veritate, et hac Deus cognoscit omnia I 689 b — In Deo est notitia approbationis, vel simplicis notitiae *ib.* a

— visionis est eorum quorum ab aeterno fuit praevisionis, quae vel sunt, vel fuerunt, vel erunt I 691 a, 698 d. 3 — visionis est respectu omnium eorum quae Deus facere disposuit, scientia intelligentiae est respectu omnium eorum quae facere potest III 315 b

— importat intelligere simpliciter, vel cum assensu circa rei veritatem I 739 b — Scire, ut dicit habere cognitionem de aliquo, non connotat actualem existentiam cogniti I 695 4\*, 698 d. 4 — ut dicit cognitionem de re, non ponit existentiam rei in proprio genere; ut dicit scire, rem esse, ponit rem I 616 d. 5 — intelligentiae nullius connotat existentiam I 698 d. 3 — Scire, prout reflectitur in se, dicit habere cognitionem de aliquo, quod non connotat a parte sciti actualem veritatem nec praesentiam I 739 b — Scire, secundum quod transit in actum extra, connotat veritatem in obiecto *ibid.* — Scire, ut dicit nosse, aliquid esse verum, connotat illud esse, et hoc tunc primo scitur esse verum, quando incipit esse I 698 d. 4

— Dei esset, si nihil futurum esset I 599 b, 690 arg. 2 — de re eadem esset, si nulla fuissent futura I 616 d. 5 — qua Deus scit, res esse, non esset respectu eiusdem et respectu tot, respectu quot modo est, si alia fuissent futura *ibid.*

— manet, re ipsa non manente I 615 d. 4 — In divina cognitione, cum ponitur aliud cognoscere quam cognoscit, non est differentia in se, sed solum in connotato I 709 b

— Deum aliquid cognoscere non ponit respectum in Deo actu, sed ex parte rei cognitae in habitu I 703 1\*, 708 b — Cognitioni Dei non respondet passio secundum rem differens, sed ipsum cognosci, quod est aliud ab actu secundum modum I 703 2\*

— Notitia approbationis addit a parte nostri intellectus et a parte connotati I 631 d. 3 — Notitia approbationis connotat complacentiam voluntatis *ibid.* 689 a — approbationis est solum de eis, ad quae se extendit beneplacitum voluntatis I 691 a — Notitia simplex et notitia beneplaciti in Deo una tantum cognitio est, sed dupliciter significatur I 681 d. 3

— non dicit causam I 671 b, 705 a — quae dicit simplicem notitiam, non causat I 673 b — Notitia simplex non significatur per modum causae I 681 d. 3 — abstrahit a ratione causae I 801 a — non est ratio causandi I 803 f. 3 — Cognoscere Dei non connotat effectum I 681 d. 3. III 702 4\*

— Secundum sapientiam est in Deo ratio causalitatis I 599 a — Secundum scientiam attenditur ratio causae in divina natura I 614 d. 1 — divina aliquo modo respectu futurorum est causa I 670 a — In omni cognitione Dei est causalitas *ib.* 4\*

— Sapientia est vere causa rerum cum potentia et voluntate I 804 a — approbationis, in quantum ex modo significandi connotat effectum, dicitur esse causa eorum quae praescit I 681 d. 3

— Scientiae attribuitur causalitas ut disponenti I 705 a — Scientiae appropriatur ordo dispositionis rerum in universo *ib.* 1\*

— abstrahit a ratione actualitatis I 801 a — est ratio operandi in habitu I 775 a — habet rationem causae habitualis, non tamen actualis nisi per voluntatem I 801 a, 805 2\*

— Dei de productione creaturae est necessaria I 486 2\*

— Dei est una, sed sortitur plura nomina I 599 b — Cognitio divina considerata in se dicitur scientia, vel sapientia, in comparatione ad res dicitur praescientia, providentia, dispositio, praedestinatio et reprobatio I 614 d. 3

— divina disponit, quia vult I 805 2\* — Sapientia in Deo unum est cum potentia et voluntate I 804 a — in Deo potest accipi generaliter, ut complectitur scientiam cum voluntate I 705 2\*

— prior est secundum rationem intelligendi quam potentia I 614 d. 2 — Scire respectu eiusdem effectus sequitur posse *ibid.* — praesupponit potentiam respectu actus interioris III 324 2\*

— In Deo voluntas non praecedit cognitionem I 685 f. 5 — antecedit voluntatem secundum rationem intelligendi I 803 arg. 2

— Sapientia Dei quantum ad actum et quantum ad effectum se extendit ad eadem, ad quae potentia et voluntas I 802 b — Dei in se non excedit potentiam nec in comparatione ad obiecta quantum

ad numerum I 766 1\* — quantum ad obiectum est in plus quam potentia et voluntas I 802 b — amplioris extensionis est quam potentia III 323 arg. 3 — Omniscientia est plurimum quam omnipotentia III 324 3\*

— Deus cognoscit multa II 39 f. 2 — Deus, quia maxime sapientiae, multa novit II 40 b — Divina intelligentia perfectissima non tantum cognoscit aliqua, sed omne, quod potest cognosci I 686 5\* — Deus potest cognoscere omne cognoscibile I 685 f. 5 — Deus cognoscit omnia, quia est substantia simplicissima et spiritualissima I 688 f. 5 — Deus cognoscit omnia, quia perfecta veritas est ratio cognoscendi I 686 6\* — Deus cognoscit omnia propter infinitatem et immensitatem veritatis, quae non patitur, aliquid latere Deum I 690 4\* — divina est respectu omnium I 809 1\* — Deus cognoscit omne verum I 800 arg. 2 — divina est respectu omnis veri, quia nihil latet Deum I 672 4\* — Deus novit omnia, quia omnia cognoscibilia sunt subiecta divinae cognitionis I 812 d. 2 — Deus est omnino actus respectu omnium entium et verorum II 196 4\* — Dei cognitio non est limitata et arctata I 688 f. 8 — In Deo non est cognitio arctata et deficiens I 685 f. 5 — Deo nihil est incognitum I 688 f. 7, 3 — Deus scit omnia, quaecumque scit alius sciens I 748 f. 2 — Deus scit omne, quod scit homo I 800 f. 2

— Deus scit omne scibile simpliciter I 801 a — est respectu omnis rei, in qua salvatur ratio scientiae *ib.* b — est respectu omnium futurorum et praesentium et praeteritorum, bonorum et malorum, quia ibi salvatur ratio scientiae et nobilitatis *ibid.* — Deus actualiter cognoscit omne, quod est verum et quod potest esse *ib.* 2\* — Divina visio respicit veritatem I 739 f. 2 — Deus sciendo omne verum dicitur omnisciens I 802 2\*

— Deus cognoscit infinita I 611 f. 3, 612 a, III 313 arg. 2, 314 b — se extendit ad infinita I 775 a — Cognitione intelligentiae Deus cognoscit infinita I 691 a, 698 d. 3, III 315 b — est infinitorum secundum numerum et secundum formam sive speciem I 766 1\*

— Deus non potest plura scire I 800 f. 4, 801 a — Cognitio intelligentiae non potest esse plurimum I 691 a, 4\* — Nec ipse Deus nec alius potest cogitare plus quam Deus cognoscit I 611 f. 5

— Cognitione intelligentiae Deus cognoscit omne possibile sibi et aliis I 691 a — Dei est respectu possibilium, non tantum Deo, sed etiam aliis I 801 a

— Deus cognoscit omne, quod potest facere I 611 f. 4, 612 2\*, 3\*, 695 4\*, 698 d. 3, III 314 b — est respectu omnium, quae fiunt I 824 3\* — In Deo est omnium cognitio, quae producit I 685 f. 3 — Deus cognoscit omnem creaturam ut perfectus artifex I 688 f. 6 — Opus non potest latere sapientissimum opificem I 686 a

— Deus multa cognoscit, quae nunquam faciet I 485 b, 631 d. 2, 669

SCI

arg. 2. 695 4\*. 698 d. 3 — Dei est respectu bonorum et malorum, faciendorum et non faciendorum I 614 d. 2

— Deus aliqua cognoscit, quae ab ipso non sunt I 601 a. 631 d. 2. 681 d. 3

— Duobus oppositis propositis, necesse est, alterum esse a Deo scitum I 823 arg. 3 — Deus cognoscit aliud a se, quod potest I 685 f. 6

— Deus cognoscit universale et singularia I 609 f. 2. 610 a — Deus simplici aspectu cognoscit singularia ut diversa secundum proprias differentias et proprietates I 610 2\* — non est omnino in universali nec omnino in particulari, sed simul habet amplitudinem et distinctionem I 606 3\* — Intellectus divinus cognoscit singularia, quia non est coniunctus materiali I 689 2\*

— Deus cognoscit, res esse, sicut sunt I 737 b — Prima veritas indicat de unoquoque, sicut est I 768 arg. 3 — Deus non tantum cognoscit res quantum ad esse simpliciter, sed etiam quantum ad esse tale vel tale I 737 f. 2 — Deus non tantum intelligit in se rem ipsam, sed etiam in ordine ad aliam, cui unitur *ib.* f. 3 — Deus cognoscit, res existere per modum complexionis sive compositionis *ib.* b

— Deus non cognoscit res per modum complexionis, qui cadat circa intellectum divinum, sed circa res in se, vel ut expressas per intellectum nostrum I 737 b — Intellectus divinus cognoscit complexionem non circa se, sed circa nostrum intelligere I 738 2\* — Deus cognoscit res non tantum, ut sunt, sed etiam ut intellectus noster exprimit I 737 b — Deus intelligit nostrum intelligere et nostrum dicere *ib.* f. 4, b — Intellectus divinus est causa complexionis, cooperando cum intellectu nostro *ib.* 2\*

— Deus de omni enuntiatione habet perfectam cognitionem, quin connotet actualem veritatem I 739 b — Deus de omni, quod est et quod potest esse, et de omni enuntiabili habet cognitionem simplicis intelligentiae *ibid.* — Simplex notitia comparatur ad ea quae nullo modo sunt a Deo I 681 d. 3

— Scientia intelligentiae Deus scit omnia, quae possunt fieri, sed non scientia visionis I 691 1\* — Deus cognoscit omnem bonitatem et malitiam ut perfectus iudex et remunerator I 688 f. 6 — Deus cognoscit occultas cogitationes *ib.* f. 1

— est etiam respectu malorum I 627 arg. 1. 669 arg. 3. 765 arg. 2. 774 arg. 4. 802 b — In Deo non cadit cognitio per privationem I 627 arg. 4

— Deus uno et eodem cognoscit bonum et malum sibi oppositum I 628 a — Deus bonum cognoscit per se et per suam similitudinem *ibid.*, 3\* — Deus non cognoscit malum per ideam sui, sed boni, cuius est privatio, et malum dicitur cognosci per accidens et per privationem *ib.* a, 3\* — Deus cognoscit malum per privationem, quae est in cognito, non in cognoscente *ib.* 4\* — Deus cognoscit mala ut summa veritas I 627 b — Deus co-

gnoscit mala per rectitudinem *ibid.* 689 5\* *Vide V. Malum-cognosci.*

— Deus scit malum per modum speculationis I 131 d. 4 — Deus cognoscit mala notitia simplici I 689 b — Notitia approbationis non extenditur ad mala et malos *ib.* a — Deus dicitur nescire mala et malos, notitia approbationis *ib.* b

— approbationis est solummodo de his quae fiunt et bona sunt I 691 a — approbationis extenditur tantum ad bona et bonos I 689 b — Notitia approbationis Deus cognoscit omne bonum I 631 d. 3 — cum significatur per modum approbationis, connotat effectum et bonitatem I 681 d. 3

— Omnis cognitio creaturae est a primo cognoscente, et per ipsum omnia cognoscuntur, et sine ipso nihil I 685 f. 4 — Veritas aeterna effective omnia facit scire, quaecumque sciuntur I 301 arg. 2 — Omnia cognoscuntur sapientia aeterna causaliter, quia facit cetera cognosci III 297 1\* *Vide V. Intelligere.*

— a re ipsa generatur in cognoscente II 194 f. 3 — causata aliquo modo causatur ex rebus extra II 655 5\* — Veritas nostrae cognitionis et assertionis causatur et dependet a re I 678 b — Intellectus indiget invari a cognoscibili ad hoc, ut fiat in actu II 496 4\* — causata pendet a scibili I 693 a. 694 b

— Scibile non se habet in comparatione ad scientem creatum per modum possibilis, sed potius per modum actualis et motivi II 194 f. 2 — Scitum non causatur a scientia I 750 1\* — acquisita secundum causas et rationes inferiores pendet ab ipso cognoscibili secundum existentiam in proprio genere III 509 2\* — Futurum contingens non potest facere certam cognitionem de se II 196 4\* *Vide V. Contingentia et V. Praescientia.*

— Potest esse mutatio circa scientiam per oblivionem et errorem et successivam considerationem, nulla facta mutatione in scibili I 694 b — Cognitio dependens a cognoscibili variatur secundum eius exigentiam I 693 a

— est innata, aut acquisita, aut infusa IV 479 f. 4 — acquisita est secundum rationem I 11 5\* — Acquirere scientiam est imperfectionis I 226 1\* — Cognitio causarum creaturarum est utilis, ut aliquo modo semiplene veniamus in cognitionem causae supremae I 807 4\* — Temporalia manuducunt ad aeterna, quamdiu sumus in via III 788 d. 2

— est lux spiritualis II 320 b — est bonum gratiae perficiens intellectum I 596 d. 6

— non est in genere virtutis III 470 arg. 1 — est habitus differens a virtute I 6 arg. 5 — quae est in verum, est habitus differens a virtute, quia differt ratio movendi III 593 5\*

— potest acquiri sine gratia gratum faciente non solum in his quae subsunt naturae, sed etiam in his quae sunt supra naturam II 675 arg. 3 — per infusionem non datur malis IV 479 f. 4

SCI

— non repugnat iniquitati IV 502 b — Doctrina, quae convenit cum virtute in obiecto, est, ut boni fiamus I 12 f. 2 — practica sive moralis est, ut boni fiamus I 13 a, 2\*, 3\*

— omnis de genere bonorum est II 810 f. 3 — Omnia scire simpliciter melius et nobiliter est I 689 1\* — Scitum non diminuit de ratione scientiae I 749 1\* — Scire malum est de perfectione scientiae I 690 5\* — Scire malum scire est et nobilitatis est I 801 b — Scire malum per modum practicum malum est I 131 d. 4

— Homo aliquando bene scit aliquid, et tamen affectio adeo dominatur, ut ad aestimandum oppositum pertrahat II 998 d. 3

— est magis certa quam fides III 471 1\* — respectu illorum quorum est fides, non ita certa est sicut fides III 481 b. 482 2\* — respectu proprii cognoscibilis habet minorem certitudinem adhaesionis quam fides, sed potest habere maiorem certitudinem speculationis III 481 b sq., 2\* *Vide V. Fides 12.*

— valde parum attingit cognitionem divinatorum, nisi fidei innitatur III 524 4\* — manuductione ratiocinationis circa divina non facit certitudinem et evidentiam omnino claram III 523 a — quae habetur per rationem manuductivam, non excludit omnem latentiam III 524 2\* — acquisita habet minus de ratione veritatis et luminis quam fides III 685 arg. 4

— ex manuductione ratiocinationis non excludit illuminationem fidei, sed potest se cum ea simul in eodem et respectu eiusdem compati III 523 a — Per scientiam aliquis potest assentire eidem quod creditur, propter rationem tanquam non principaliter moventem *ib.* 1\* — per fidem non expellitur, sed magis perficitur III 524 4\* — Idem potest esse scitum et creditum IV 570 3\* — apertae comprehensionis in patria non stat cum fide III 522 b *Vide V. Fides 11.*

— est apertae comprehensionis in patria, vel est a manuductione ratiocinationis III 522 b — opposita fidei potest dici aperta et certa visio Dei in patria III 481 b

— Gloria compatitur secum scientiam, qua cognoscuntur res in proprio genere III 686 f. 3. 687 3\* — Habitus scientiae in gloria non tollitur, quia non repugnat perfectioni visionis III 686 b sq. — ut perfectio intelligentiae competit etiam statui patriae III 687 2\* — Habitus scientiae facit ad animae decorem et pulcritudinem III 686 b — non est bonum transitorium *ib.* f. 5

— manet quantum ad habitum secundum statum magis perfectum III 687 a — in gloria manet quantum ad actum secundum simplicem aspectum *ibid.* — Non destruitur scientiae habitus, sed sciendi modus *ib.* 1\*, 6\* — non cessabit in patria quantum ad habitum, sed quantum ad modum per collationem et decursum III 727 4\* — Usus scientiae in gloria non



tollitur omnino, sed mutatur propter annexam imperfectionem, modus autem simpliciter destruitur III 687 a — destruetur quantum ad modum docendi et considerandi, sed non quantum ad cognitum et rationem cognoscendi I 25 d. 8

— In statu innocentiae habitus scientiae praecessisset usum III 322 3\*

— omnes famulantur theologiae II 97 b. 485 b. III 526 a

— Scientiae plenitudo est in Angelis a sua conditione II 162 1\* — Penes scientiam divinam attenditur suprema hierarchia II 240 a sq. — apparet in Cherubim IV 481 a

— respondet Filio II 238 a. IV 481 a

— quaedam est per modum praxis et experientiae, essentialis cuilibet virtuti, quaedam per modum cuiusdam directionis, quae competit specialiter prudentiae et fidei IV 481 4\* — Scire, quid sit agendum, est prudentiae III 720 a

— superiorum est sapientia II 248 arg. 7 — non est nobilior prudentia III 727 4\*

— acquisita et fundata super principia fidei consistit in intellectu inclinato ab affectu per fidem saltem informem III 776 b — prudentiae fundata super principia iuris naturalis est in intellectu, in quantum inclinat affectum ad operationem *ibid.*

— Scire, quod non est coniunctum operationi, parum aut nihil prodest ad virtutem III 775 f. 2 — prout est a caritate divisa, inflat, prout est caritati coniuncta, est via ad rectitudinem et aedificationem et humilitatem III 337 4\*

— Ubi non est sciendi necessitas, non est vis facienda II 799 d. 3 — Appetere scire plus quam oportet, est quaedam avaritia II 517 a. 519 a — Appetere scire occulta est inordinatio rationalis II 517 a

— Omnes tenentur ea scire, sine quibus salvari non possunt II 523 f. 4 — Cognitio fidei et prudentiae est necessaria ad salutem in adulto II 524 a *Vide V. Cognitio* in principio et *V. Ignorantia*. — Scire necessaria est praeceptum affirmativum, nec obligat pro semper II 525 5\*

— Scientiam mandatorum Dei plurimi aspernantur voluntate electiva II 528 d. 3 *Vide V. Homo 15.*

— cum divina voluntate facit obligationem I 859 b — non inducit novam culpam sive tentationem, sed solum aggravat peccatum I 857 arg. 3 — aggravat culpam II 525 f. 2 — in peccato ex industria concomitatur malitiam II 528 d. 2 *Vide V. Peccatum 24.*

— est annexa ordini hierarchico IV 617 5\* — in ordine non datur IV 478 f. 2. 479 f. 4, b — ut habitus non est clavis IV 479 b, 4\* — requiritur ad exercitium auctoritatis ut dispositio materialis *ib. b.*, 4\* — facit ad bene esse clavis *ib. b.*, 3\* — est sicut antelavis, quae dirigit iudicium IV 481 3\* — est ad discernendum IV 480 f. 2 *Vide V. Sacerdos.*

— Donum scientiae expedit rationalem in cognoscendis III 745 b — elevat ad ea quae credita sunt, intelligendum I 11 5\*

— fundatur super principia fidei III 776 b. 777 3\*. 786 a — donum est in intellectu inclinato per fidem et inclinante affectum ad operationem III 776 b

— simul potest stare cum fide III 520 f. 3

— expedit fidem circa temporalia III 744 b — versatur circa temporalia III 219 f. 3. 479 arg. 3. 787 d. 2 — est cognitio creatorum III 774 a — negotiatur circa creaturas secundum rationes creatas III 778 1\*. 779 2\*. 788 d. 4 — negotiatur circa temporalia secundum rationes temporales III 480 3\* — negotiatur de temporalibus secundum rationes temporales, secundum quas dirigitur et in actibus suis regulatur III 595 4\*

— spectat ad actionem III 775 f. 1 — Actus doni scientiae proprius est dirigere ad agenda secundum regulam fidei, secundum quod dicitur lex gratiae ad exemplar Iesu Christi III 776 b, 1\* — dirigit per principia fidei et iuris divini ad ea quae sunt sancta, et modo altiori quam prudentia III 777 3\* — expedit ad bonum, quod est necessitatis, per modum regulantis III 745 b. 746 a

— respondet virtuti prudentiae III 744 b — est contra ignorantiam III 745 a, b — secundum aliquos est contra iram, quae mentem perturbat *ib. a.*

— dirigit in conversatione secundum exemplar Christi III 786 a — Conversari in medio nationis pravae secundum actiones exteriores non est actus scientiae ut exsequenti, sed ut dirigenti III 776 f. 5, a. 788 d. 3 — Doni scientiae in statu viae est conversari in medio nationis pravae III 751 6\* — Usus doni scientiae in patria erit ad sciendum et discernendum, quomodo unusquisque debeat ad alterum se habere concordando cum bonis *ibid.* — Scientiae est abstinere a malis, docendo praecavere exteriora pericula et occasiones III 788 d. 3

— Ad scientiam ex consequenti pertinet nosse ea quae sunt fidei, tanquam fundamentum suae directionis, et nosse humanitatem Christi tanquam exemplar sui regiminis III 776 b. 777 2\*, b. 786 a — Ad donum scientiae spectat intelligentia sacrae Scripturae non principaliter, sed quodam modo antecedenter et praesuppositiva III 777 4\*

— Actus doni scientiae ad principalem ordinatus est fidem gignere et roborare III 776 a, 1\* — confert ad fidei promotionem sive in alio quantum ad inchoationem, sive in se quantum ad profectum III 787 d. 2 — valet ad fidei introductionem et introductionem profectionem et profectionem defensionem et defensionem confirmationem III 788 d. 2 — generat fidem in alio non effective, sed tantum dispositiva *ibid.* — non est generaliter principium fidei generandae, sed particulariter in praedicante respectu alterius audientis III 741 4\*

— Donum scientiae est directivum pietatis III 745 b. 746 a. 786 a — comparatur ad pietatem sicut dirigens circa opera

miseri cordiae III 775 f. 4 — praepositur pietati ordine dignitatis, sicut regens praepositur exsequenti III 749 3\*

— multum prodest ad meritum III 775 f. 2 — est ordinata non solum ad propriam utilitatem, sed etiam ad alienam III 755 1\* — est ad Spiritus sancti manifestationem *ibid.*

— habet ortum a dono gratiae III 776 b — est gratuita, non mortua III 775 f. 3

— est a Spiritu sancto et aliquando cum Spiritu sancto, aliquando sine Spiritu sancto III 755 1\* — aliquando in bonis, aliquando in malis reperitur *ibid.* — minus est desideranda quam caritas III 892 6\*

— non est in omnibus fidelibus quantum ad usum III 795 b. 796 4\*

SCIRE — praecoxigitur in causa ad effectum I 614 d. 1 — necessarium est ad productionem operis II 595 arg. 3

— Actus scientiae ut scire est per modum habitus I 801 a — est actus ut habitus, qui significatur ut perfectio potentiae I 686 5\*

SCRIBERE — Potestas scribendi resultat ex concursu virtutis manus et oculi II 599 a. 606 4\* — Possibilitas scribendi principaliter dicitur esse in manu II 606 4\*

— Scriptor dicitur qui scribit aliena, nihil addendo vel mutando I 44 b

SCRIPTURA — edita est ab ipsa Veritate increata et a Spiritu sancto III 513 4\* — edita fuit ex inspiratione Spiritus sancti II 297 b. IV 642 b — divinitus et per Spiritum sanctum revelata est II 548 d. 3 — Spiritus sanctus scriptores illustravit II 390 d. 3 — Evangelistae non sunt auctores principales, sed administratores plenarii quantum ad verba et intellectum IV 55 1\*

— Finis totalis Scripturae sacrae est, ut fiamus boni et beati I 12 f. 3 — data est ad instruendum hominem in cognitione fidei et morum II 548 d. 3 — tradita est homini lapsa et documenta tradit, per quae perducatur ad patriam, secundum quod competit statui praesenti II 717 6\*

— principaliter intendit agere de operibus reparationis hominis II 313 2\* — explicat productionem rerum, secundum quod sentit fides sana II 549 d. 3 — non determinat rerum speciales naturas *ibid.*

— Liber sacrae Scripturae est super librum mundanae creaturae I 76 f. 3 — dici potest solum Dei propter sui eminentiam IV 1053 b

— Certitudo auctoritatis sacrae Scripturae excedit omnem certitudinem rationis I 41 4\* — Magis standum est sententiae sacrae Scripturae quam omni persuasioni humanae II 295 f. 4 — Securius et magis meritorium est rationem omnino Scripturae supponere, quam ipsam aliquo modo distrahere II 296 b

— Aliquis per fidei virtutem innititur sacrae Scripturae, quia credit, eam a Spiritu sancto fuisse inspiratam et editam III 491 2\* — De veritate sacrae Scripturae certificamur per fidem, qua scimus, eius auctores a Spiritu sancto illuminatos fuisse III 505 d. 5

## SCR

— Per Scripturam probatur, aliquid esse verum, et probatur, verum esse quod auctoritate Ecclesiae docetur IV 853 4\* — fidei suffragatur I 391 a

— Spiritus sanctus et ipse Christus, auctores sacrae Scripturae, in nullo falsum dixerunt nec in aliquo possunt reprehendi III 482 4\* — non dicit nisi verum et catholicum III 409 arg. 4 — non dicit nisi verum nec frequentat nisi proprium I 115 f. 1 — proponit multa, quae sunt vera, quia transumptive dicuntur III 844 2\*

— Spiritus sanctus non est sibi contrarius II 389 d. 3

— Qui contradicit sacrae Scripturae contradicit ipsi summae Veritati III 513 4\*

— Qui contradicit Scripturae sacrae haereticus est iudicandus I 478 a — Cui contradicit Scriptura, quantumcumque ratio dictet, non est dicendum I 417 d. 3

— Auctoritas sacrae Scripturae est auctoritas Spiritus sancti et supra rationem IV 889 b

— est de credibili ut credibili I 11 4\* — Credibile pertinet ad doctrinam sacrae Scripturae, secundum quod super rationem veritatis addit rationem auctoritatis I 8 5\*

— gloriosior et laudabilior ostenditur, cum opposito vitio relucet et magis apparet, et ex triumpho assecutione, ob quam fortificatur et vigoratur II 534 b — probatur et examinatur impugnatione II 707 a

— et malum culpae mutuo se expellunt et simul esse non possunt II 813 a — et vitium, licet non sint contraria, tamen mutuo se expellunt II 815 2\*

— sola culpa perduntur IV 114 a — nulla expellitur vel amittitur nisi per vitium et peccatum III 799 arg. 3. IV 753 arg. 5 — Virtutem nihil potest laedere, nihil eam auferre III 338 arg. 3. IV 505 f. 2

— Peccatum excludit virtutem II 839 a — per peccatum amittitur subito II 708 d. 1 *Vide V. Carentia et V. Peccatum 16.*

— Habitus virtutis tollitur per peccatum oppositum, quod non solum repugnat ei quantum ad gratiam, sed etiam quantum ad habitum substratum III 598 5\* — Vitium oppositum virtuti non tantum excludit eam quantum ad eius formale, sed etiam quantum ad habitum substratum III 563 arg. 2 — informis etiam quantum ad habitum substratum tollitur per peccatum sibi specialiter repugnans III 600 b — quia connexae sunt, vitium, quod tollit unam, per consequens tollit et reliquam III 801 3\*

— inducitur post expulsam vitium IV 327 f. 3 — omnis perdita recuperatur per poenitentiam IV 753 arg. 6

— expellit vitium IV 318 f. 4 — expellit vitium sibi oppositum per modum informantis IV 326 4\* — habitans delet culpam ut a bono dehabilitantem IV 319 a

— iustificat per informationem IV 12 2\* — est principium purificationis cordis III 470 f. 2 — Propter connexionem virtutum in una gratia gratia delet omnem culpam mortalem IV 352 a sq.

21 — intelliguntur per suam essentiam, non per speciem imaginariam II 447 a — cognosci habent per proprias operationes II 635 a — quae latent interius, cognoscuntur per quandam experientiam III 504 a *Vide V. Caritas (4.2 b).*



22 — Habitus virtutum non differre per essentiam nisi sola relatione ad actus, non consonat rationi nec doctrinae communi III 591 a — sunt multae II 657 f. 6 — inter se essentialiter differunt non per diversitatem, quae sit in gratia gratum faciente III 597 b — In comparatione ad obiectum sunt formae et perfectiones se ipsis distinctae III 806 a — essentialiter et formaliter distinguuntur secundum ordinem ad actus II 714 b — morales magis diversificantur quam naturales, quia magis approximant ad actum IV 322 3\* — Habitus affectivi non respiciunt bonum et malum sub unica ratione III 570 4\* — Respectu oppositorum non dirigit unicus habitus affectivus *ib.* 1\*, 2\* — Eiusdem virtutis est gaudere de aliquo et de opposito tristari imperative, non elicitive IV 321 2\*, 322 b

— formaliter dividuntur quantum ad habitus substratos III 793 4\*, IV 28 b — Gratia virtutum quantum ad habitum substratum est alius et alius habitus IV 28 a — In formalibus propriis distinguuntur III 793 4\* — Habitus virtutum sunt diversi formaliter sicut diversae species eiusdem generis III 792 arg. 4 — ex opposito dividuntur *ibid.* 805 arg. 4 — Quantum ad esse quaelibet virtus habet in se propriam formam, per quam distinguitur ab alia III 598 1\*

— omnes non sunt una virtus essentialiter II 657 b, III 715 2\* — Necessesse est ad hoc, quod anima perficiatur in esse gratuito et fiat Deo placita et iusta, quod ipsa secundum diversos virtutis habitus rectificetur in se et in qualibet potentia III 792 b — Potentiae animae non possunt per unum habitum virtutis rectificari, sed per diversos *ibid.* — respicit potentiam, et ideo sunt plures IV 1006 b — non rectificat omnia, quae spectant ad rectificationem totius vitae, sed quae spectant ad rectitudinem actus ipsius virtutis III 798 3\* — quaelibet per se ordinat perfecte, in quantum tenet medium inter superfluum et diminutum, sed non ordinat omnes potentias animae per se absolute, sed in quantum habet connexionem cum alia III 714 2\* — Penes unam virtutem consistit aequalitas vitae partialiter, penes omnes autem integre et perfecte III 715 2\*

— Diversitas virtutum colligitur ex diversitate potentiarum, quas informant et perficiunt, ex diversitate actuum, quos eliciunt, ex diversitate obiectorum, ad quae ordinantur, ex diversitate medietatum, circa quas consistunt, et ex diversitate vitiorum oppositorum, quae excludunt III 714 b — distinguuntur secundum diversitatem subiectorum propriorum et actuum intrinsecorum et per comparationem ad opposita et ad obiecta III 720 a — distinguuntur secundum potentias, quas dirigunt III 743 f. 4

— penes obiecta distinguuntur III 792 arg. 6 — Distinctio virtutum innotescit per actum et obiectum III 806 a — per actus suos habent notificari et distingui III 792 arg. 5 — habent ad invicem diversitatem ratione suorum actuum III 569 a — distin-

guuntur per actus formales sive elicitos et primos IV 322 a — Virtutes, quae attenduntur penes actus plurium virium principales diversos, necesse est, esse diversas III 721 2\* — Diversitas modorum in actibus virtutum introducit diversitatem in habitibus III 220 f. 4, b, 221 3\*, 4\* — non diversificantur per solam intensionem et remissionem III 221 4\* — Diversitas status vel exercitii non inducit diversitatem in habitu virtutis III 595 5\* *Vide V. Habitus in indice philos.*

— ponitur in specie vel in genere ex parte obiecti, quod habet rationem formalem et motivi III 218 6\*, 562 3\* — distinguuntur penes obiecta propria, quae non tantum habent rationem materialis, verum etiam rationem motivi III 480 5\* — diversae sunt secundum diversam rationem moventem III 220 b, 2\* — quae communicant in obiecto, non sunt eadem virtus, si non sub eadem ratione respiciunt illud, sed sub alia et alia III 584 d. 3 — Genus vel species virtutis non determinatur penes obiectum quodcumque III 562 3\* — non distinguitur secundum ordinem ad Deum et ad proximum III 478 f. 5

— distincta est, cui determinate opponitur vitium III 590 f. 5, 592 a — Vitii, quae sunt simpliciter diversorum generum, opponuntur virtutes essentialiter distinctae III 713 f. 4 — non distinguuntur per vitia III 720 a, 737 b

— Habitus, qui evacuatur, distinguitur ab eo qui non evacuatur III 569 f. 4

23 — una secundum speciem est, quae non dividitur in species, quamvis diversificetur secundum numerum III 479 a — una est ab unitate obiecti III 512 f. 2, 558 f. 1, 2 — una est, ubi est una ratio movendi III 594 f. 4, 595 4\* — Unitas virtutis attenditur penes unitatem rationis moventis et obiecti principalis et finis proprii III 559 b — una habet unum obiectum principale III 220 3\* — Unitas virtutis secundum speciem attenditur secundum unitatem actus principalis et obiecti primi III 479 a

— una est, quae in plura fertur sub ratione una III 560 2\* — una est, quae circa obiecta materialia sub una ratione versatur III 479 2\*, 480 3\*, 4\* — una est diversorum, sed sub unica ratione III 570 4\*, IV 386 3\* — Habitus spirituales possunt in plures effectus II 655 4\*

— specialis est, quae habet obiectum speciale III 215 f. 1 — specialis consistit circa actum specialem *ib.* f. 2 — specialis ordinatur ad unum actum IV 320 f. 3, 324 a — specialis necessaria est ad elicendum actum specialem, ubi est specialis difficultas III 215 f. 3, 593 6\*, IV 321 a, 322 2\*, 325 a — specialis requiritur propter actus specialis difficultatem, specificans et determinans gratiam ad talem usum et habitans potentiam III 597 b, 598 4\*, 600 b — specialis est, quae elicit actum specialem et respicit multa sub speciali et propria ratione IV 321 3\*, 386 3\* — specialis est, cui opponitur vitium speciale III 215 f. 3 — generalis vel specialis ponitur

non ratione obiecti materialis, sed secundum quod habet rationem motivi IV 321 3\*

— Quod habet in se actus omnium virtutum est commune et universale ad omnes virtutes III 589 arg. 4 — quae omnes virtutes circuit, non est virtus specialis, sed virtus generalis ad omnes III 479 arg. 5 — omnes comprehenduntur in iustitia generali II 839 b, IV 321 a *Vide V. Iustitia-virtus-generalis.*

24 — dividitur per cardinalem et theologiam II 656 f. 4, III 488 arg. 3, 735 f. 2, 738 1\* — theologicae distinguuntur a cardinalibus ratione obiecti III 590 f. 2 — Obiectum virtutum theologiarum distinguitur secundum substantiam ab obiectis virtutum cardinalium III 593 5\*

— theologicae Deum habent pro obiecto III 562 a — theologicae immediate tendunt in Deum III 488 arg. 3, 742 b, IV 324 b — omnis theologica secundum actum suum transit in Deum ut in obiectum IV 324 f. 4 — theologica est in bonum aeternum III 582 d. 1 — Obiectum virtutum theologiarum est summum bonum III 593 5\* — theologica est, cuius obiectum, quod habet rationem motivi, est quid increatum III 561 b, 621 f. 2 — theologica respicit bonum increatum sub conditionibus increatis III 218 6\*

— theologica est, quae respicit ipsum Deum non tantum ut finem, sed etiam in ratione obiecti IV 321 arg. 1 — theologica est, quae habet finem cardinalium virtutum pro obiecto III 560 f. 2 — theologica idem habet pro obiecto et pro fine III 512 f. 4, 575 arg. 2 — theologica idem habet pro obiecto et pro fine quantum ad substantiam, sed sola caritas quantum ad rationem movendi III 577 2\*

— theologicae ordinant ad Deum III 711 f. 4, 721 1\* — theologicae ordinant in finem III 469 a — theologicae dicuntur, quia ordinant hominem ad divina et quasi faciunt hominem divinum III 730 d. 5 — Per virtutes theologicas potentiae formantur et reformantur per comparationem ad superius et ad bonum increatum et ad finem III 712 3\* — theologicae non principaliter, sed ex consequenti ordinant in his quae sunt ad finem *ibid.*

— theologicae ponuntur in rationali, concupiscibili et irascibili II 598 f. 6, 605 2\*, III 579 arg. 4, IV 324 b, 480 arg. 4 — tres theologicae sunt in illis potentiis, in quibus attenditur integritas imaginis II 404 b, III 579 arg. 5 — duae theologicae sunt in imagine animae ex parte affectivae in irascibili et concupiscibili, una ex parte cognitivae in rationali II 404 b, 405 b

— cardinales et theologicae sunt in eisdem potentiis secundum aliam et aliam comparationem III 749 arg. 4 — theologicae possunt esse in concupiscibili et irascibili, secundum quod sunt rationales, in quantum immediate elevantur in Deum, ipsum diligendo et ipsi imitando III 747 b

— theologicae superiorem partem animae habent pro subiecto III 562 a — theologica perficit potentiam animae secundum

VIR (24)

dignioreni eius partem III 681 1\* — Per virtutes theologicas anima perficitur secundum superiorem faciem III 561 b. 712 3\*

— Imago reformatur per virtutes theologicas II 404 b. III 561 f. 5, b — Reformatio imaginis fit per tres virtutes theologicas III 474 arg. 3 — In tribus virtutibus theologis consistit imago recreationis III 592 a. 712 arg. 3. 742 arg. 6 *Vide V. Imago (158 b).*

— theologica est maior perfectio quam cardinalis III 689 arg. 1 — theologicae sunt excellentiores cardinalibus et sortiuntur nobiliter nomen III 730 d. 5. 742 b. 803 b — theologicae perfectiores sunt cardinalibus ex parte obiecti, sed non generaliter quantum ad modum movendi et habilitandi III 727 2\*

— theologicae a se invicem distinguuntur, in quantum per rationem imaginis repraesentant suum principium III 522 a — theologicae distinguuntur per obiecta, secundum quod habent propriam rationem III 576 f. 1 — theologicae idem habent pro obiecto secundum rem et substantiam, sed differens secundum rationem et modum III 517 4\* — Obiectum virtutum theologiarum non distinguitur secundum substantiam, sed secundum rationem movendi III 593 5\*

— theologicae sunt tres III 217 f. 4. 469 a — theologicae sunt tres in tribus potentiis III 561 f. 5. 579 f. 4. 719 arg. 1 — Necessesse est ponere tres virtutes theologicas in via perficientes rationalem, concupiscibilem et irascibilem III 562 a — theologicae sunt tantum tres III 721 1\*. 735 f. 4 — Per tres virtutes theologicas spirituale aedificium inchoatur, erigitur et consummatur III 561 f. 4 *Vide V. Aedificium.*

— theologicae tanto perfectiores sunt, quanto magis Deo uniunt et coniungunt III 604 6\*

— theologicae non habent modum, quia earum obiectum est immensum et infinitum III 601 a, 1\*, 4\* — theologica habet obiectum infinitum, ita quod actus non possit esse nimis intensus III 562 1\* — In virtutibus theologis non est reperire superfluum III 217 arg. 5 — In actibus virtutum theologiarum non potest esse excessus III 743 4\* — In virtute theologica non est reperire excessum, qui consistit in actus intensione, licet sit in ea excessus, qui consistit in debita conditionis omissione III 562 1\*

— theologica non est, quae respicit actum exteriorem, sed consistit in affectu interiori, qui praecipuam movendi rationem sumit ex parte obiecti increati III 562 3\* — Nullius virtutis theologicae actus cadit sub coactione III 217 f. 3

— Virtutibus theologis implentur praecipua primae tabulae quantum ad actum interiorem III 218 4\* — Ad virtutes theologicas proprie spectat cultus interior *ib.* a, 1\*, 3\*. 219 a. 221 d. 1 — Virtutum theologiarum est offerre sacrificium devotae orationis III 215 2\* — theologicae ma-

xime elevant mentem III 576 f. 5 — theologica dirigit ad vitam contemplativam III 594 arg. 5 — theologica maxime subservit contemplationi et facit sursum tendere III 560 f. 3 — Fides et caritas sufficienter dirigit actus potentiarum, qui spectant ad vitam contemplativam, non tamen in actibus, qui spectant ad vitam activam III 712 4\*

25 — cardinales habent obiectum creatum III 593 5\* — cardinalis est in bona temporalia III 582 d. 1 — cardinalis est circa bonum creatum III 488 arg. 3 — Per virtutes cardinales perficiuntur actus, qui sunt in bonum creatum IV 1008 f. 2 — cardinales reformant animam per comparationem ad creatum et ad id quod est ad finem III 712 3\*. 720 b — cardinales ordinant in his quae sunt ad finem III 469 a. 472 2\*. 561 arg. 3. IV 1008 f. 3 — cardinales ordinant in ea quae tendunt in finem, et per quae pervenitur in finem III 726 arg. 3 — cardinales dirigunt et rectificant affectum circa inferiora III 722 f. 5 — cardinales habent aspectum ad inferius IV 324 b

— cardinalis considerat obiectum increatum, sed etiam concernit aliquid creatum, ratione cuius respicit actum exteriorem III 562 3\* — aliqua cardinalis respicit ipsum Deum, sed cum hoc aliquid creatum ut obiectum formale III 218 6\* — cardinales nunquam tantum elevantur, quod Deum habeant pro obiecto III 727 a

— Obiectum virtutis cardinalis est bonum creatum et finitum et limitatum III 562 1\*

— In virtutibus cardinalibus non est perfecta ordinatio ad Deum per amorem, nisi in quantum a caritate reguntur et informantur et imperantur III 714 1\*

— cardinales ordinant ad se et ad proximum III 711 f. 4. 727 3\* — cardinales etiam in patria ordinabunt ad se et ad proximum III 727 3\* — Habitus virtutum cardinalium sunt necessarii, ut regulent et rectificent hominem, prout ordinatur ad se ipsum et ad proximum III 711 f. 4. 712 a

— cardinales sunt maxime utiles et opportuna III 711 f. 1, 2 — cardinalis nominat habitum dirigentem in operibus electivae III 718 4\*

— cardinalis et consuetudinalis secundum rem et essentiam est eadem III 721 f. 1 — cardinales dicuntur habilitantes ad opera moralia, vel etiam elevantes ad opera meritoria III 722 b

— quae est medium duarum malitarum tanquam constituta ex aliquo utriusque, est in genere virtutis cardinalis III 562 2\* — quae respicit debitum praeepti, est cardinalis III 217 f. 2

— quae respicit actum exteriorem, est in genere virtutis cardinalis III 217 b — Virtutibus cardinalibus implentur praecipua primae tabulae quantum ad actum exteriorem III 218 4\* — cardinales habilitant ad implenda mandata secundae tabulae III 711 f. 3 — cardinales dirigunt actus potentiarum, qui spectant ad vitam

VIR (25)

activam III 712 4\* — eadem secundum diversos status et diversum exercitium dirigit hominem in vita activa et contemplativa III 595 5\*

— cardinales possunt esse in concupiscibili et irascibili, secundum quod sunt rationales et idem quod voluntas, in quantum versantur circa bonum creatum III 717 b

— cardinales dicuntur consuetudinales ratione principii originalis, politicae ratione exercitii sibi debiti III 730 d. 5 — cardinales a cardine nuncupantur, quia habent rationem movendi et dirigendi III 721 4\* — In quatuor cardinalibus residet ratio primaria movendi et dirigendi virtutes speciales *ibid.* 730 d. 5 — dicuntur cardinales ratione finis ultimi, quia per istas est ingressus in caelum per duas portas III 730 d. 5 — quatuor dicuntur principales et cardinales, quia principaliter ordinant ad observantiam mandatorum et ad tolerantiam tribulationum, quae sunt portae regni caelestis *ibid.* — cardinales principaliter ordinant, quia sumuntur a rationibus praecipuis, secundum quas homo debet versari in agendis et patiendis, quae sunt quasi quatuor cardines *ibid.* — cardinales sunt, quibus proprie et praecipue bene vivitur et ad aeternam vitam pervenitur *ibid.*

— cardinales habent medietates formaliter differentes III 713 f. 5 — cardinales essentialiter et formaliter distinguuntur secundum formam, per quam ad speciales actuum differentias ordinantur *ib.* f. 2. 714 b — cardinales dicuntur affectus amoris solis relationibus differens, secundum quod reduci habent ad unam radicem caritatis, per quam habent quandam unitatem ratione unius motoris III 714 1\* — Actus quatuor virtutum quantum ad propria diversi sunt nec negotiantur circa idem III 798 1\*

— cardinales sunt quatuor secundum quatuor comparationes III 719 b seq. — cardinalis sufficienter dividitur in quatuor IV 324 b — Affectus virtutis est quadripartitus III 718 f. 3 — cardinales intelliguntur per quatuor capita fluvii paradisi *ib.* f. 2 — plures reducuntur ad quatuor cardinales sicut ad radicalia principia III 721 4\* — consuetudinales et politicae reducuntur ad numerum quaternarium III 719 f. 4 — omnes, quae movent ad recte agendum vel patiendum, reducuntur ad quatuor rationes praecipuas III 730 d. 5 — omnes praeter theologicas reducuntur ad quatuor cardinales IV 324 b

— sunt contra quatuor nobis per peccatum inflicta III 720 a

— cardinales attenduntur secundum arduitatem, aequitatem, honestatem et utilitatem, quae praecipue attendendae sunt in agendis et patiendis III 730 d. 5 — Quatuor conditiones sunt de essentia cuiuslibet virtutis, sed per appropriationem quaelibet attribuitur uni quatuor virtutum cardinalium III 715 5\*. 730 d. 5. 798 b. 799 6\*

— cardinales sunt circa passionem illam et innatam et circa actiones extrinsecas et intrinsecas III 720 a sq. — operantur circa bonum ratione utilis et expedientis, aut ratione honesti et laudabilis *ib.* b — cardinalis ordinat hominem ad se ipsum secundum actum principalem triplicis virtutis, ad proximum vero secundum unam rationem debiti *ibid.* 721 1\*, 2\* — tres cardinales ordinant ad se ipsum, iustitia ad proximum III 726 f. 1

— quatuor aequaliter dicuntur cardinales, pro eo quod quatuor rationes, penes quas accipiuntur, aequaliter sunt necessariae ad virtutem III 730 d. 5 — Secundum ordinem in comparatione diversa ad subiectum et ad obiectum quaelibet cardinalium primo loco potest ordinari III 731 d. 6

— cardinales quantum ad modum movendi et habitandi non sunt minus nobiles fide et spe III 727 2\*

— cardinales quaedam sunt exemplares, quaedam politicae, quaedam purgatoriae, quaedam purgati animi III 726 f. 4

26 — cardinales, secundum quod habitant ad opera moralia, sunt virtutes politicae III 723 a — politica dirigit in electione secundum regulam iuris naturalis III 781 a — politicae dicuntur, quia bene ordinant hominem ad vivendum inter homines III 730 d. 5

— politica est bona, sed deficit a verae virtutis perfectione II 956 d. 2 — Virtutes politicas habet qui passionibus excitatur, sed tamen non consentit IV 754 1\*

27 — in qua est scientia per modum cuiusdam directionis, distinguitur ab his quae circa opus consistunt IV 481 4\* — intellectualis potest dici esse in verum III 472 2\* — intellectualis ordinat in ipsum finem *ibid.* — quae est in genere cognitionis, addit supra cognitionem aliquid respiciens voluntatem, quod distrahit in genus virtutis I 705 2\* — Habitus spectans ad cognitivam praecedat habitus pure affectivos III 748 2\*

— Actus virtutis annectitur rememorationi, secundum quod iungitur affectioni III 557 2\*

— proprie magis ordinat ad id quod agendum est, quam ad id quod actum est III 557 2\* — non rectificat animam principaliter circa praeterita nisi ex consequenti *ibid.* — una potest esse circa praeteritum et futurum II 995 3\*

28 — omnes habent exemplar in Deo I 844 arg. 3. IV 962 f. 4 — exemplares sunt in Deo III 726 f. 4 — omnes habent exemplar cognoscitivum in Deo secundum similitudinem longinquam, sed quaedam non habent sibi correspondens in Deo per omnia I 306 d. 5 — Deus dicitur causaliter virtus nostra, quam in nobis efficit I 305 d. 5

29 — Habitus virtutum perfectissimi fuerunt in Christo III 279 b — Christus fuit omnis virtutis speculum et exemplar II 839 b — cardinales plenissime fuerunt in Christo III 726 f. 2 — omnes in Christo

habuerunt usus suos, qui spectant ad perfectionem III 279 b — omnes debuerunt esse in Christo, quae manent in statu gloriae III 585 d. 5. 742 f. 4. IV 318 arg. 4 *Vide V. Christus 15, 51.*

— debent esse in imitatoribus Christi ad eius exemplum III 7 a

30 — in aequali multitudine fuerunt in primo homine sicut in eius posteritate quantum ad habitus et quantum ad actus, qui perfectionis sunt II 705 a sq. — Si homo stetit, non minus perfectas habuisset virtutes quantum ad habitum, sed aliquis status virtutis est nobilior et fortior post lapsum IV 755 6\*

— in statu innocentiae non erant in Adam quantum ad actus, qui habent imperfectionem annexam II 705 b, 4\*. IV 319 4\*

— Aliquibus virtutibus annexa est imperfectio non secundum omnem statum, sed solum secundum statum praesentis miseriae II 705 1\* — cardinalis de se non habet actum imperfectum repugnantem gloriae III 727 2\*, 4\* — cardinales praeter actus, quos habent in statu viae, habent actus excellentiores in patria et simpliciter in via *ib.* a, 1\* — Actus principales virtutum cardinalium non solum perficiunt potentias secundum statum viae, sed etiam secundum statum patriae III 682 1\* — quae habent imperfectionem annexam in actibus suis, in statu innocentiae et in patria habent actus perfectos II 705 b

— cardinales potissime in Beatis habent reperiri III 726 f. 4 — cardinales excellentiori modo manebunt in patria, quam sunt in via III 727 a — cardinales manebunt in patria in statu perfecto et in actu IV 1008 f. 3 — non dicuntur evacuari quantum ad id quod est in eis complementi et positionis III 681 b, 1\*, 2\*. IV 319 4\* — quae disponit ad gloriam, sed non habet repugnantiam ad illam, quantum ad habitum non evacuatur, sed perficitur et consummatur, dum tollitur imperfectio III 689 a — Omnes virtutum habitus, qui sunt in statu viae et non habent quid essenziale repugnans perfectioni gloriae, in ipsa gloria perficiuntur et consummantur III 750 b — Gloria exigit habitus perfectos *ibid.* — Actus virtutum in gloria perficiuntur, sed quantum ad genus operis erunt plus et minus perfecti *ib.* 2\*

— omnes manent in patria quantum ad praemium III 726 b — quaedam manet in patria quantum ad praemium, ita quod ipsa sibi ipsi est praemium secundum perfectiorem statum *ibid.* sq. — cardinalis ipsa sibi non est praemium, sed dispositio ad praemium et manet cum praemio III 727 a — cardinales erunt sicut dispositiones respectu actuum gloriosorum *ibid.*

— non omnes sunt in statu gloriae III 742 f. 4 — quarum actus dicit imperfectionem, evacuantur in patria I 297 3\* — evacuantur ratione imperfectionis III 680 f. 3. 681 1\*. IV 319 4\* — quae ad gloriae complementum disponunt sic, quod habent aliquo modo oppositionem, tolluntur et eva-

quantur per adventum gloriae III 689 a — quaedam nec ipsa sibi ipsi est praemium nec cum praemio suo se ipsam compatitur propter quandam oppositionem III 727 a

— Maior excessus et minor non facit habitum evacuari, sed potius perfici et consummari, sed oppositio aliqua III 767 6\*

— nullam habet oppositionem cum virtute quantum ad habitum, sed status aliquando sunt impossibiles IV 804 1\*

31 — Connexio est in virtutibus II 704 f. 3. III 469 a. IV 27 arg. 4 — sunt connexae propter necessitatem subiecti perficiendi secundum plures potentias III 792 b — Nemo habet perfectionem in genere moris nec potens est ad implendum omnia mandata, nisi habeat universitatem virtutum III 794 f. 4 — Ad perfectam habilitationem concurrunt omnes virtutum habilitates II 562 b — una non facit perfectum, nisi sit aliis associata III 798 2\* — una indiget alia et non potest ab ea separari III 794 f. 2

— quaelibet facit animam perfectam secundum quid tantum, quia respectu specialis actus et obiecti III 806 1\* — quaelibet ordinat omnes partes animae ratione connexionis cum alia III 715 2\* — Qui habet caritatem habet sufficientiam in merito et praemio ratione aliarum virtutum annexarum III 593 6\* — Necesse est, animam habere omnes virtutes dirigentes et rectificantes eius potentias ad hoc, quod consecratur in templum Dei III 794 f. 3

— omnes possunt dici una per quandam connexionem et aggregationem III 745 2\*

— Habens virtutes theologicas habet alias per consequens III 593 6\*. IV 444 f. 4 — Quia virtutes connexae sunt, qui habet unam habet omnes III 884 d. 4. IV 753 arg. 4

— Simpliciter loquendo non est connexio inter virtutes politicas, sed tantum secundum statum perfectionis III 797 f. 4. 798 a sq., 2\* — nunquam perfecte habetur, nisi ceterae habeantur III 798 b — non habetur perfecte, ubi regnat aliquod vitium, et ubi aliae virtutes desunt *ib.* a

— sunt connexae quantum ad conditiones communes, quae singulis appropriantur III 798 b, 1\*. 799 4\*, 6\* — omnes simul faciunt in anima esse dulce melos spirituale III 794 f. 1

— In virtutibus gratuita ponitur connexio propter munificentiam divinae largitatis dispensantis III 793 a. 794 f. 1 — Deus non dat unam virtutem sine alia III 794 f. 2. 793 5\*

— habent connexionem quantum ad originem III 795 a — cardinales sunt connexae, in quantum sunt gratuita et per infusionem magis quam per acquisitionem III 799 4\* — omnes simul infunduntur III 505 d. 6. 572 arg. 3. 574 a. 740 b. IV 327 arg. 2 — In virtutibus quantum ad habitum est simultas III 506 a — omnes secundum substantiam sunt simul IV 328 a, 4\* — omnes simul infunduntur quantum ad formale III 496 4\* — cum donis sunt simul origine III 740 b

— Connexio est inter virtutes gratuitas ratione caritatis III 791 b — connectuntur ipsa Dei gratia informante, quia conformiter se habet ad omnes virtutes III 793 a — In virtutibus gratuitis ponitur connexio propter unitatem gratiae informantis III 794 f. 1 — in formali communi, ratione cuius habent esse gratuitae, ununtur III 793 4\* — habent connexionem in comparatione ad gratiam et ad finem III 807 4\*

— in quantum gratuitae sunt, communicant in ipsa gratia III 793 4\* — Omnes habitus virtutum ununtur in gratia II 654 f. 4. III 801 6\* — non differunt in quantum gratuitae II 657 b — Gratia virtutes necit ut principium III 801 5\* — omnis est in gratia IV 753 arg. 6 *Vide V. Gratia 14, 15.*

— Perfectio simpliciter est in universitate virtutum, in quantum ab una gratia informantur et ab una caritate imperantur III 806 1\* — cardinales omnes ununtur quodam modo in gratia ut forma, per quam sunt gratuitae, et in caritate, per quam sunt meritoriae III 714 a sq.

— Actus unius virtutis gratuitae potest ab altero separari, non vero habitus III 793 5\* — Contingit, hominem exercitari in actu unius virtutis, ita quod non exerceatur in actu alterius III 797 f. 2 — Aliquis potest rectificari in actu unius virtutis, ita quod non habet rectificationem in actu alterius virtutis III 798 3\*

— Dona gratiae gratum facientis connexionem habent quantum ad habitus et quantum ad actus, qui perfectionis sunt II 705 a — habent connexionem secundum id quod est perfectionis in ipsis, sed ratione imperfectionis annexae non connectuntur IV 319 4\* — Habens caritatem non habet necessario omnes virtutes cum imperfectione annexa vel cum statu superaddito III 792 b. 793 1\*, 2\* — quantum ad habitus substratos, qui habent imperfectionem necessario coniunctam, non sunt necessario connexae aliis virtutibus nisi in statu viae III 792 b — Secundum omnem statum necesse est, habentem gratiam habere omnes virtutes, quae sunt perfectae, vel aliquid eis correspondens *ibid.* 793 1\*

— Necessè est, omnes potentias animae perfici per virtutes gratuitas, ut disponantur ad susceptionem gloriae III 793 a — connectuntur simpliciter ratione usus consequentis necessarii ad salutem III 795 b

32 — secundum se consideratae non habent ordinem, sed simultatem III 574 a — Quantum ad actum est naturalis ordo in virtutibus III 506 a — Secundum usum vel fides vel poenitentia sunt primae virtutes IV 328 a, 1\*

— Quilibet motus virtutis est cognatus gratiae, tamen ordo est in actibus virtutum IV 423 4\* — una in comparatione ad actus habet ordinem ad alteram, quia actus unius praeparat et disponit ad actum alterius ut quoddam principium et origo III 574 a

— Contingit, virtutes se ipsas circumincedere III 480 5\* — Obiectum unius virtutis bene potest esse materiale alterius virtutis *ibid.* — una denominat alteram

III 802 f. 4 — una denominat alteram, vel actus unius attribuitur alteri non propter habitum indifferentiam, sed propter mutuam circumincessionem et concomitantiam III 591 a — una potest denominare aliam propter concomitantiam in subiecto simplici III 715 3\* — Actus unius virtutis concurrat cum actu alterius, non propter identitatem in essendo, sed propter simultatem et ordinem in movendo III 591 b. 592 1\* — Actus unius virtutis potest esse annexus alteri virtuti III 503 d. 3

— una alteri adminiculatur et eam adiuvat in actu suo III 794 f. 2 — invicem se adjuvant III 616 b. IV 322 a — una disponit ad alteram II 996 6\* — una generat aliam non secundum univocationem, sed per quandam dispositionem III 570 4\* — Contingit de motu unius virtutis ad motum alterius ascendere II 517 b

— comparatur ad subiectum secundum ordinem in acquirendo, vel in perficiendo III 731 a — Aliis virtutibus praemitti debet munditia carnis *ibid.*

— per concomitantiam habet prudentiam directivam III 715 5\*

— Virtutibus respondent dona III 744 b — Unicuique virtuti respondet unum donum III 746 4\* — septem expediuntur septem donis III 744 f. 4

33 — Quantum ad dignitatem respectu obiecti una virtus est excellentior altera, etiam in eodem subiecto III 803 b — una est nobilior altera in comparatione ad actus egredientes III 742 b — maioris perfectionis et dignitatis est, quantum est de ratione virtutis, cuius actus est perfectior III 575 6\* — illa est praecipua, quae virtutes alias regit et eis imperat IV 632 arg. 4

— sunt aequales III 764 b. 802 f. 1 — Ad connexionem virtutum sequitur aequalitas in merito III 790 a — omnes aequales sunt quantum ad meriti dignitatem III 717 a — sunt aequales secundum rationem merendi, quando sunt informatae gratia III 553 d. 4. 575 6\* — quantum ad ordinem in finem et efficaciam respectu praemii habent aequalitatem in eodem subiecto secundum quantitatem gratiae et caritatis III 803 b *Vide V. Meritum-caritatis.*

— ratione gratiae et caritatis omnes dicuntur simpliciter esse aequales in eodem III 803 b — gratuitae quantum ad habitum respectu gratiae informantis sunt aequales et aequaliter meritoriae III 803 a — Aequalitas virtutum habet ortum ex informatione caritatis III 790 a — Omnes habitus existentes in eadem anima sunt aequales dignitate et merito in comparatione ad gratiam informantem III 742 b. 743 5\* — Diversarum virtutum in eodem non sunt diversae radices, sed una III 804 5\*

— aequalitatem habent ex parte gratiae, non ex parte specialium actuum et obiectorum III 804 3\* — respectu liberi arbitrii consentientis et suscipientis secundum diversas inclinationes et dispositiones,

non sunt omnino aequales III 803 a. 804 6\* — quantum ad exercitium vix vel nunquam aequantur nec in se nec in comparatione ad liberi arbitrii cooperationem III 803 a sq. — quantum ad fervorem et facilitatem respectu actus proprii non necessario adaequantur in eodem *ib.* b — quantum ad radicationem et stabilitatem respectu subiecti, quae venit ex frequentia actuum, non sunt aequales *ibid.*

— in diversis sunt inaequales, quia unius in diversis diversae sunt radices III 804 5\* — Unus excellit alterum ratione alicuius exterioris usus virtutis *ib.* 2\*

— In Evangelio est perfectius virtutis exercitium III 891 4\*

34 — quantum ad habitum substratum potest fieri informis III 499 1\* — Omnia dona virtutum possunt esse informia praeter caritatem I 306 d. 6 — Dona gratuita praeter caritatem possunt separari a gratia III 598 2\* — praeter caritatem possunt esse infructuosae et recipere admixtionem mali III 597 a

— omnis, quae aliquid addit super gratiam gratum facientem, aliquo modo manet cum culpa nec tollitur totaliter per peccatum III 596 arg. 5 — Habitus substratus non expellitur a culpa III 495 f. 4 — aliquo modo remanet post perpetrationem culpae II 657 f. 5 — formata per peccatum fit informis III 497 f. 1

— illa sola potest esse informis, cuius actus potest reperiri in peccatore III 599 f. 4 — informis nunquam est nisi in peccatore III 494 arg. 3 — informis reperitur in solis peccatoribus III 488 f. 1. 601 a — Mali non habent virtutem cum gratia, sed virtutes informes III 564 f. 1 — omnes praeter caritatem possunt esse in iustis et peccatoribus I 306 d. 6 — praeter caritatem sunt bonis et malis communes III 564 f. 1. 599 f. 1, 2 — praeter dilectionem possunt bonis et malis esse communes III 487 f. 1

— informis dicitur, quae est privata gratia III 600 b — absque gratia gratum faciente informis est II 657 b — informis est, quae non habet sociam caritatem III 805 f. 1

— informis dicitur, non quia careat forma, secundum quod est virtus, sed secundum quod est virtus gratuita III 493 b — quantum est de se, informatem aliquam habent et imperfectionem nec sunt omnino ipsius potentiae ultimativae III 807 5\* *Vide supra 26.*

— per se ipsas non sufficiunt ad bonitatem gratuitam III 806 a — sine caritate non exsequuntur divina praecepta secundum acceptationem divinam III 592 4\* *Vide V. Caritas-effectus (47 c).* — informis est habitus mortuus III 497 f. 4. 6

— etiam informis est in genere virtutis III 499 5\*

— Habitus politici informes dicuntur esse virtutes communiter III 488 b — Quod est mortuum non habet in se rationem virtutis proprie dictae, sed potest esse simpliciter virtus III 489 1\* — informis habet



rationem virtutis incomplete *ib.* 3\*. 807 6\*  
— Sine caritate informant nulla est vera  
virtus III 592 2\*. 596 arg. 1 — sine cari-  
tate non reputantur esse virtutes III 805  
f. 2 — aliae sine caritate non sunt verae  
virtutes, in quantum ad veram beatitudi-  
nem non perducunt III 591 b — Per vir-  
tutem absque gratia gratum faciente aliquis  
non potest vincere vitium II 678 3\*

— informes dantur solum ad tempus  
et pro determinato statu III 761 2\*

— informis non infunditur in ipso actu  
peccati III 495 f. 5, b. 497 f. 1 *Vide V.*  
*Fides 16.*

35 — informes possunt formari a gra-  
tia, quia manent in anima ut habitus post  
gratiae adventum III 499 2\* — informis  
nec acquisita nec infusa expellitur, cum  
infunditur gratia III 495 f. 3, 4 — Habitus  
et usus virtutis informis per adventum  
gratiae non excluditur, sed solus defectus  
*ib.* b. 496 3\* — Actus virtutis informis non  
habet oppositionem cum actu virtutis for-  
matae III 496 1\* — Habitus informis, gra-  
tia adveniente, non superfluit nec exclu-  
ditur, sed perficitur et completur *ib.* 5\*.  
500 6\*

— Habitus acquisiti per adventum gra-  
tiae informantur III 497 f. 3 — informes  
formantur, dum reviviscunt per adventum  
gratiae *ib.* f. 4, 6. 500 6\*

— omnes ligantur et informantur a  
caritate et ad ipsam reducuntur sicut ad  
radicem III 790 a

— Causa formalis virtutum gratuitarum  
est ipsa Dei gratia III 793 a — dicuntur  
formari a caritate, non quia caritas sit for-  
ma constitutiva dans eis complementum in  
essendo, sed forma directiva, dans eis com-  
plementum in regendo et ordinando III  
807 3\*, 5\* — quantum ad esse gratuitum  
formantur a gratia sicut colores a luce III 498  
b sq. — Habitus informis dicitur materia,  
et quod superinducitur forma, non proprie,  
sed secundum quandam comparisonem III  
499 4\* — Habitus et gratia dicuntur vir-  
tus formata per modum unius propter hoc,  
quod ordinantur ad unum opus merito-  
rium *ib.* a — omnes definiiri possunt per  
caritatem causaliter III 592 2\* *Vide V.*  
*Caritas-habitus et-effectus et V. Gratia 15.*

— Vigor virtutis compleri habet et  
perfici per gratiae infusionem III 564 a  
— a caritate habent complementum et in-  
formationem III 805 f. 2. 807 6\* — per-  
fici habent et ad maius complementum  
perduci per gratiam et caritatem III 807  
5\* — quandam perfectionem habent ex  
gratia superinfusa et quandam ex caritate  
superadunata *ib.* 6\* — perficiuntur, in  
quantum a caritate imperantur et perfec-  
tius in finem ordinantur *ib.* 5\* — Actus  
aliarum virtutum a caritate imperando in-  
formantur III 592 3\* — Nullus actus vir-  
tutis recte incedit sine recta intentione III  
471 b. 479 arg. 5

— ut formae distinctae non sunt for-  
mae ab aliquo uno III 805 arg. 2. 806  
a — in comparatione ad obiectum sunt  
formae tantum se ipsis distinctae nec for-

mabiles ab aliquo uno III 806 a. 807 4\*  
— in comparatione ad subiectum sunt for-  
mae informantes quantum ad bonitatem  
moralem, sed formabiles a gratia quantum  
ad bonitatem gratuitam III 806 a — in  
comparatione ad finem sunt formae ut dis-  
positiones animae ad illum ordinantes, sed  
formabiles a caritate quantum ad tendentiam  
in ultimum finem *ib.* b — mediante admi-  
niculo caritatis perducunt ad finem ulti-  
mum *ib.* 1\*

— in comparatione ad finem una pot-  
est informari ab altera, quae immediatius  
tendit in finem III 807 4\* — possunt in-  
formari secundum ordinem in movendo  
ab alia, quae est in alia potentia ut sub-  
iecto *ib.* 3\*

— licet formaliter distinguantur in ge-  
nere virtutis, tamen a gratia formantur se-  
cundum quod gratuita, et a caritate se-  
cundum quod meritoriae III 807 2\* — pos-  
sunt informari a gratia et simul a caritate  
*ib.* 4\*

— per informationem mutatur acciden-  
taliter in genere naturae III 499 5\* — for-  
mantur per alterationem non in se, sed in  
subiecto factam *ib.* 3\*

36 — proprie considerata sive moralis  
extenditur ad politicam et gratuitam, ma-  
gis proprie accipitur pro virtute gratuita  
II 671 b — theologica et cardinalis proprie  
dicitur virtus formata III 489 3\* — proprie  
dicitur de habitu gratia informato III 488 b  
— sunt gratuita per gratiam gratum  
facientem III 714 a *Vide V. Gratia 8, 14.*  
— est gratuita ex hoc, quod est caritati  
coniuncta I 306 d. 6

— gratuita est quod reddit acceptum  
Deo III 555 f. 2. 556 b — gratuita est  
habitus, qui est principium divinae acce-  
ptionis III 470 f. 3 — gratuita vivificat et  
acceptum facit ex consequenti, quia a gra-  
tia formatur et ordinatur II 658 3\*

— cardinales, ut elevant potentiam, sunt  
gratuitae III 723 a — gratuita est potentior  
quam virtus naturalis III 736 arg. 4

— In omnibus habitibus gratuitis ratio  
bonitatis est gratia gratum faciens et ipsa  
caritas III 802 f. 2

— caritati annexae ad ipsius imperium  
quodam modo motae dirigunt et habilitant  
ad observanda opera mandatorum III  
712 1\* — gratuita praecipue est, quae ha-  
bentem perficit et opus eius bonum reddit  
III 553 d. 4

— gratuita est bonum maximum IV  
20 arg. 2. 79 arg. 4 — gratuita et me-  
ritoriae sunt dona optima III 723 1\*

— gratuita est in sola anima IV 20  
arg. 2

— Habitus dicitur vivus, quia per il-  
lum quis vitam aeternam mereri potest III  
497 f. 5 — formata non cognoscitur esse  
in anima nisi per coniecturam III 504 b

— Gratia habitus informativa tollitur  
per culpam III 682 4\* — nulla gratuita  
remanet, caritate exclusa III 791 f. 4 —  
Nullus potest habere virtutem gratuitam,  
nisi habeat gratiam *ib.* f. 3 — omnes gra-  
tuitae privantur quolibet vitio III 800 b, 4\*

37 — Actus virtutis est meritorius III  
472 2\*, 4\*. IV 318 f. 3 — Opus virtutis  
est meritorium de genere operis II 572  
d. 1 — In virtutis actu sive usu proprie  
attenditur completa ratio merendi III 381  
a — est ad merendum IV 324 a — omnes  
sunt principium merendi III 716 f. 2. 717  
a — proprie dicta est principium operis  
meritorii III 488 b — est habitus habilitans  
animam circa meritorium II 214 a  
*Vide V. Meritum-liberum arbitrium.* —  
In virtutibus radicantur preces, ut effica-  
citer mereantur III 741 4\* — Maiori virtuti  
debetur maior fructus IV 754 f. 3

— sunt meritoriae et habent rationem  
merendi perfecte per caritatem III 714 b  
— ex caritate habent perfectionem et com-  
plementum meriti III 806 b. 807 2\* *Vide*  
*V. Caritas-meritum.* — Motus virtutis for-  
matae est meritorius III 603 b — Meritum  
virtutis informis *vide V. Meritum-congrui.*

— Nulla virtus gratuita in suo actu  
repugnat perfectioni meriti III 556 arg. 5  
— possunt in suos actus exire, nihil cogi-  
tando de remuneratione III 560 4\*

— Bonitas principalis et essentialis vir-  
tutum attenditur in ordine et dispositione  
ad summum praemium III 803 b — Motui  
virtutis debetur praemium substantiale III  
802 f. 3 — Omni virtuti et actui debetur  
aurea ratione caritatis IV 756 arg. 1, b

Vis — est maioris rei impetus, qui re-  
pelli non potest IV 699 b — tollit volun-  
tarium III 877 arg. 2

— formativa est ab informativa sive  
perfectiva II 214 f. 1 *Vide V. Semen.*

VISIBILE — sumitur pro sensibili sensu  
exteriori, vel sensu communi, vel pro vi-  
sibili secundum intellectum IV 29 d. 2 —  
respicit intellectum III 583 d. 3

— Deus visibilis factus *vide V. Cognitio-Dei-naturalis.*

— Deus est principium visibilium II 26 b  
— visu corporali omne est aliquo modo  
mutabile II 224 a

— In consideratione visibilium est pri-  
mus gradus ascensus ad Deum I 73 a —  
considerata et amata ut res absolutae re-  
tardant intellectum et affectum, ne surgat  
ad bona invisibilia, sed considerata ut si-  
gna iuvant I 282 3\*

Visio — Videre est cognoscere II 537  
arg. 3 — non dicit qualemcumque modum  
cognoscendi, sed completum II 545 4\* —  
Videre ea quae subiciuntur sensui exte-  
riori simpliciter et totaliter, est clare et  
perfecte cognoscere, quod excludit omne  
aenigma III 518 a

— Nisi fiat per deceptionem, vel per  
miraculum et divinam virtutem, res talis  
videtur, qualis est secundum veritatem IV  
988 b

— Quidquid videtur videtur sub an-  
gulo II 539 arg. 5 — Videre est secun-  
dum triangularem directionem radiorum  
IV 237 f. 4 — In aequali spatio maius  
videtur sub maiori angulo IV 236 f. 4

— Si aliqua creatura sensibilis videatur  
in propria natura et videatur per ali-  
quod speculum, in quo resultat, non est

## VIS

differentia nisi in hoc, quod una visio est per speciem secundum directionem simplicem, alia est per speciem secundum directionem reflexam III 682 5\*

— Ad visionem requiritur praesentia rei II 903 a. IV 1049 arg. 1 — est solummodo rei praesentis II 545 4\*. III 689 a

— Videre est a potentia I 470 f. 3 — Oculus potest dici videre propter receptionem speciei, sed iudicium est a potentia II 623 a

— Videre per medium aut est per medium disponens, aut per medium deferens, aut per medium deducens II 546 7\* — Videre sine medio est aut sine medio adminiculante, aut sine medio obumbrante IV 31 d. 9

— Modi videndi ex parte virtutis cognoscentis sunt visio corporalis, imaginativa et intellectualis I 284 arg. 4. II 84 d. 1. 223 d. 2. 271 b. III 504 b

— Angelus dicitur videre, cum ex proprio motu intelligit aliquid II 270 5\*

— alicuius, secundum quod patet, non excludit credulitatem fidei secundum id, secundum quod latet III 518 b. 519 2\*, 3\*, 4\*. 523 a

— Videre corporalia non est illa habere III 584 d. 3

— Oculus videt sibi et pedi II 561 5\*. III 745 5\*

— Operatio visus ostendens viam necessaria est ad rectum motum progressivum II 893 b

— Videre est doni intellectus III 745 b — Cernere ipsum divinum esse nemo potest, nisi per iustitiam fidei emundetur III 523 a — Videre mundo corde est actus ultimus sive perfectus cognoscendi III 737 a — Munditiae cordis est Deum videre III 778 a — Munditia cordis disponit ad Deum contemplandum III 743 6\* — Per fidem Deus non videtur simpliciter, sed per speculum III 682 2\* *Vide V. Contemplatio et V. Cognitio-Dei-naturalis, per speculum et immediata, V. Angelus-cognitio et V. Gloria-visio.*

— Medium videndi Deum adminiculans est speculari, obumbrans est aenigmaticum IV 31 d. 9 — Qui videt Deum sine medio adminiculante et speculari videt Deum per essentiam IV 30 d. 9

— erit simplex intuitus summae lucis III 515 arg. 3 — aperta et certa Dei in patria est scientia praecellens fidem III 481 arg. 3, b — patriae excedit fidem, ita ut magis illuminet ad videndam rem manifestam, quam fides ad cognoscendam rem occultam III 548 2\* — Visioni in patria non potest subesse falsum III 509 f. 4

— In patria cuncta, quae nunc credimus, erunt manifesta III 680 f. 4, 4 — clara est in beatitudine II 432 a — In gloria est visio perfecta ex parte rationalis IV 1009 a. sq. — Deus aperte videbitur in gloria III 689 a. IV 1009 b. 1054 b — Per apertam visionem videtur Deus facie ad faciem II 545 b — est dos gloriae IV 114 f. 4 — Anima in gloria per gratuitam immissionem radii in abundantia clare co-

gnoscit II 123 a — Lumen veritatis increatae irradiabit plene in patria III 482 3\* — est solum in patria IV 1009 1\* — In solo statu gloriae videbitur Deus immediate et in sui substantia II 545 a. 546 b. sq.

— Deus non ab omnibus videtur, sed solum a Beatis III 296 f. 2 — Soli Beati habent Dei visionem II 797 a — aeternae lucis est procedens a gratia confirmationis II 290 a

— est dos, quae reformabit et consummabit rationalem III 562 a. IV 1009 b — est in cognitiva I 36 arg. 2, 3. III 474 arg. 4. 477 b

— respondet fidei III 615 b — succedit fidei III 474 arg. 4. 477 b. 506 b. 580 a — erit in patria loco fidei III 792 b — Ad visionem disponit fides IV 114 f. 4

— Spes introducit ad beatissimam visionem III 506 b — Verbi est fructus pietatis II 429 d. 2

— Per perfectam visionem Deus comprehenditur ex parte comprehendentis I 770 5\*

— Claritas divinae visionis tollit omne aenigma III 585 d. 5. 680 f. 3

— est de eodem, de quo est fides, sed non eodem modo III 517 3\* — Videre Deum repugnat fidei III 727 a — evacuat fidem III 585 d. 5. 680 f. 2 — patriae tollit fidem propter certitudinem et evidentiam in cognoscendo III 522 arg. 2 — simpliciter tollit habitum fidei III 684 b — patriae tollit fidem Divinitatis, quia excludit omne aenigma et aufert omnem latentiam III 519 3\*. 522 b. 524 2\* — evacuat fidem per obiecti praesentiam et apertam notitiam III 512 f. 3 *Vide V. Fides 14.* — aperta evacuat spem III 585 d. 5. 586 d. 6

— disponit ad fruitionem I 37 2\* — in statu patriae disponit ad diligendum perfecte III 689 2\*

— Claritas visionis praecedet motum affectionis III 681 b — Non est prius videre Deum quam amare, sed e contrario III 741 5\* — desideratur a caritate III 616 b

— Aeterna bona perfecte videre habere est III 584 d. 3 — Qui perfecte videt perfecte amat et habet per connexionem IV 1009 1\* — Dei non est sine summa delectatione IV 986 b — Dei partem superiorem perfecte reficit, cum perfecte apparet III 25 4\* — In aspectu lucis aeternae est maxima consolatio III 464 d. 4 — Videre Deum et amare et tenere sufficit ad perfectam beatitudinem III 750 b

— Dei est beatitudo et finis hominis et Angeli II 47 arg. 4 — In visione Dei consistit vera beatitudo II 882 1\* — Omnis, qui videt Deum per essentiam, est beatus IV 30 d. 9 — Anima quiescere perfecte non potest, donec in se ipso videat Deum II 543 b. sq. *Vide V. Beatitudo et V. Cognitio-beatitudo.*

— aperta est summa perfectio et promittitur in praemium II 545 b — Videre Deum est praemium III 727 a — In visione consistit perfectio mercedis III 616 b

## VIS

— Dei est tota merces II 543 f. 4 — aperta est tota merces omnium meritorum II 545 b — est tota merces propter connexionem et aequalitatem dotum II 831 b — dicitur tota merces per connexionem aliorum actuum IV 1009 1\* — non dicitur proprie tota merces, sed per concomitantiam I 37 3\* *Vide V. Beatitudo.*

— In visione distinguitur status patriae a statu viae IV 1009 1\*

— Videre Deum est vita aeterna III 463 b. 584 d. 3. IV 986 f. 3

— Christi corporalis non spectat ad essentialem completionem beatitudinis, sed ad quoddam accidentale gaudium III 25 1\* — humanae naturae Christi facit ad superfluentem hominis glorificationem, dum in eo invenit pasqua exterius III 20 b

— Videns Verbum dicitur videre omnia non per proprietatem, sed per aequivalentiam et sufficientiam II 290 b *Vide V. Cognitio-rerum in Verbo et V. Deus 60.*

— Beati vident malos in Deo sive in speculo aeterno IV 1049 b, 1\*

— In visione aeternae lucis Beati nec deficient nec decrescunt II 290 a — In cognitione Dei Beati non possunt proficere ex parte ipsorum, qui non habent dispositionem nec desiderium amplius cognoscendi, licet Deum non comprehendant III 302 6\* *Vide V. Beati.* — Unus alio clarius videt Deum IV 1010 f. 2. 1011 a. 1017 f. 2

— De dispositione ad visionem Dei *vide V. Cognitio-per deiformitatem, V. Deiformitas, V. Gloria et V. Lumen-spirituale.*

— Dei non potest stare cum culpa II 466 4\* — Carentia visionis *vide V. Poena-damni et V. Parvuli.* — A carentia visionis divinae nemo erat liberandus ante passionem Christi III 407 b *Vide V. Gloria.*

— Dei significat approbationem post perfectionem II 350 d. 3

Visus — sive potentia visiva perficit oculum II 222 a — Ad visum concurrunt nervus et pupilla et humor crystallinus IV 491 3\*

— non abstrahit a quantitate et percipere habet corpus secundum modum existendi corporalem IV 237 a, 4\* — non videt quod non est per modum corporis ut sensibile *ib.* 1\*

— Nosse est actus potentiae cognitivae I 760 d. 3 — Scire est actus proprius potentiae cognitivae II 898 f. 1 — est actus rationis I 37 1\*. III 364 b. 476 a

— Omne, quod est in anima pertinens ad cognitionem, est in potentia cognitiva, si sit habitus cognoscendi IV 142 3\*

— dicit motum a rebus ad animam I 562 1\*. 813 d. 8. II 915 d. 1. IV 1020 f. 1 — dicit ut ad animam V 30 2\*

— Cognoscere et amare sunt actus differentes II 560 b. 561 3\* — et dilectio sunt actus formaliter differentes V 69 arg. 7 — Nosse et amare non est unius potentiae II 1 b. 560 b — Cognoscere et affici nunquam sunt actus eiusdem potentiae nec eiusdem habitus III 773 f. 5

— correspondet luci in natura spirituali III 364 b

2 — est actualis, vel habitualis III 316 a. 618 d. 3 — Est cognoscere actu et habitu I 650 d. 3. III 528 2\* — Scire nominat cognitionem in habitu, sed intelligere in actu III 310 f. 1. 316 a — Anima nihil novit in actu, super quod non convertat se actualiter III 310 f. 6 — habitualis ad plura se extendit quam consideratio actualis *ib.* f. 1. 311 a

3 — dicitur actus cognoscendi, vel id quo mediante cognoscimus III 296 b — Scitum aliquando nominat ipsam rationem cognoscendi, aliquando ipsum cognitum extra V 6 9\*

— Actus cognoscendi respicit cognoscentem et cognitum V 15 9\* — Ad considerationem necessario concurrunt intelligens, res intellecta et medium sive ratio intelligendi V 70 b — Nihil plus requiritur ad cognitionem nisi sciens et scibile et ratio cognoscendi praesens V 28 arg. 10 — Ad integram cognitionem non plus requiritur nisi cognoscens et cognoscibile abstractum et conversio huius super hoc V 21 arg. 12

4 — Ad cognitionem requiritur cognoscens et cognoscibile et unio unius ad alterum III 295 arg. 2 — est in unione cum obiecto IV 1018 b. 1020 b — omnis est per unionem cognoscibilis cum cognoscente IV 1020 f. 2 — Intellectus non intelligit nisi quod sibi aliquo modo unitur I 67 arg. 2 — Necessesse est, esse unionem cognoscibilis ad cognoscentem, ita quod unum sit in altero I 68 arg. 3

— Omne cognitum est in cognoscente V 39 f. 12 — Omne cognitum est in cognitione I 627 arg. 1 — Cognoscens non est in cognoscibili, sed e converso I 68 arg. 3

— Ad hoc, quod anima rationalis aliquid intelligat, necesse est, quod ex intelligentia et intellecto fiat unum II 445 arg. 5 — Unio cognoscentis et cognoscibilis aut est secundum rationem essendi et conservandi et causandi, aut secundum rationem cognoscendi V 10 11\* — Ad cognitionem non sufficit unio cognoscentis ad cognoscibile, nisi uniantur per modum cognoscentis III 298 2\*. V 29 f. 10 — Non cognoscitur nisi quod est unitum cognoscenti sicut cognoscibile III 297 a *Vide V. Praesentia* in Indice gener.

— Ad cognitionem necessario concurrunt praesentia cognoscibilis II 903 a — Scibile dicitur aliquid ut praesens apud intellectum cognoscentis V 72 9\* — Omne, quod cognoscitur, cognoscitur per aliquid praesens intellectui ad videndum II 545 a

— Omne cognitum est in cognoscente vel per veritatem, vel per similitudinem I 348 f. 4. V 6 f. 1 — Omnis cognoscens habet rem cognitam vel secundum veritatem, vel secundum similitudinem I 600 f. 2 — Res non est secundum veritatem in anima I 665 d. 4 — Res non est in anima per essentiam, sed per similitudinem V 543 15 *Vide V. Esse* in Indice gener.

— Res non potest uniri intellectui secundum veritatem, sed unitur ei secundum similitudinem abstractam a materia II 415 4\* — Ex intelligente et intellecto debet fieri unum quantum ad speciem, quae unitur intellectui, non quantum ad ipsum obiectum extrinsecum II 447 5\* — Ei cui cognoscens non unitur secundum veritatem, et cuius non habet per naturam speciem, habet uniri mediante specie recepta IV 1020 f. 2

— Quanto cognitio est nobilior, tanto immediatior est coniunctio et unio cognoscentis ad cognoscibile V 8 arg. 13 — Immediata est coniunctio secundum rationem cognoscendi, quando cognoscens cognoscit cognoscibile vel per essentiam cognoscentis, vel per essentiam cogniti V 10 11\* — Immediatior est coniunctio cognoscentis et cognoscibilis, quando cognoscens unitur cognoscibili quantum ad eius essentiam, quam quantum ad eius similitudinem V 8 arg. 13

5 — Unio cognoscentis cum cognoscibili est per assimilationem V 29 f. 10 — Ad cognitionem requiritur unio per assimilationem cognoscentis ad cognitum III 297 a — Ad hoc, quod intellectus aliquid intelligat, necesse est, ipsum assimilari rei cognitae III 307 arg. 2 — In omni cognitione est assimilatio I 670 4\* — In actu cognoscendi fit assimilatio cognoscentis ad cognoscibile II 413 arg. 4 — Ubi est cognitio, necesse est, quod ibi sit assimilatio cognoscentis ad cognoscibile I 685 arg. 4 — Intelligens hoc ipso, quod intelligit, assimilatur intellecto V 7 f. 4 — hoc ipso quod cognitio, assimilationem dicit et expressionem inter cognoscentem et cognoscibile V 8 b — Anima est ad cognoscendum idonea per qualitatem spiritualem, secundum quam assimilatur cognoscibili V 29 f. 10 — Omne cognoscens in quantum huiusmodi simile est cognoscibili I 601 a — Omnis cognoscens habet similitudinem cognoscibilis, vel ipse est similitudo *ibid.* — Nulla fit apprehensio a sensu nisi per aliquam similitudinem et convenientiam organi et obiecti V 320 3 — Similitudo est ratio cognoscendi I 685 arg. 4. V 7 arg. 5 — Ubi maior similitudo, ibi maior est ratio cognoscendi I 685 arg. 4. V 7 arg. 5. 8 arg. 6

— Cognoscens conformatur cognito I 275 d. 5 — Actus intelligendi aliquo modo conformatur obiecto II 916 d. 1

— Ad cognitionem requiritur assimilatio congrua III 303 arg. 4 — Ad cognitionem requiritur assimilatio non in natura tertia, sed sufficit, quod unum sit similitudo alterius I 601 b. III 305 3\*. V 9 a. 13 b — Ad cognitionem requiritur assimilatio non per convenientiam in genere vel specie, sed secundum rationem exprimentis I 601 2\*. 686 4\*

6 — Cognoscentis ad cognoscibile debet esse proportio I 67 arg. 2. II 543 arg. 7 — Necesse est, proportionem esse cognoscentis ad cognitum II 459 f. 41 — Intellectus non intelligit nisi quod est sibi

proportionabile I 67 arg. 2 — Ad cognitionem requiritur proportio secundum rationem cognoscibilis I 69 2\*

— Ad cognitionem per apprehensionem requiritur solum proportio convenientiae I 69 1\*. II 543 arg. 7 — Ad simplicem intuitum sufficit convenientia ordinis III 305 3\* — Cognoscere non includit nisi assimilationem cognoscentis ad cognitum, vel etiam quandam adaequationem V 37 19\* — Ad cognitionem non necessario requiritur proportionalitas V 46 f. 10 — Non oportet, cognitum adaequari cognoscenti adaequatione rei ad rem, sed sub ratione cognoscibilis I 84 5\* — debet adaequari rei cognitae, secundum quod cognita est III 313 arg. 2 — Ad hoc, quod aliquid perfecte cognoscatur, necesse est, esse adaequationem intellectus ad intelligibile V 7 f. 5 *Vide V. Comprehensio* in Indice gener.

— debet adaequari potentiae et substantiae secundum proportionem III 313 arg. 2 *Vide supra 1.*

7 — Veritas est ratio cognoscendi I 150 arg. 3. 152 4\*. 685 arg. 3. V 8 arg. 9 — Ratio cognoscendi consistit in ipsa veritate I 601 b — Ratio cognoscendi remota est veritas, ut dicitur rei entitas, ratio proxima et immediata est veritas ut lux in intellectu V 10 9\* — Discretio veri est cognitio V 227 b

— omnis spiritualis fit ratione lucis I 68 f. 2 — Cognoscens debet habere lumen IV 1015 b — Ad perfectionem cognitionis concurrat lux V 7 f. 11. 324 18 — Ad cognitionem concurrat lumen, quo mediante de cognoscibili iudicamus II 903 a — Intellectus indiget lumine ad iudicandum II 908 f. 4

8 — non est nisi per formam I 665 d. 4. II 415 4\*. 441 b — Illud quo res cognoscitur, non est nisi forma V 13 f. 11 — propria rei est a forma II 120 3\* *Vide infra 27.*

— secundum speciem est per similitudinem rei V 7 f. 3. 11 arg. 11 — Ad perfectionem cognitionis concurrat similitudo V 7 f. 11 — In nobis ratio cognoscendi est similitudo cogniti I 601 b

— In nobis similitudo, eo ipso quod est similitudo, facit cognoscere I 601 b — Ad rerum notitiam habendam requiritur similitudo exprimens et expressiva V 9 a — Similitudo expressa est ratio cognoscendi I 544 a, b — Omne, quod determinate ducit in alterum cognoscendum, est eius similitudo, vel habet penes se similitudinem I 600 f. 3 — Speculum non ducit in aliud cognoscendum, nisi eius habeat similitudinem V 7 f. 9

— Ad notitiam causatam a rebus requiritur similitudo imitativa, quae est ab extra, et ideo aliquam compositionem et additionem ponit circa intellectum cognoscentem et attestatur imperfectioni V 9 a — Ad notitiam causantem res requiritur similitudo exemplativa *ibid.*

9 — Cognoscere aliud a se aut est per aliud a se, aut per se ipsum I 686 a — Cognoscere aliquid extra se aut est per ali-

quid conceptum ab extra, aut quia aspectus deflectitur extra, aut per omnino intrinsecum, a quo quod est extra habet ortum *ib.* 2\* — fit ab intrinseco et est ad intrinsecum, vel ad extrinsecum V 5 a

— Intellectus, qui est omnino in actu, non indiget similitudine accepta vel recepta ab extra, sed ipse utitur se ut similitudine ad cognoscendum alia V 9 7\* — Cognoscens per suam essentiam in quantum cognoscens dicit rationem similitudinis V 10 13\* — Quando cognoscens cognoscit per essentiam suam, ipsa essentia, in quantum est ratio cognoscendi, tenet rationem similitudinis *ib.* 11\*

— Similitudo, quae non dependet a re extra, non ducit in aliud per modum decursus et viae, sed solum per modum lucis perfecte exprimentis et quietantis ipsum cognoscentem V 9 8\* — Similitudo, quae non est aliud quam ipsum cognoscens, non ponit distantiam aliquam secundum rem nec secundum rationem et in nullo egreditur extra rationem cognoscentis et cognoscibilis V 10 13\*

— Cognoscens per se est actus respectu cognoscibilis nec recipit perfectionem ab eo, sed magis e converso I 686 a — Cognoscere rem omnino per se ipsum est solius Dei II 119 a. V 59 f. 3 — Lux se ipsa tenebram cognoscit I 627 b — A luce cognoscuntur tenebrae secundum causam V 14 b

— per similitudinem, quae est idem quod essentia cognoscentis, est perfectior quam cognitio per essentiam rei V 10 12\* — perfectior est, qua cognoscens utitur se ipso ut similitudine ad cognoscendum aliquid, quam cognitio, qua cognoscens recipit aliquid ex parte cogniti *ibid.*

— Cognoscens aliud a se per aliud habet perfectionem aliunde I 686 a — Qui cognoscit per speciem vel per essentiam aliquid recipit ab alio et informatur V 59 f. 3 — nostra se habet per modum possibilis respectu cogniti et quodam modo informabilis ab illo I 606 2\* — Intellectus noster respectu cogniti est possibilis et non actus purus, et fit in actu per aliquid cogniti, quod est similitudo eius I 601 b — Intellectus per similitudinem, per quam intelligit, debet fieri in actu intelligendi per speciem et formam rei ei impressam II 415 4\* — In nobis est similitudo accepta et impressa ab extrinseco I 601 b

— quae est per aliquid conceptum ab extra, dependet ab extrinseco I 686 2\* — Cognoscens rem in proprio genere, ita quod aspectus deflectatur supra rem, ut est in proprio genere, egreditur extra se I 680 d. 1

10 — Omne, quod cognoscitur, aut cognoscitur per essentiam, aut per similitudinem I 300 arg. 1. 301 f. 3. V 7 f. 6 — Cognoscibile per se aut cognoscitur per sui essentiam, aut per speciem II 122 arg. 4. III 504 b — aliquorum est per praesentiam, aliquorum per similitudinem I 68 f. 3 — Aliquid cognoscitur per sui praesentiam, aut per similitudinem acceptam ab extra



V 19 f. 23 — Cognoscere est per speciem, vel per essentiam, vel per se ipsum V 59 f. 3

— Quando cognoscens cognoscit cognoscibile vel per essentiam cognoscentis, vel per essentiam cogniti, non est opus similitudine intermedia, quae differat ab utroque extremorum V 10 11\* — Ad cognitionem praesentis intellectui non est necesse, abstracti similitudinem, per quam cognoscatur I 70 5\* *Vide V. Anima 26.*

— Habitus a non habente cognoscuntur per speciem, quae non est pura species, sed veritas quaedam ab ipsa veritate impressa I 302 b — Caritas potest cognosci ab eo qui eam non habet, sine receptione speciei et sensibus IV 1004 b

— per essentiam est nobilior quam per similitudinem a rebus causata, non vero ea quae est per similitudinem, quae est ipsa veritas I 602 3\* — nobilior est per essentiam quam per similitudinem, quae est abstracta et causata ab ipsa rei essentia V 10 12\* — Illa cognoscuntur verius, quae cognoscuntur per praesentiam, quam quae cognoscuntur per similitudinem I 68 f. 3

— Intellectus possibilis fit in actu per species II 120 a — Per species contingit res cognoscere II 118 f. 1 — Aliquid videtur per sui speciem ut medium III 504 b — Nemo unquam cognosceret res, nisi sensu aliquo exteriori speciem eius acciperet II 903 a — Intellectus nihil intelligit actu, nisi imprimatur ei species et similitudo rei cognitae II 415 4\*. III 307 arg. 1 — Intellectus non potest intelligere aliud a se, nisi speciem illius habeat in se II 568 arg. 6 — Intellectus non potest intelligere aliud a se, nisi adiuvetur a specie, quae abstracta a phantasmate intellectui habet uniri II 569 a — Nihil cognoscitur nisi mediante specie unita animae V 324 18

— Nullum sensibile movet potentiam cognitivam nisi mediante similitudine, et hoc generaliter, realiter vel exemplariter est necesse in omni sensu V 322 8 — Res dant cognoscere per suas similitudines I 626 2\* — Sensibilia intrant in animam non per substantias, sed per similitudines suas primo generatas in medio et de medio in organo et de organo exteriori in interiori et de hoc in potentiam apprehensivam V 300 4 — Generatio speciei in medio et de medio in organo et conversio potentiae apprehensivae super illam facit apprehensionem omnium eorum quae exterius anima apprehendit *ibid.*

— Quae non sunt essentialiter in cognoscente cognoscuntur per species I 300 arg. 1. II 119 a — Intellectus informatur per similitudinem ab iis quae non sunt in eo secundum essentiam I 301 f. 3, 4

— Indigemus specie et receptione ad cognoscendas res V 572 18 — Ad cognoscendum requiruntur similitudines rerum cognitarum, ex quibus propria ratio cognoscendi habetur respectu cuiuslibet cogniti V 25 15\* — Qui cognoscit necesse est, quod habeat similitudines rerum, quas cognoscit V 7 f. 4

— Ad perfectionem actus cognitionis requiritur acquisitio et conservatio II 560 b — Retentio speciei disponit ad intelligendum I 81 a

— Cum cognoscens habet obtenebratos oculos, ut non possit supra se elevari, necesse est, quod similitudo condescendat usque ad illam naturam, quae ab eo potest capi V 323 12

41 — Intellectus non intelligit nisi a quo acies intelligentiae informatur I 67 arg. 2 — Nihil cognoscit intellectus, nisi ab illo informetur I 301 f. 3 — Necesse est, intellectum cognoscentem informari a cognito I 68 arg. 5 — Necesse est, intellectum aliquo modo formari et informari ab intelligibili ad hoc, quod ipsum cognoscat III 298 2\* — Ad hoc quod intellectus intelligat quod est in memoria et in voluntate, necesse est, aciem intellectus informari I 301 f. 4

42 — Aliquid cognoscitur per similitudinem a sensibus acquisitam, aut infusam, aut innatam I 301 b — Cognoscens habet speciem per naturam, vel speciem receptam IV 1020 f. 2 — Animae a conditione sua datum est lumen quoddam directivum, quod habet rationem cuiusdam veritatis et simul rationem similitudinis, dum accipitur ab intellectu I 301 b sq. — Quae cognoscuntur per similitudinem infusam vel innatam dicuntur cognosci in Veritate aeterna *ib.* b

— Spirituale non cognoscitur per similitudinem a sensibus acquisitam I 300 arg. 2. 301 b — Non cognoscitur per speciem acceptam ab extra quod non habet similitudinem abstrahibilem per sensum I 300 arg. 1. V 19 f. 23 — Mens non solum habet ab exteriori formari per phantasmas, verum etiam a superiori suscipiendo et in se habendo simplices formas, quae non possunt introire per portas sensuum et sensibilia phantasias V 303 2 — Quae sunt supra imaginationem non intelliguntur per speciem imaginariam II 447 a

— Animae non repugnat intelligere per species innatas II 50 a

— Anima non cognoscit per speciem innatam I 300 arg. 2 — Anima non habet innatas species et similitudines IV 1004 b — Anima creata est veluti tabula rasa I 300 arg. 2. II 42 2\*. 118 f. 5. 569 a. 901 arg. 1. 902 b — Anima est tabula rasa solum quantum ad species et similitudines IV 1004 b — Anima creata est nuda a specie, quae est similitudo tantum sicut pictura I 301 b — In anima nihil scriptum est, non quia nulla sit in ea notitia, sed quia nulla est in ea similitudo abstracta II 904 b *Vide V. Species.*

13 — est acquisita, vel innata, vel infusa IV 479 f. 4. V 21 f. 34. 23 b — est innata, aut acquisita II 206 d. 1 — multarum rerum naturalium, ut puta iuris naturalis, nobis innata est IV 1004 a sq. — beatitudinis in generali est innata II 894 d. 1. IV 1004 a

— primorum principiorum dicitur nobis innata ratione luminis, quod sufficit ad

illa cognoscenda post receptionem specierum II 903 b — Habitus cognitivi sunt nobis innati ratione luminis animae inditi *ib.* a — Respectu cognoscibilium per sui essentiam, non per speciem, est habitus simpliciter innatus II 904 a

— Potentiae cognitivae est lumen inditum, quod est naturale indicatorium II 903 a. 910 a. V 474 2 *Vide V. Indicatorium* in Indice gener. — Lux veritatis relucet in facie nostrae mentis V 303 1 — Aliqua possumus cognoscere per lumen naturaliter inditum IV 428 3\* — Intellectus scientialis est a dictamine naturae sicut a lumine interiori V 496 42, 43 — Ratio iudicat secundum lumen proprium sibi datum et innatum et secundum lumen sibi ab inferiori acquisitum per sensum et imaginationem II 575 a — Intellectus intra se habet lumen ex propria conditione sufficiens ad aliqua cognoscenda V 50 1\* — Anima nostra habet supra se quoddam lumen naturae signatum, per quod habilis est ad cognoscenda prima principia V 496 43 — Mens habet lucem incommutabilem sibi praesentem, in qua meminit invariabilium veritatum V 304 2

— In intellectu est lumen connaturale, inseparabile, non sufficiens ad dirigendam cognitionem, nisi superveniat habitus scientiae IV 438 b — Lumen naturale est habitus imperfectus disponens ad scientiam *ibid.* — Lumen innatum est seminarium aliorum habituum acquirendorum II 903 b

— dicitur a natura, quia naturaliter inserta, vel quae est per naturalem potentiam II 290 a — Eadem potentia cognitiva cognoscimus aliquid naturaliter et per acquisitionem II 566 f. 3

44 — Habitus cognoscendorum non sunt animae simpliciter innati II 902 b — Scientia non est innata, sed acquisita *ib.* arg. 4 — Habitus cognoscitivi sunt quodam modo innati, quodam modo acquisiti *ib.* b — Habitus cognitivi non sunt innati intellectui agenti *ibid.* — Intellectus agens non habet cognitionem universalium innatam II 569 a

— principiorum et cognoscendorum in universali non est innata, sed quodam modo acquisita II 903 a — Lumen naturae solum non sufficit ad cognoscenda principia, nisi cognoscantur termini V 496 43

— Anima a conditione sua est ignorans II 902 b — Nihil novimus nisi ea quae, postquam nati sumus, didicimus, non obliorum recordamur II 449 b. 450 a

— non infunditur a Deo sine cooperatione luminis naturalis IV 428 3\* — Lumine cognitionis a Deo dato et conservato multa possunt cognosci, Deo non inspirante nec infundente, sed cooperante et conservante II 191 6\*

— In nobis est scientia per acquisitionem ab inferiori III 342 d. 4 — particularium conclusionum scientiarum acquisita est, quia lumen nobis innatum non plene sufficit ad illa cognoscenda, sed indiget aliqua persuasione et habilitatione nova II 903 b — Habitus cognitivi sunt acquisiti ratione speciei *ib.* a, b sq.

## COG (15)

— acquisita de rebus, quae subsunt rationi, per experientiam addiscitur II 206 d. 1 — generatur in nobis per experientiam IV 234 f. 2 — Intellectus scientialis est ex frequentia experientiae sicut a lumine exteriori V 496 12 — generatur in nobis via sensus, memoriae et experientiae *ib.* 14. 572 18 — Homo addiscit mediante via sensus, memoriae et experientiae II 537 arg. 4 — Ratio acquirit scientiam per viam sensus et experientiae II 569 a. 716 a. 903 a — Res cognoscuntur in proprio genere via sensus, memoriae et experientiae V 247 a *Vide V. Auditus* in Indice gener.

— nostra incipit a sensu I 281 f. 1. II 313 3\*. III 342 d. 4 — Nos per sensum addiscimus I 189 d. 4 — venit ab inferiori per sensus V 21 arg. 9 — intrat per sensus V 300 3 — Speculatio incipit a sensu et pervenit ad imaginationem et de imaginatione ad rationem V 260 a — Cognitionem incomplexorum non habemus nisi mediantibus sensibus II 902 arg. 3 — Amittentes unum sensum necesse est, unam scientiam amittere, quae est secundum illum sensum *ibid.* 903 a. V 21 arg. 9. 572 18 — Ex multis sensibilibus fit una memoria, et ex multis memoriis fit una experientia III 321 arg. 3. V 21 arg. 9. 496 14

— Creaturae ad mentem nostram intrant per corporales sensus V 300 1 — Sensibilia exteriora sunt quae primo ingrediuntur in animam per portas quinque sensuum *ib.* 4

— non omnis est a sensu II 904 b *Vide V. Intellectus.* — Mens rerum corporarum notitiam per sensum corporis colligit, incorporearum per semetipsam II 118 f. 2. V 21 arg. 3

15 — Scientia acquisita a re ipsa generatur in cognoscente II 194 f. 3 — Ordo naturalis est, ut obiectum influat in organum IV 1020 f. 4 — Obiectum habens speciem agit in organum, quod est illa denudatum *ib.* 1\*

— Cognoscibile, quod non superexcedit cognoscentis naturam et potentiam, eam naturaliter immutat II 123 3\* — Corpus vere dicitur immutare animam IV 935 4\* — Obiectum immutat cognitionem animae et sensum, et anima se ipsam movens passione animali percipit actionem IV 934 a sq. — Immutationem et receptionem animalem antecedit immutatio naturalis IV 1020 arg. 4 *Vide V. Immutatio* in Indice gener.

— Scibile ad cognoscentem creatum se habet per modum actualis et motivi II 194 f. 2 — Intelligibile est perfectio intellectus I 685 arg. 4 — Cognoscibile iuvat intellectum agentem, ut fiat in actu II 196 4\* — Obiectum sensui speciem offert et sensum excitat II 622 a

16 — est in aliquid recipiendo IV 1020 f. 1 — Operatio intellectus est in suscipiendo III 325 6\*

— Videns suscipit in oculo similitudinem II 221 arg. 7 *Vide V. Sensus.* — Species recipitur in cognoscente ab obiecto

IV 1020 f. 4, b — Homo a rebus recipit speciem, quia denudatus erat a forma II 121 b. 446 a — Organa sensuum sunt idonea ad recipiendum, quia sunt denudata a formis obiectorum IV 1020 f. 3

— Similitudo non facit completionem in actu sentiendi, nisi uniat cum organo et virtute, et cum unitur, nova fit perceptio, et per illam perceptionem fit reductio ad obiectum V 322 8 — Per similitudinem non semper obiectum sentitur *ibid.*

— Potentia cognitiva de sua ratione dicit quodam modo passionem III 305 6\* — Potentia cognitiva respectu superioris plus est in suscipiendo quam in agendo II 543 arg. 7. III 325 4\*

— Cognoscere recipiendo est potentiae passivae III 325 4\* — Recipere species est intellectus existentis in potentia, secundum quod huiusmodi II 118 f. 4

— In omni potentia cognitiva necesse est reperire agentem et passibilem per differentiam IV 1045 f. 4. V 21 arg. 8 — In omni cognitione est aliquid, quo est fieri, et aliquid, quo est facere, quae differunt IV 1046 a — In sensu potentia passiva est ex parte organi, activa ex parte animae II 570 2\*. IV 1045 f. 4. 1046 b

— Ad cognitionem non concurrat actio, quae fit per influentiam cognoscentis in cognoscibile, sed solum per quandam protensionem III 305 b — Cognoscens eo quod cognoscens, non influit in cognitum *ibid.* 325 6\*

— Obiectum exterius non agit in animam nec ipsam perficit, sed ipsa anima se ipsam movet et agit in obiectum II 538 b — Unio sensus ad obiectum est mediante actu IV 1018 arg. 2 — Anima speciem potius in se facit, quam a corpore aliquo fiat in ea IV 935 4\* — Ad perfectionem cognitionis aliquo modo concurrat non solum passio, sed etiam actio III 305 b — Sensus non est sine actione et passione IV 1046 b — licet incipiat a passione, completur tamen in actione III 305 b — Scire scientia actuali non tantum est pati, verum etiam agere actu iudicandi III 325 4\*

— Ad cognitionem requiritur receptio et iudicium II 221 arg. 7. 569 a. 570 4\*. 623 a. III 305 b. 314 arg. 9. IV 895 5\*. 1020 arg. 3 — Dum organum formatur specie, et intentio sensus super illam convertitur, iudicat de illa II 228 b — Conversio cognoscentis super cognitum includit iudicium V 25 12\* — perficitur in iudicio III 305 b — Ad cognitionem necesse est, esse in cognoscente iudicium de cognito I 67 arg. 2. 68 arg. 4 — Intellectus non intelligit, nisi de quo iudicat I 67 arg. 2 — In cognitione actuali est iudicium de obiecto, non autem in habituali III 316 2\*. 317 9\*. 325 4\* *Vide V. Intellectus* et *V. Sensus.*

17 — Tunc intelligimus, cum similitudo, quae est in memoria, resultat in acie intellectus, quae nihil aliud est quam verbum V 305 5 — In cognitione concipitur similitudo cognoscibilis I 485 b. 487 b — Intellectus assimilatur intellecto per con-

## COG (18)

ceptionem similis I 482 b — Ad cognitionem requiritur notitia concepta V 30 a. 34 b. 42 b — Ubi est cognitio, necesse est, ut sit emanatio sive generatio verbi V 380 4 — Mens concipit intelligendo I 482 b *Vide V. Verbum* et *V. Notitia* et *V. Intelligere* in Indice gener.

18 — Unicuique cognoscibili respondet propria ratio cognoscendi ad hoc, ut de ipso habeatur cognitio certitudinalis V 22 arg. 15 — certa est per speciem correspondentem rei II 120 a — Per similitudinem communem non cognoscuntur proprietates rerum V 12 arg. 14

— Res non cognoscitur totaliter per similitudinem secundum partem V 11 arg. 13

— Ad plures res cognoscendas requiruntur plures rationes realiter differentes, si sunt aretatae et limitatae I 606 2\*. V 12 f. 7 — Perfectius est uno multa cognoscere quam multis I 605 f. 2. V 12 f. 6. 15 9\*

— Res agnitae sunt in sciente per modum scientis I 599 a *Vide V. Species.*

— Modus cognoscendi attenditur penes rationem cognoscendi I 692 f. 2 — Unumquodque cognoscens cognoscit secundum exigentiam rationis cognoscendi I 605 arg. 4

19 — In creaturis ut plurimum differt quod cognoscitur et quo cognoscitur sive ratio cognoscendi I 391 5\* — In separatis a materia ex parte intelligentium et ex parte intelligibilium idem est quod intelligit et quo intelligitur, quando intellectus convertitur in se ipsum V 10 10\*

— Omne, quod cognoscitur in aliquo, est in illo, in quo cognoscitur I 627 arg. 2, 3

— Omne illud quo vel in quo cognoscimus, est cognoscenti accessibile V 21 arg. 1 — Ratio cognoscendi perfecte conspiciatur in cognitione certitudinali *ib.* arg. 5 — Ratio cognoscendi est magis nota V 22 arg. 16 — Cognoscens super cognoscibile debet habere potentiam quantum ad illud, per quod cognoscit II 542 arg. 7

— Medium, per quod cognoscitur aliquid, debet communicare in aliquo cum eo, ad quod cognoscendum est I 71 arg. 3

— Assimilatio, quae sufficit ad cognitionem non tantum est per speciem acceptam a re, vel per speciem appropriatam ipsi rei, verum etiam per assimilationem ad illud quod est ratio cognoscendi III 308 2\*

— Qui cognoscit rationem cognoscendi eadem cognitione cognoscit ipsam rem II 289 d. 2. III 307 f. 2 — Cognoscens rationem cognoscendi habet habitum, quo possit cognoscere rem eadem cognitione, differente sola comparatione III 308 a — Eadem cognitione, qua quis cognoscit similitudinem rei, cognoscit ipsam rem III 307 f. 3 — Si in speculo non differret similitudo rei ab ipsa forma speculi, res cognosceretur eadem similitudine, qua speculum *ib.* f. 4. 308 3\*

— Nihil potest cognosci in aliquo, quin ipsum videatur, si habet rationem repraesentandi proprie et distincte et rationem terminandi visum V 25 17\*

20 — Aliquid cognoscitur aliquo formaliter, vel causaliter III 297 1\* — Ad

cognitionem concurrat veritas causans et informans V 31 b — Medium ad cognoscendum est efficiens, vel disponens I 75 1\*. II 124 6\* — Sapientia facit cognoscere per modum influentis, vel per modum informantis V 30 9\*

— Omnis actus perfectus cognitionis est a sapientia non tantum effective, sed sicut a forma perficiente ipsam substantiam cognoscentem III 297 1\* — sive sapientia est perfectio intellectus et illud, quo intellectus cognoscit formaliter III 296 f. 1. V 30 a — Sapientia creata est tanquam lux informativa animae V 29 b. 30 8\* — Ad cognitionem requiritur potentia cum habitu scientiae creatae V 31 10\* — Ad sapientialem cognitionem non sufficit lucis aeternae praesentia sine sui influentia intelligentiae proportionali et inherente, eam elevante et habilitante, non propter defectum ex parte sui, sed ex parte nostri V 29 b. 34 b. 42 b — Intellectus potest cognoscere per influentiam luminis connaturalis potentiae II 123 4\* — est secundum mensuram influentiae Verbi et notitiae intus informantis V 34 b

— Aliquid cognoscitur per medium aut deferens, aut deducens II 546 7\*. V 31 13\* — Medium cognitionis disponens est intrinsecum et facit magis appropinquare V 31 13\*

21 — Intellectui nostro in intelligendo cooperatur intellectus divinus I 738 2\* — omnis est a primo cognoscente I 685 f. 4 — A primo et summo exemplari fluit omne scire V 215 b — Ratio cognoscendi venit ab exemplari et intelligentia I 41 3\* — Deus omnia, quae cognoscuntur, cognoscere facit I 301 arg. 2. 685 f. 4. V 112 7\*. 563 31. 570 10 *Vide V. Deus 60* in Indice gener. — Deus vere est speculum aeternum, ductivum in omne aliud cognoscibile cognoscendum V 7 f. 9

— a nobis acquiritur, sed non sine Dei adiutorio II 191 6\* — omnis dicitur esse a Deo, non quia omnis cognitio sit infusa, sed quia lumen creatum non potest perficere operationem suam absque cooperatione luminis increati II 690 a

— Nihil intelligitur, nisi Deus doceat intus V 18 f. 10, 11 — Ille solus scire facit qui veritatem novit et habet in se V 385 5 — Christus docet interiorius V 331 13. 369 2. 385 5 — Christus est fontale principium illuminationis cognoscitivae V 567 a — Cognitionis collativae principium et causa est Christus in quantum veritas V 568 1, 6 — Solus Deus principaliter scientiam infundit V 496 2\* — Non scitur aliqua veritas nisi per Christum docentem interiorius illustrando V 385 5 — Ad scientiam requiritur illustratio per divinam influentiam V 496 15 — Non contingit intelligere nisi per Verbum V 345 9 — Ad notitiam creaturae perveniri non potest nisi per Verbum, per quod facta est V 331 10

— Homo propriis viribus non potest intelligere, sed indiget superiori agente V 18 f. 13 — Intellectus noster est in potentia intelligens, ut in puero, et ad hoc, quod

fiat in actu intelligens, necesse est, quod per eum fiat, qui est actu omnia sciens V 20 f. 32

— Deus docet infallibiliter et certificat sic, quod impossibile est, aliter se habere V 385 5 — Intelligentiae per Deum certificantur super transmutabilitatem naturae V 497 15

— Solus Deus per se ipsum illuminat mentem V 18 f. 14. 497 15 — Deus solus illuminat animam quoad superiorem portionem et per infusionem luminis II 265 b. 266 b *Vide V. Anima-ordo ad Drum* in Indice gener. — Nullus certitudinaliter illuminatur nisi per Deum V 496 15 — Quae certissime cognoscuntur non intelliguntur, nisi a Deo quasi suo sole illustrentur V 570 10 — Intellectus humanus non potest sufficienter illuminari sine adminiculo superioris et altioris lucis V 498 20 — Nihil potest intelligi, quin Deus sua aeterna veritate immediate illustret intelligentem V 19 f. 24 — Lux creata a luce aeterna producit et conservatur, sed sibi non sufficit, nisi adsit ei summae lucis influentia II 413 6\* — Sapientia divina radiat super animam V 338 10 — Lux sapientiae divinae illuminat omne lumen et conservat in suo vigore V 563 31 — Species intellectus nostri obtenebratae, admixtae obscuritati phantasmatum ita illustrantur a Deo, ut intellectus intelligat V 385 5

— Intellectus noster non potest fieri actu intelligens illud quod ignorabat, per intellectum agentem, qui est aliquid animae V 20 f. 32 — Quidquid anima intelligens apprehendit, per aliquid, quod est supra animam, apprehendit *ibid.* — Intellectus agens fit actu intelligens per aliquid, quod est supra se *ibid.*

22 — omnis est per divinam veritatem I 155 a — Intellectus noster nihil intelligit nisi per primam lucem et veritatem I 453 f. 4 — Illud quo est cognitio, est divina veritas et ratio sempiterna V 19 f. 47, 48 — Verum non cognoscitur nisi veritate et veritate nota et potissimum veritate increata V 20 f. 30 — Impossibile est, quod anima aliquid cognoscat, nisi summa veritate praecognita *ib. f. 31* — Verum creatum non cadit in intellectu nisi per summum verum *ib. f. 25* — Nulla veritas videri potest nisi per primam veritatem V 47 f. 25. 331 13 — Impossibile est, quod intellectus noster certitudinaliter cognoscat aliquid verum, quin attingat aliquo modo summam veritatem V 20 f. 29 — Deus est plenissima ratio cognoscendi omne verum V 112 7\*. 216 b

— Omnia videntur in luce divina, quae mentem irradiat V 18 f. 15. 304 b — omnis spiritualis fit ratione lucis increatae I 68 f. 2 — omnis certa est a luce sempiterna et secundum illam V 30 2\* — Lux intellectus creati sibi non sufficit ad certam comprehensionem rei cuiuscumque absque luce Verbi aeterni V 569 10 — Nihil scitur nisi per veritatem immutabilem, incoangustatam V 331 13 — Certitudinaliter cognoscimus lumine incoangustabili et increato

V 19 f. 20 — Verum videtur in incommutabili veritate V 17 f. 3, 7. 18 f. 12 — Cum mens nostra sit commutabilis, veritatem incommutabiliter relucens non potest videre nisi per aliquam lucem omnino incommutabiliter radiantem, quam impossibile est esse creaturam mutabilem V 304 b — Regulae immutabiles non videntur in natura mentis mutabilis V 17 f. 8. 569 8

— certitudinalis esse non potest, nisi sit ex parte scibilis immutabilitas et infallibilitas ex parte scientis V 23 b — Ad cognitionem scientialem necessario requiritur veritas immutabilis ex parte scibilis et certitudo infallibilis ex parte scientis V 568 6 — Illud quo certitudinaliter scimus, est verum necessarium V 19 f. 21 — Illud quo certitudinaliter cognoscitur, est immutabile, quia verum necessarium *ib. f. 17*

— Certitudinaliter cognoscimus luce et veritate infallibili V 19 f. 19 — Verum, per quod omne aliud verum videtur, est verum maxime indubitabile V 47 f. 25 — Ad plenam cognitionem fit recursus ad veritatem omnino immutabilem et stabilem et ad lucem omnino infallibilem V 23 b — In cognitione certitudinali necesse est, quod recurratur ad artem supernam ut ad lucem dantem infallibilitatem scienti et ut ad veritatem dantem immutabilitatem scibili *ibid.* — Certitudo non potest esse ex ea parte, quae potest falli, vel ex ea luce, quae potest obscurari V 569 9

— Lux, quae non potest falli nec obscurari, non est lux intelligentiae creatae, sed Sapientiae increatae V 569 9 — Lux creaturae non est omnino infallibilis ex propria virtute V 23 b — Nihil creatum potest animam perfecta certitudine stabilire, quousque pertingat ad veritatem immutabilem et infallibilem lucem V 29 b — Intellectus noster non quiescit nisi in summe infallibili et certo V 111 a — Illud quo cognoscimus, excedit omne verum creatum V 19 f. 21, 22.

— Omnis vere ratiocinantis lumen accenditur a veritate aeterna et ad ipsam nititur pervenire V 304 b — Intellectus noster coniunctus est ipsi aeternae veritati, dum non nisi per illam docentem nihil verum potest certitudinaliter capere *ibid.* — In omni certitudinali cognitione rationes aeternae a cognoscente attinguntur V 24 b — Anima aliquo modo lumen supernum attingit secundum supremam aciem intellectus agentis et superiorem portionem rationis V 572 18 — In aeterna veritate formam exemplarem visu mentis aspiciamus V 17 f. 7. 30 a — Intellectus, transferendo se ab effectu ad causas, transit ad rationes aeternas V 358 28

— Quod mens nostra in certitudinali cognitione aliquo modo attingat regulas aeternae veritatis et incommutabiles rationes, requirit necessario nobilitas cognitionis et dignitas cognoscentis V 23 b — certitudinalis nullo modo potest esse, quin cadat ibi ratio aeternae veritatis V 19 f. 16 — Omnis certitudo cognitionis creatae

manat a rationibus aeternis V 42 b — Anima non potest aliqua certitudinaliter cognoscere, nisi ab aeternis rationibus adiuvetur V 20 f. 27 — Sapientia creata non potest esse sine ratione incommutabili in mente divina V 30 1\* — Nihil recte et certitudinaliter cognoscitur, nisi applicetur ad regulam aeternam, quae nullo modo potest obliquari V 20 f. 26

— Mens cognoscit et iudicat id quod aliter esse non potest, per regulas divinarum legum mentibus rationalibus insplendentes V 338 9 — Omnia, quaecumque certius diiudicamus, per rationem immutabilem et aeternam diiudicamus, quae est Deus, vel in Deo V 302 9 — Mens nostra cuncta, quae per sensus intrant in ipsam, diiudicat per regulam, quae est ars aeterna *ibid.* — In iudicando deliberativa nostra pertingit ad divinas leges, si plena resolutione dissolvat V 305 4 — Mens nostra iudicat per legem sibi superiorem, secundum quod sibi impressa est *ibid.* 496 15. 569 8

— Illud quo certitudinaliter cognoscimus, est supra mentes nostras V 19 f. 17, 18, 19 — Quod certitudinaliter videmus videmus per aliquid, quod est supra nos V 18 f. 9 — Rationes, per quas de omnibus iudicamus, necessario sunt supra mentem tanquam infallibiles et indiudicabiles V 302 10 — Lex, per quam mens nostra iudicat, est superior illa V 19 f. 18. 305 4 — Regulis supra mentem nostram incommutabiliter manentibus recte iudicamus V 17 f. 6 — Veritas est lex, quae est supra mentem nostram *ib.* f. 2 — Mens in certitudinali cognitione per incommutabiles et aeternas regulas habet regulari, non tanquam per habitum suae mentis, sed tanquam per eas quae sunt supra se in veritate aeterna V 23 a — Veritas, quae est incommutabilis simpliciter, est supra mentem V 26 23\*. 27 a — Veritas, per quam mens de ceteris iudicat, est illa potior V 17 f. 3. 570 10

— Vera incommutabilia videntur in lumine rationis aeterno V 18 f. 8 — Res incorporeae videntur in arte aeterna V 17 f. 5 — Spirituality cognoscuntur per aliquid, quod est supra intellectum nostrum V 19 f. 23

— Lumen certitudinale universis se ostendit et exhibet cognoscibile sub eadem certitudine V 19 f. 20 — Aliquod unum verum nullo modo multiplicatum a diversis simul et semel potest intelligi et enuntiar, quia intelligitur per aliquid unum nullo modo multiplicatum V 20 f. 28

— Anima res intelligibiles videt in quadam luce sui generis incorporea V 21 arg. 4. 570 10 — Anima videt in luce sui generis, quae est spiritualis, sive creata sive increata II 412 3\*. V 24 4\* — Per lucem creatam non excluditur lux increata V 24 4\* — In ratione cognoscendi creata non excluditur ratio cognoscendi increata, sed potius includitur in eadem *ib.* 3\* — Ad nostram intelligentiam concurrat lumen et ratio veritatis creatae, tamen non excluditur lux et ratio veritatis aeternae V 25 7\*

— In spirituali cognitione concurrat lux creata et lux supernae veritatis II 270 6\* — Intellectus per se non sufficit sine superiori lumine ad aliquid certitudinaliter cognoscendum, sed recurrit ad immutabile V 25 10\* — Si intellectus noster sufficeret sibi ad intelligendum per lumen veritatis creatae, non indigeret superno doctore V 18 f. 11

— Animae ad certitudinalem scientiam non sufficit veritas rerum, secundum quod esse habent in se vel in proprio genere, nisi aliquo modo attingat eas, in quantum sunt in arte aeterna V 23 b sq. — Res non sunt perfecte scibiles secundum esse in proprio genere nec secundum esse in mente, sed solum secundum esse in aeterna ratione V 569 7 — rerum secundum esse, quod habent in proprio genere, non est omnino perfecta V 40 4\* — rerum est in intellectu propter esse, quod habent apud summum artificem V 20 f. 33 — Scibili non convenit veritas aeterna nisi in rationibus aeternis V 18 f. 16 — Illationis necessitas non venit ab existentia rei in materia nec in anima, sed ab exemplaritate in arte aeterna V 304 b — Principia essendi intrinseca non sufficiunt ad plenum cognoscere sine primo principio extra nec excludunt rationem cognoscendi primam a nostra cognitione V 25 14\*

— Omnis rationalis anima consulit sapientiam sempiternam V 17 f. 1 — Non solum anima purgata et sancta cognoscit verum per aeternas rationes V 24 2\* — Etiam impii multa recte cognoscunt per regulas veritatis aeternae V 17 f. 8. 19 f. 23. 23 b. 496 15. 569 8

— Intima mente veritas incommutabilis perspicue videri potest V 27 b. 304 b — Conversio animae super veritatem sibi intimam, quae est supra se, est simplicior et naturaliter prior quam conversio super se ipsam vel vera extrinseca V 20 f. 31 — Natura intellectualis connectitur immutabilibus rebus V 18 f. 8

— Intellectus noster in cognoscendo ad Deum attingit tanquam ad lumen mentium et rationem cognoscendi omne verum V 21 f. 34

— certitudinalis non est a ratione inferiori sine superiori V 24 a — Possibile est, quod anima secundum inferiorem portionem attingat quae sunt infra, superiori nihilominus portione attingente quae sunt supra V 25 7\*

— Lux spiritualis semper est praesens in mente V 25 13\* — Lux increata nunquam se subtrahit intellectui quantum ad essentiam vel qualemcumque influentiam I 24 d. 5

— Ad cognitionem certitudinalem ratio aeterna non concurrat solum quantum ad suam influentiam, sed cognoscens in cognoscendo ipsam rationem aeternam attingit V 23 a — Ad certitudinalem cognitionem non sufficit lucis aeternae influentia sine sui praesentia V 29 b — Influentia lucis aeternae non habilitat nec elevat animam, nisi continuetur cum luce aeterna *ibid.*

23 — Ad certitudinalem cognitionem cooperatur Deus per modum rationis movendi V 24 a — In perceptione veritatis immutabilis cooperatur Deus sicut obiectum et ratio motiva V 571 16, 17

— Ad cognitionem naturalem rationis certitudinalem non concurrat lucis aeternae evidentia tanquam ratio cognoscendi tota et sola V 23 a — Deus est ratio intelligendi non sola nec nuda nec tota V 572 18 — Ad certitudinalem cognitionem necessario requiritur ratio aeterna ut regulans et ratio motiva, non quidem ut sola, sed cum ratione creata V 23 b — Non cognoscimus in veritate aeterna sola, sed etiam in lumine veritatis creatae V 24 4\* — Ratio aeterna non sola movet ad cognoscendum, sed cum veritate principiorum V 25 16\* — Animae non sufficit ad cognoscendum lumen rationis aeternae sine similitudinibus abstractis V 24 b — Rationes aeternae non sunt tota ratio cognoscendi, sed requiritur cum illis lumen creatum principiorum et similitudines rerum V 25 15\*. 42 b. 571 18 — Cum rationibus aeternis indigemus similitudinibus propriis et rerum principis determinate acceptis V 26 18\*

— Ratio aeterna non movet specialiter de se, sed generaliter V 25 16\*

— Plato falso totam cognitionem certitudinalem convertit ad mundum intelligibilem sive idealem V 572 18 — Academici primi posuerunt, nihil certitudinaliter cognosci nisi in mundo archetypo et intelligibili V 23 a — Academici novi posuerunt, quod nihil omnino contingit scire, quia mundus intelligibilis est occultus mentibus humanis *ibid.*

— Omnia cognoscuntur in veritate aeterna effective, sed non exemplariter I 301 arg. 2 — Cognosci aliquid in veritate aeterna formaliter, ita quod ipsa veritas vel exemplar conspiciatur, est manifeste falsum *ibid.*

— In rationibus aeternis naturalia cognoscuntur naturali iudicatorio rationis tanquam in speculo et exemplari repraesentante quasi exterius et aperte V 26 21\*

— Ad quaecumque cognitionem non concurrat influentia lucis specialis, cuiusmodi est in gratia V 23 b — Deus dicitur esse doctor omnis scientiae, non quia generaliter cooperatur omni intellectui sicut et aliis creaturis, nec quia donum gratiae infundit, sed quia intellectus in cognoscendo ipsum attingit V 20 f. 34

— Ratio aeterna est nobis ratio cognoscendi non in sua omnimoda claritate, sed ut ex parte a nobis contuita V 23 b — In praesenti non videmus in rationibus aeternis plenarie V 26 18\* — In statu viae non cognoscitur in rationibus aeternis sine velamine et aenigmate V 24 a. 26 20\*, 22\*. 572 18

— Non omnino distincte videmus rationes aeternas in se V 25 15\* — Lumen verum nondum plene videtur *ib.* 5\* — Regulae infallibiles ducunt in lucem aeternam, sed non propter hoc ipsa videtur V 338 10



— Ad lucem veritatis aeternae in suae claritatis plenitudine et fulgore non acceditur per potentiam creaturae V 24 1\* — Ad hoc, quod mens cognoscat per aeternas rationes, non oportet, quod in illis figuratur, nisi in quantum cognoscat sapientialiter *ib.* 2\* — Sciens attingit aeternas rationes ut moventes *ibid.* — Rationes aeternae attinguntur ab intellectibus scientium ut ductivae, nec ipsi sciunt, se illas attingere, et difficile videtur hoc credere V 26 19\*

— Ratio aeterna non est nobis nota secundum se, sed prout relucet in suis principiis et in sua generalitate et sic quodam modo est nobis certissima V 25 16\*

— Rationes aeternae in via non attinguntur clare et plene et distincte, sed magis vel minus V 24 a — Rationes aeternae aliter attinguntur a sciente, aliter a sapiente *ib.* b. 572 18

— Lux, per quam anima cognoscit, non est lux increata, sed creata conformis increatae II 412 6\* — Veritas creata, quamvis non possit movere sine veritate increata, tamen est motiva suo modo et differt ab illa I 151 3\* — Quod cognoscitur scientia cognoscitur in lumine veritatis creatae III 480 arg. 3

— Aliquid certitudinaliter et clare cognoscitur a nobis, quia principia creata, quae aliquo modo sunt media cognoscendi, possunt perspicue et sine velamine a nostra mente videri V 26 22\*

— certitudinalis in statu viae venit ab inferiori ex sensibus V 21 arg. 9 — Anima ab inferioribus recipit certitudinem secundum quid, a superiori vero recipit certitudinem simpliciter V 26 23\*

— certitudinalis potest esse in sensu absque certitudine rationis sempiternae V 21 arg. 11 — Ad cognoscendum sensibilia sufficit lux naturae corporeae creata *ib.* arg. 4 — imaginativa non indiget lumine superiori, immo sola virtus potentiae imaginativae sufficit ad aliquid imaginandum *ib.* arg. 10 — imaginativa non habet certitudinem V 25 10\*

24 — Aliquid est evidens in se, vel in probando I 155 a. V 49 a — Anima cognoscit conclusiones per medium, principia vero cognoscit sine medio III 303 f. 3 — In cognitione conclusionum non est quies, sed solum in cognitione principiorum *ibid.* — Scientia principiorum prior est quam conclusionum ratione maioris evidentiae veritatis III 640 3\*

— nostra incipit ab his quae sunt nobis magis nota III 47 1\* — Scientia debet inchoari a notioribus nobis II 36 d. I. IV 15 2\* — Certum est ratio veniendi in cognitionem dubii II 894 d. 1 — Per ignotum non possumus aliud cognoscere *ibid.* — Non cognoscimus praesentia per absentia, sed magis e converso *ibid.* — Qui novit antecedens quodam modo novit et consequens III 570 2\*

— omnis fit ex praesistenti cognitione V 359 30 — non habetur de complexo, nisi habeatur de incompleto II 902 arg. 3

— Sine principiis simplicibus impossibile est meminisse aut cogitare ea quae principiantur per haec V 303 2

— Ubi est similitudo ducens in aliud, quae dependet a re extra, ibi est decursus et collatio ratiocinativa V 9 8\* — Medium cognitionis deducens est extrinsecum et facit distare V 31 13\* — per manuactionem non est cognitio perfecta I 74 arg. 1

25 — Contingit, simile cognosci per simile I 72 f. 4 — Res habet cognosci per rem aliam ab ipsa simpliciter differentem, aut quia comparatur ad ipsam sub ratione similis, aut in ratione effectus III 505 d. 4 — Non cognoscitur aliquid per disparatum nec per contrarium, nisi in quantum innuunt aliquem modum in ratione similis *ibid.* — Simile simili cognoscitur et dissimile dissimili, si cognoscitur similitudine coactata, quae est in genere V 15 11\* — Omne, quod cognoscitur non per privationem, cognoscitur per similitudinem I 627 arg. 4 — Similitudo incipiens a notiori est via cognoscendi I 594 b — Magis clare cognoscitur similitudine magis propinqua III 779 4\*

— Quod habet aliquid prius per illud potest intelligi I 421 b *Vide V. Posterius et V. Primum* in Indice gener.

— per accidens est aut a parte cognoscentis, aut cogniti, quod cognoscitur per similitudinem alterius, vel per decursum I 628 3\*

— Aliquid cognoscitur per privationem, aut per analogiam II 96 a sq.

— Privatio pura non est via cognoscendi habitum IV 1004 a — Per privationem cognoscitur habitus, ad quem privatio inclinatur et disponitur *ibid.* — Cognoscere per privationem aut est ita, quod privatio sit in virtute cognoscente, aut ita, quod privatio sit in cognito I 628 4\*

— Aliquid scitur per causam, aut per speciem, aut per effectum I 669 arg. 5

— Aliquid cognoscitur per speciem, aut per effectum I 300 arg. 2. II 123 4\* — Lumen cognitionis per causam non excludit lumen cognitionis per effectum III 680 arg. 6 — Nemo cognoscit per effectum aliquid, nisi prius sciat, quod sit illius effectus I 300 arg. 2 — Quod nullo modo cognoscitur, nescitur, quid ab eo efficiatur V 19 f. 23 — Qui non cognoscit, cuius arboris semen est, non potest cognoscere, quae arbor debet inde esse V 400 11

— est in effectu, vel in signo I 282 4\*. II 545 a. *Vide V. Signum.*

— Sensibile est via cognoscendi intelligibile I 72 f. 3. II 313 2\* — Intellectus mediantibus sensibus et viribus interioribus acquirit cognitionem spiritualium II 266 4\* — Per corporalia deducimur ad intelligendum spiritualia II 313 3\* — Ratio cognoscendi spiritualia tanquam a posteriori incipit a substantia corporali I 204 a *Vide V. Signum* et in Indice gener. *V. Significatio.*

26 — Proficimus in cognitione, veniendo in notitiam rei prius incognitae III 322 a — Experientia in nobis facit rem incognitam cognosci V 247 a — In acquisitione

scientiae est motus ab incognito ad cognitum III 322 3\* *Vide V. Discursus* in Indice gener.

— In cognitione proficitur recipiendo novas species III 321 f. 1 — nova potest acquiri per collationem et conversionem, quin recipiatur nova species II 120 1\*. III 323 5\*

— Anima facit novas compositiones, licet non faciat novas res III 830 d. 1

— nostra progreditur ab universalioribus ad minus universalia II 441 a — Progressus nostrae cognitionis assimilatur progressui naturae in sua operatione *ibid.*

— rerum crescit per studium et auditum III 774 1\* — Homo ad cognitionem naturalium rerum multum potest proficere proprio studio atque ingenio II 548 d. 3

— Cognitiva, Deo cooperante, potest se perficere aliquo habitu naturali, utpote cognitionis naturalis IV 129 3\*

— In cognitione consistit actus primus sive praevis sapientiae III 774 3\*. 775 5\* — Actus cognitionis requiritur ad apprehendendum III 774 a — In cognitione inchoatur sapientia *ib.* b

— Acquisitio cognitionis dicit imperfectionem I 226 1\*. V 3 f. 10. 247 a

— acquiritur discendo, vel inveniando II 206 d. 1. III 540 arg. 6 *Vide V. Addiscere* in Indice gener.

— Cognoscere aliquid est propria consideratione et alterius instructione IV 1048 a — Ex parte intellectus contingit circa cognitionem alicuius exerceri proprio intuitu, aut aliena excitatione sive instructione III 292 d. 1 — Aliquid potest esse cognitum in se, vel in alio III 545 5\* — Aliquid cognoscitur per aliquid praesens cognoscenti, aut praesens alii II 545 a — per instructionem aut est per relationem alterius, aut per revelationem Dei IV 1048 a

27 — Veritas est obiectum formale cognitionis V 69 arg. 7 — Veritas est cognoscibilis ab intellectu I 68 f. 4 — Cognitiva se habet ad verum I 800 arg. 2. V 20 f. 29 — Ens secundum quod cognoscibile, est verum V 215 a — Cognitiva non habet obiectum nisi unius rationis, id est verum III 577 1\* *Vide V. Fides* 5 in Indice gener.

— In nobis cognitum est veritas I 601 b

— Anima omnia accipit per modum entis I 446 d. 3 — Omne, quod intelligitur, aut intelligitur ut non ens, aut ut ens in potentia, aut ut ens in actu V 308 3 — Omne, quod intellectus capit, vel est ens, vel conceptum per comparisonem ad ens I 829 b

— Ens ex se primo cadit in animam V 311 3 — Esse non cadit in intellectum per aliud V 308 3 — Non ens non potest intelligi nisi per ens, et ens in potentia non nisi per ens in actu V 304 3. 308 3

— Esse, quod est purus actus, primo cadit in intellectu resolvendo V 308 3 — Esse divinum primum est, quod venit in mente V 309 3, 4. 378 6 — Intellectus nihil potest cognoscere perfecte resolvendo, non intellecto primo ente I 504 b. V 304

3. 309 4. 359 30 — Oculus mentis nostrae, intentus in entia particularia et universalia, ipsum esse extra omne genus, licet primo occurrat menti et per ipsum alia, non advertit V 309 4 — Oculus mentis assuefactus ad tenebras entium et phantasmata sensibilibus, cum ipsam lucem summi esse intuetur, videtur sibi nihil videre *ibid.*

— Per eadem res cognoscitur, per quae habet esse I 665 d. 4 — Eadem sunt principia essendi et cognoscendi I 626 2\*. V 22 arg. 14. 331 13 — Principia essendi conferunt cognitionem non per se, sed per suas similitudines I 626 2\* — In summe simplici idem est ratio essendi et cognoscendi I 457 f. 5

— Unumquodque sicut se habet ad esse, ita ad cognitionem I 625 arg. 2 — vera est, cum res sic se habent ad esse, sicut se habent ad cognitionem II 443 3\* — Intellectus verus intelligit, sicut est in re I 680 d. 1. 827 f. 2. II 439 arg. 3 — Cognoscens vere cognoscit, rem praesentem esse, sicut est, et futuram ita evenire, sicut eveniet I 707 1\*

— Ad cognitionem sufficit existentia rei in causa I 686 3\*. III 698 1\* — Omne, quod scitur, aliquo modo est in se, vel in sua causa I 669 arg. 4 — Nihil intelligitur, quod non sit aliquo modo vel in se, vel in suo principio proximo vel remoto V 84 arg. 10 — Ut aliquid cognoscatur, necesse est, quod ipsum vel eius oppositum habeat esse in re, vel in causa I 670 4\* — Res non potest cognosci per propriam essentiam, antequam sit II 439 f. 4. V 7 f. 6 — Ad perfectionem scientiae, quae ortum habet a rebus, requiritur, quod cognoscibile sit ens actu V 62 6\*

— Scibilia non tantummodo sunt entia actu, sed etiam in potentia V 5 b — Possibilia sunt actu scibilia, licet actu non sint in natura propria V 46 47\*

— Contingit cognoscere quod non est I 626 2\* — Ad cognosci non sequitur esse *ibid.* — de re non ponit existentiam rei in proprio genere I 615 d. 5 — Homo cognoscit multa, quae possunt fieri, sed non sunt V 3 f. 11

— Res sunt intelligibiles secundum triplex esse, quod habent in Verbo, in intellectu creato et in proprio genere III 319 b sq. V 246 b — Notitia naturaliter insita et acquisita cognoscuntur res, ut sunt in natura, seu in anima V 205 a — Res cognoscitur in arte vel ab ipso artifice, vel ab alio contemplante artem V 246 b

28 — De aliquo ente potest cognosci, si est et quid est I 454 b — Cognoscere, quid est quod per nomen dicitur, large dicitur intelligere I 365 d. 1. III 530 d. 3 *Vide V. Nomen* in Indice gener. (225 a). — Frequenter ad cognitionem rei perducimur per considerationem vocabulorum impositorum iuxta proprietates rerum II 892 b

— est per apprehensionem et per comprehensionem I 69 1\* — Intelligere dicitur per perfectam comprehensionem, vel

per semiplenam cognitionem I 391 a — per apprehensionem consistit in manifestatione veritatis rei cognitae, comprehensio consistit in inclusione totalitatis obiecti I 69 1\* — rei verissima et secundum rei totalitatem I 609 f. 2 — non est integra, nisi totum esse rei cognoscatur II 441 a sq. *Vide V. Comprehensio* in Indice gener.

— Qui perfecte cognoscit aliquem cognoscit omne, quod est in illo I 563 4\*

— Aliquid potest cognosci certitudinaliter in universali, vel in speciali I 299 a. II 894 d. 1 — aliquid potest scire in universali, ita quod non sciat in particulari II 997 d. 3. III 543 f. 2. 544 3\*

— Aliquid scitur scientia notitiae, vel discretionis III 503 d. 4 — Ad perfectionem cognitionis facit distincte cognoscere V 41 arg. 9. 217 a

— Distincte cognoscere potest accipi ex parte cognoscentis, vel ex parte cogniti V 45 9\* — Distincte cognoscere ex parte rei cognitae facit ad perfectionem cognitionis, non tamen ex parte cognoscentis *ibid.* — Distincte cognoscere distinctione secundum diversitatem essentialem facit ad perfectionem cognitionis ex parte rei cognitae, distincte cognoscere expressione exemplari sive cognoscitiva facit ad perfectionem cognitionis ex parte cognoscentis *ibid.*

— Qui uno cognoscit multa simul multa cognoscit V 38 arg. 6 *Vide V. Intellectus.*

— est de singularibus, prout reducuntur ad aliquod universale, et sic habet certitudinem IV 770 3\* — Non est certitudo circa singularia, nisi in quantum referuntur ad universale III 566 b — Homo a nativitate non habet cognitionem nec speciem singularium nec communem nec propriam, sed cognoscit ea sola directione aspectus super res II 121 4\*

— non separat ea quae naturaliter sunt coniuncta III 570 2\* — Unus potest esse habitus cognitivus oppositorum *ibid.* — Habitus spectans ad cognitionem non diversificatur propter obiectorum contrarietatem *ib.* 4\*

— Tanto perfectior est sapientia, quanto perfectius est cognoscibile V 60 arg. 6 — nobilior est quantum ad rem, quae est de re nobiliori I 692 arg. 4 — quae causatur a cognito, nobilior est, in qua cognitum est nobilius, praesentius et intelligibilius I 693 4\*

— eiusdem sensibilis et intelligibilis a diversis simul et semel non potest haberi nisi per aliquod commune V 20 f. 28 — Plures eandem rem nosse possunt I 665 d. 4

— per propriam considerationem aut est rei ut praesentis, aut rei ut absentis IV 1048 a

— est certa, vel per quandam coniecturationem III 394 b. IV 1048 a

— est simplicis notitiae, vel experientiae II 894 d. 1. III 320 a. 322 a. 337 2\*. IV 935 1\* — experientiae est partis sensibilis III 319 b. 322 a. V 246 b *Vide* Indicem gener. (61 a sq.) — Cognitione experientiae aliquid cognoscitur ab habente,

cognitione speculationis etiam a non habente I 301 b

— Cognoscibile aut est supra, aut infra, aut iuxta II 429 d. 3 — ex parte cognoscibilis est triplex *ibid.* — universi spectat ad cognitionem naturalem II 436 1\*

— Habens habitum cognoscit omnia, ad quae se extendit ille habitus III 313 f. 7. V 38 arg. 8 — Anima comprehendit omnia, ad quae se extendit habitus, quia comprehendit ipsum habitum tanquam sibi proportionalem et in nullo excedentem ipsius capacitatem V 41 8\*

— Notitia simplex et notitia beneplaciti dicunt diversas cognitiones et diversos modos cognoscendi I 681 d. 3

— duae possunt haberi de eodem, quarum una nobilior est quam alia III 521 f. 2. 522 f. 3. 680 arg. 5

— De cognitione sui *vide V. Anima* 26 et in Indice gener. *V. Notitia*, de cognitione reflexiva *V. Intellectus.*

29 — Veritas cognitionis, quae causatur a re, dependet a re I 678 b — Certitudo in nostra cognitione causatur vel pendet ex re I 689 3\*. 733 b — Intelligere dependet a re intellecta II 915 d. 1 — creaturae pendet a re scita I 686 2\*. 694 b. II 194 f. 2, b — Habitus cognoscendi debet conformari cognoscibili, quando pendet ab ipso cognoscibili secundum existentiam in proprio genere III 509 2\*

— Aliquid diversimode cognoscitur a diversis aut ratione cogniti, aut ratione potentiae cognoscentis, aut ratione alicuius disponentis V 29 f. 8 — Tantum est cognitum in intelligentia, quantum repraesentatur a memoria I 84 5\*

— Rem ut praesentem cognoscere est per potentiam intellectivam et sensitivam II 222 4\* *Vide V. Sensus.* — Ad cognitionem per considerationem intelligentiae non requiritur praesentia obiecti IV 1049 1\* — nobilior est, quae est de re praesentiori I 692 arg. 4 — perfecta est rei praesentis II 545 4\* — Certius est nobis praesens quam absens II 894 d. 1 *Vide V. Certitudo* et *V. Praesentia* in Indice gener.

30 — quae causatur a cognoscibili, variatur secundum eius exigentiam quantum ad rem et modum I 693 a — Potentia cognitiva variatur, quia per ignorantiam expelluntur habitus cognitivi IV 145 a *Vide V. Scientia-creata* in Indice gener.

— creaturae transit in praeteritum et nova oritur ex rei existentia I 616 d. 6. 738 4\* — In actu cognitionis nostrae cadit successio et ideo praeteritum et futurum I 738 4\*

31 — Omne cognoscens, quod non potest cognoscere aliquid, quod est cognoscibile, habet cognitionem deficientem et aretatum I 685 f. 5 — Scientia eius qui non potest aliquid scire ultra finita, est limitata V 3 f. 10

— Intellectus noster se habet ad manifestissimam naturae sicut oculus noctuae ad lucem I 299 b. III 483 5\*. V 109 8\*. 309 4 — Quae sunt certissima et luculentissima in se ipsis obscura nobis videntur

propter defectum ex parte intellectus V 109 8\* — Intellectus noster certissima in se cognoscit aliquando dubie III 483 5\* — Idem potest esse in se certissimum et nobis occultum V 112 7\* — Quod est de se cognoscibile non cognoscitur a nobis I 300 2\* — Res, quanto altior, tanto minus nota V 372 1

— est imperfecta ex parte cognoscentis, vel ex parte cognoscibilis vel medii II 112 1\* — Intellectus deficit propter defectum ex parte cognoscibilis, vel ex parte cognoscentis V 49 a. 50 1\* — Cogitare aliquid non esse, quod est, venit aut ex defectu intelligentis per caecitatem vel ignorantiam, quia ignoratur res, aut ex defectu a parte intelligibilis propter defectum praesentiae, aut evidentiae I 154 a sq. — Aliquid cogitatur non esse propter defectum a parte praesentiae, quia intelligibile non est semper, non ubique, non totaliter ubique *ib. b* — Occultum aliquid dicitur a parte cognoscentis, vel a parte rei cognitae III 548 2\* — Occultari dicitur propter obscuritatem a parte obiecti, vel per impotentiam a parte oculi IV 1027 3\* — impeditur vel propter cordis obscuritatem, vel propter cognoscibilis profunditatem II 123 5\* — Status est in profectu cognitionis aliquando ex parte rei comprehensae, quae non potest melius cognosci, aliquando ex parte comprehendentis, qui non est natus melius cognoscere III 302 6\*

— Intellectus frequenter aliqua non intelligit, quia non vult considerare, vel propter impedimentum ex parte corporis, vel propter absentiam lucis spiritualis perfectae I 24 d. 5 — Aliquid non potest intelligi propter intellectus limitationem in actu intelligendi, aut propter rectitudinem iudicii et impossibilitatem errandi V 87 10\* — Aliquid est cognoscibile vel non cognoscibile secundum differentem statum II 661 3\*

— Dubitatio incidit per defectum cognoscentis quantum ad actum apprehendendi terminos, quantum ad actum conferendi, vel quantum ad actum resolvendi V 49 b. 50 1\* — Quantum ad actum apprehendendi deficit intellectus, quando non recte et plene accipitur significatum nominis V 49 b

— Intellectus caecus deficit in cognitione si est, vel quid est I 154 b — Homo naturam cuiuscunque rei ad plenum cognoscere non valet V 541 7 — Potest dici, nihil in hac vita sciri plenarie V 26 22\*

— Incertitudo est conditio dedecorans cognitionem I 694 f. 6 — Dubitatio ex subreptione competit animae ratione conjunctionis suae cum carne IV 522 f. 3

— Mens nostra falli potest V 19 f. 19 — Quantum ad cognitionem naturalem non est error, sed quantum ad assumptionem factam a ratione deliberativa II 915 4\*. IV 1003 1\*

— In cognitione cavendus est error V 129 b — cui subest falsum, potius est principium deceptionis quam illuminationis III 509 f. 4

32 — in nobis est naturalis et deliberativa IV 1003 1\* — Intellectus habet moveri per modum naturae et per modum deliberationis II 909 b — Intelligere non tam est actus naturalis, quam etiam conformis voluntati II 193 3\*

— Actualis consideratio rerum cognitarum habitu subiacet voluntati III 310 f. 3 — Intelligimus, quando volumus V 21 arg. 13 — Imaginari possumus quod volumus III 342 d. 4

— Ad cognitionem acquirendam praexigitur intentio voluntatis I 226 2\* — Voluntas applicat vim cognoscentem ipsi cognoscibili I 225 arg. 2 — Intentio animae similitudinem oculo unit V 383 23 — Notitia oritur mediante voluntate a mente I 127 arg. 2 — Cognitionem praecedat quidam appetitus I 226 1\*

— Potentia cognitiva non subiacet voluntati IV 145 a — Claritas cognitionis non est in nostra potestate I 35 2\* — Aliquis actus cognitionis est in nostra potestate *ibid.*

— Actus rationis respectu actus voluntatis potest esse materialis III 476 a. 477 a

— Omnes homines voluntate naturali scire desiderant I 24 d. 6. II 528 d. 3. 993 4\* — Anima vult cognoscere seibilia et sensibilia et cognita experiri V 420 3

— In cognitione veritatis est quaedam delectatio III 779 3\*. IV 1010 f. 2. V 410 7 33 — et affectio se concomitantur in natura spirituali perfecta III 364 b — Actualis consideratio intellectus non impedit actum affectus V 96 9\* — cum augetur, non minuitur affectio II 559 f. 6

— Actus rationis et voluntatis ordinantur ad invicem secundum prius et posterius II 598 arg. 6 — secundum naturalem ordinem intelligendi praecedat affectionem I 127 f. 4 — praecognoscitur ad voluntatem V 215 b — Potentia cognitiva praecedat motivam IV 113 arg. 4 — naturalis praecedat appetitum naturalem, deliberativa appetitum deliberativum IV 1003 1\* — Voluntas praesupponit cognitionem I 225 f. 2. V 45 f. 3. 46 f. 8 — dirigens ad affectionem est illi praecambula III 741 5\* — disponit ad affectionem II 586 2\*. III 571 4\*. V 96 9\*

COMMUNE — est quod est in pluribus I 118 b. 120 d. 2 — est omne nomen, quod secundum eandem rationem dicitur de pluribus I 442 f. 3 — est omne nomen, quod recipit signum distributivum *ib. f. 2* — Communicabile est quod praedicatur de pluribus I 359 2\* — dicitur aequivoce de eo quod est in pluribus et de pluribus, vel etiam quod est a pluribus I 207 d. 6 — dicitur communicatum, vel communicabile I 118 b. 119 3\* — Quanto aliquid indifferentius, tanto communius V 107 arg. 6

— Communitas est per abstractionem, vel per indenominationem V 109 6\* — vel est secundum positionem, vel secundum privationem I 442 b sq. — Communitas est rei ut universale ad singularia, et rationis sicut aliqua intentio accepta

ab anima secundum consimilem modum accipiendi I 443 a — In creaturis non solum est communitas rationalis, sed etiam naturalis I 453 2\* — Natura ut in se considerata est communicabilis a multis III 127 a — Forma universalis, quantum est de se, est communicabilis I 118 b. 119 3\*. 358 b — Communicabilitas summa non est in creatura V 105 7\*

— Communitas est generis et rei, vel solum analogiae II 97 b — Communitas est rei, vel proportionis sive modi loquendi I 233 4\* — Communitas realis est secundum unitatem naturae absolutae, vel secundum similitudinem habitudinis comparatae I 38 1\*. 43 d. 5. 443 a. 444 4\* — Communitas est secundum nomen tantum, aut secundum nomen et rationem, aut secundum nomen et rationem et rem I 43 d. 5. 442 arg. 4 — Convenientia aut est in solo nomine, aut in habitudine, aut in essentia II 95 f. 6 — Communitas habitudinis potest esse per respectum ad res eiusdem generis, vel ad res diversorum generum I 444 b *Vide V. Analogia* et in Indice gener. *V. Convenientia.*

— Forma est communis pluribus constitutis per praedicationem, communis constituentibus per informationem et completionem III 48 b — Communicabile dicitur per unius constitutionem, aut per praedicationem, aut per proprietatum et idioma communicationem III 125 1\*

— Quae differunt in principiis primis in nullo communicant II 26 f. 5

— Communicari dicitur quod datur alicui et non desinit haberi a dante I 448 f. 3 — Per illud res communicatur, per quod fit, ut sit in pluribus *ib. f. 1*

— Communicabilitas non est proprietas distinguens I 591 7\*

— Communicatio dat intelligere distinctionem, quia nemo communicat sibi I 183 1\* — Non est communicatio eiusdem ad se III 148 arg. 6

— Terminus communis habet multa supposita I 103 b — Terminus communis habet suppositorum pluralitatem *ibid.* III 172 7\* — Terminus communis potest reddere locutionem veram pro uno supposito I 98 a. III 172 7\* — Terminus communis non potest simul supponere pro multis I 103 arg. 2, b. 105 d. 4. 106 d. 5 — Terminus communis proprie supponit pro individuo I 103 arg. 2, b — Terminus communis pro natura vel pro forma non supponit proprie, nisi trahatur *ib. b*

— est ante speciale IV 59 d. 1 — est prius quam proprium I 141 f. 3. 610 arg. 4 *Vide V. Prius* in Indice gener.

— simplicius est proprio I 610 arg. 4. V 73 arg. 3. 407 arg. 6 — Simplicius est communicabilis I 118 f. 4 — Illud, in quo aliqua communicant, est simplicius illis I 851 arg. 3. V 7 arg. 2 — quod arctatur et contrahitur per proprium, ratione arctantis et contrahentis admittit compositionem et distinctionem V 77 3\* — Quanto aliquid est communius per abstractionem, tanto simplicius V 109 6\*

## COM

— ut in hoc non significatur in abstractione, sed in concrectione I 117 3\*

COMPOSITIO — proprie dicit coniunctionem aliquorum ad constitutionem tertii III 10 2\*. 153 a — Aliquid componitur ex aliquibus, vel componitur alii I 168 b. V 70 b — large dicitur cum alio positio III 153 a — Componi dicuntur, ex quibus constat unum, vel large, quae ununtur in uno IV 226 d. 2

— dicitur componentis actio, vel componibilis passio, vel dispositio rei compositae II 867 b

— est, ubi est differentia essentialis V 71 1\*. 77 8\* — Neutrum illorum quae componuntur, est alterum V 69 f. 7 — Ubi constitutio est, ibi constituentia minus habent quam totum, quod constituunt, et ita essentialiter differunt ab invicem I 356 3\* — In quo sunt aliquo modo differentia, aliquo modo est compositum V 60 f. 7. 69 arg. 6, 9 — Quod est alteri componibile habet multipliciter et differentiam I 169 b

— Compositum non praedicatur de aliquo extremorum III 152 f. 4 — Unum extremorum non praedicatur de altero *ib.* f. 5

— In omni compositione ponitur aliquid additum V 75 f. 5 — Quod se habet ex additione est compositum I 311 arg. 3. V 69 arg. 4, 5, 8. 89 arg. 13 — Additio ex parte rei ponit compositionem I 587 b. V 72 4\*. 92 13\* *Vide V. Augmentum (421 b)*. — Esse, quod recedit a simplicitate, cadit in compositionem I 168 b. II 62 f. 3. V 359 29 — est in omni, quod habet esse limitatum et per additionem contractum I 167 f. 2. 168 b

— Compositum dicitur quod habet partes I 174 d. 2 — vel est ex partibus substantialibus, vel quantitativis, vel heterogeneis I 168 a. II 91 a. 415 5\* — Compositum habet partes actu, vel est in successione I 664 5\* *Vide V. Accidens (407 a)*.

— est, ubicumque est extensio quantitatis II 224 a *Vide V. Corpus*.

— Cum aliquid componitur ex diversis naturis, illae se habent per modum actualis et possibilis, et ita materiae et formae II 90 f. 4. 91 a — Omne, quod venit ad constitutionem tertii, aliquo modo est materiale respectu alterius III 10 2\* — Componibilia possibilis sunt respectu compositi III 152 f. 3 *Vide V. Unio*. — Ex duobus entibus in potentia nihil fit II 90 f. 4 *Vide V. Actus*.

— Per se unum et distinctum non venit ad constitutionem tertii III 136 f. 1

— Ex aliquibus omnino perfectis non resultat tertium I 176 b. 355 f. 3 — Perfectum non componitur alteri I 167 arg. 4. III 8 arg. 2. V 70 b — dicit quandam imperfectionem in extremis III 10 2\*. 152 f. 3. 153 a

— Compositum respectu simplicis defectivum est V 359 30, 32 — Omne compositum vel componibile habet in se aliquid perfectibile V 69 f. 8

— Ad hoc, quod aliqua principia constituent aliquid, oportet, quod principia

sint differentia, dependentia, imperfecta et difformia sive disparia I 176 a sq.

— Ordo unius rei ad alteram, cui coniungitur, in re facit compositionem I 737 f. 3 — Esse componibilium dependet a composito sive compositione I 169 2\* *Vide V. Dependentia* in Indice gener.

— Compositum non est unibile II 637 f. 4 — Compositum non est unibile alteri per compositionem III 125 3\* *Vide V. Unio*. — Compositum ex materia et forma non potest venire ad constitutionem tertii tum solum, cum materia terminat omnem appetitum formae, et forma omnem appetitum materiae II 415 6\*

— supponit proportionem II 41 arg. 2. 465 f. 3

— praeequit in componentibus appetitum et inclinationem II 415 6\*

— Omne compositum dependet a componentibus V 68 f. 4

— Compositum est posterius componente V 68 f. 3 — Compositum necessario habet ante se aliud I 167 arg. 3 — Compositum ex aliis habet prius ante se V 70 b — aliqua est, ubi est prius et posterius I 168 b. II 62 f. 3. V 89 b — Quanto aliquid compositius, tanto posterius II 385 a

— attestatur maiori actualitati et completioni V 69 arg. 4 — in corporalibus auget virtutem et perfectionem II 378 3\* — ex partibus constitutivis spectat ad complementum et perfectionem II 415 5\* — maior in creatura facit ad perfectionem nobilitatis diminutae, quae venit ex multorum aggregatione, non nobilitatis simpliciter V 71 3\*

— Perfectio naturae consistit in toto composito IV 884 a

— In compositis est unitas totalitatis seu plenitudinis, sed deficiens V 381 8

— Magis compositum est magis limitatum et minus potens I 371 2\* — Quanto aliquid est magis compositum, tanto est impotentius, non generaliter, sed quod habet plures partes materiales I 312 3\*

— Compositum non habet esse a se V 47 f. 19 — Compositum necesse est, quod a simplici recipiat originem *ibid.* — Ens compositum habet esse ab ente simplici V 57 2\*. 359 29. 379 16 — Omne compositum est a componentibus V 379 16

— Ex actu et potentia componitur aliquid consideratum ut ens in genere secundum metaphysicum, ex genere et differentia consideratum ut ens in genere secundum logicum II 91 a — entis et esse est in aliquo considerato ut ens in se quantum ad esse actuale, ex quo est et quod est quantum ad esse essenziale, ex quo est et quis est quantum ad esse individuale *ibid.* *Vide V. Distinctio*. — ex partibus essentialibus est in omnibus per se entibus, ex partibus integranibus est in omnibus corporibus, ex partibus dissimilibus sive repugnantibus est in omnibus animatis et viventibus I 168 a — ex possibili et actuali saltem est in omni substantia creata *ib.* b

— Creatura, quae est ens per se et in se, est composita ex aliis, quae est ens cum

## CON

alio et in alio, est alii composita *ibid.* — Composita ex genere et differentia substantiali habent diversas naturas in se II 90 f. 4 *Vide V. Creatura - composita* in Indice gener. — quadruplex I 176 a

— *Vide V. Forma, V. Materia et V. Substantia*.

— intrinseca praesupponitur ad multitudinem proprietatum I 166 4\*. 175 d. 3 *Vide V. Distinctio et V. Accidens (406 c. 407 a)*.

— Omne compositum est aliquo modo mutabile II 224 a sq. V 69 f. 9 — est ratio et causa mutationis I 174 d. 1 — ubi est de novo, est mutatio III 152 f. 2

— Omne compositum, cum non sit suum esse, potest non esse II 224 b — Compositum ex contrariis est corruptibile IV 1022 arg. 1 *Vide V. Corruptio*. — Compositum, quantum est de sui natura, est resolubile in componentia V 68 f. 4 *Vide V. Resolutio et V. Primum* in Indice gener.

— Si aliquid componitur ex diversis naturis, et alteram illarum est reperire per se, contingit per se reperire et reliquam II 210 f. 4. 293 arg. 5

CONCRETUM — significatur ut quod est I 409 a — Significans in concrectione concernit suppositum per modum inhaerentiae I 112 b. 479 d. 3 *Vide V. Abstractio* et in Indice gener. *V. Nomen*. — non claudit intra se suppositum, sed oportet, quod addatur extra, vel simul importat formam et suppositum I 479 d. 3

— proprie supponit pro omni eo cui inest forma I 102 arg. 2 — Terminus concretus proprie supponit pro eo, respectu cuius importat formam, magis quam pro forma I 103 arg. 3

— In concrectione est praedicatio per inhaerentiam ratione suppositi I 577 b — Concretio est in eis solum proprie, in quibus est denominativa praedicatio I 475 f. 1 *Vide V. Accidens*.

CONSEQUENTIA — Conclusio necessario sequitur ex praemissis non solum in terminis necessariis, sed etiam in contingentibus V 304 b

— Quod stat cum antecedente necessario stat cum consequente V 103 f. 2 *Vide* Indicem gener. — Si aliquid sequitur ad aliquid, eodem addito utrobique, adhuc sequitur V 103 arg. 4

— Quaecumque invicem se consequuntur, aut ambo causantur a tertio, aut unum est causa alterius I 672 arg. 4 *Vide V. Causa (421 a sq.)*.

CONTRADICTIONE — est affirmatio et negatio de eodem secundum idem III 447 d. 3 — attenditur in propositione affirmativa respectu negativae, in quantum asserit praedicatum de subiecto V 50 5\* — non est, nisi accipiatur negatio respectu totius I 101 3\* — fit per negationem appositam ad principale praedicatum III 140 6\* — Propositio contradictoria accipitur negando compositionem principalem I 226 d. 1

— Non solummodo impedit contradictionem, quod aliqua dicantur de eodem



non secundum idem, verum etiam, quod non dicantur ad idem V 73 10\* — non est, ubi est quantulacumque differentia rei vel rationis I 113 1\*. 588 5\*

— est summa oppositio, ubi negatio nihil ponit, sed ubi ponit extrema, potest esse minima oppositio affirmationis et negationis I 113 1\* — Inter contradictorie opposita est distantia infinita I 765 arg. 4

— Cuiuslibet contradictionis necessarium est, alteram partem esse veram, alteram falsam I 226 d. 1. 690 arg. 2 — Contradictorie opposita sunt vera de quolibet sub disiunctione I 97 arg. 4 — De quolibet est affirmatio, vel negatio vera *ibid.* 100 arg. 2. 827 f. 1. V 303 2

— Inter duo contradictoria nihil est medium IV 250 b — Affirmatio et negatio sunt immediata IV 42 f. 3

— Nulla contradictoria infert vel ponit, immo potius privat suam contradictoriam V 48 arg. 5

— Contradictorie opposita non sunt simul vera I 696 arg. 4. 739 f. 4. II 116 f. 6. IV 223 f. 2. 284 a — Contradictoria nunquam sunt simul vera in eodem IV 249 b. 250 a, b. 263 f. 3, b — Affirmatio et negatio non sunt verae de eodem et secundum idem I 586 arg. 5. V 74 arg. 10 — Impossibile est, duo contradictoria simul esse II 619 f. 4 — Quod claudit intra se utramque partem contradictionis est impossibile II 619 b *Vide V. Esse.*

CONTRARIUM — large dicitur pro quolibet oppositione et repugnantia II 815 2\* — prima sunt maxime opposita II 937 f. 1. 971 arg. 5

— Si est ponere unam differentiam contrarietatis, et alteram II 42 f. 4 — Si de duobus contrariis est reperire alterum extremorum et medium, necesse est ponere alterum extremum IV 920 f. 3 — Si unum oppositorum ponitur in natura, per consequens ponitur et reliquum II 810 arg. 1

— habent unam naturam communem IV 391 4\* — Contrariorum unicum est subiectum commune per indeterminationem, maxime in his quorum alterum non habet circa subiectum determinatam causam V 109 6\*

— sunt in eodem genere I 497 b. II 814 arg. 2. 846 arg. 4 — Omnia opposita communicant in aliquo genere proximo, vel remoto III 9 arg. 5

— Omnium contrariorum aliqua est proportio II 827 arg. 3

— Contrarietas non est vere sine subiecto, quod est materia prima IV 281 arg. 4 *Vide V. Abstractio et V. Corpus-simpler.*

— unum agit in aliud distinctum secundum essentiam et remotum secundum distantiam I 747 a — aliquo modo resistit et repugnat suo contrario II 827 arg. 4 — agit in suum contrarium per praedominantiam II 750 a *Vide V. Actio (410 a) et in Indice gener. V. Passio.*

— unum non est alterius principium I 420 arg. 3 — non reducit ad esse suum contrarium IV 575 f. 3 — Causae contrariorum *vide V. Causa (425 c).*

— Ab uno contrario fit regressus ad alterum II 815 2\* — duo concurrunt ad transmutationem physicam IV 281 arg. 2 — Subiectum transit ab uno contrariorum immediatorum in aliud, ita tamen, quod semper est sub altero contrariorum IV 967 d. 1 *Vide V. Corruptio.*

— Aliquid habet contrarium vel secundum se, vel per accidens ratione coniuncti III 354 3\*. 682 6\*

— *Vide V. Consequens* in Indice gener.

CORPUS — est substantia corporea maxime distans a spirituali in genere substantiae V 228 a — Corporeum et incorporeum sunt primae differentiae substantiae II 41 f. 1. 95 f. 5 — Quaedam sunt tantum corporalia, quaedam partim corporalia, partim spiritualia I 168 a. V 219 b. 298 13 *Vide V. Creatura-gradus* in Indice gener. — Substantia mere corporalis est infimum in natura II 41 f. 2 — nunquam sublimatur ad dignitatem spiritus II 79 arg. 5. 250 arg. 3 — Nullum corporale nobiliss est aliquo spirituali IV 19 f. 1 — secundum aliquos habent minus de ratione substantiae quam substantiae spirituales II 96 b

— Corporalia maxime differunt a spiritualibus in compositione II 94 f. 4 — omne est compositum II 317 f. 2 — quia compositum est et habet partes, non potest participare simplicitatem II 77 a

— nullum potest esse pure forma II 317 f. 2, b. 318 a — indiget sustentante materia II 312 b. 318 4\* — nullum potest esse sine materia II 318 a — componuntur ex materia appropriate dicta, quae est principium patiendi et transmutandi ab alio II 91 1\*. 97 a

— Nihil opponitur corpori privative II 317 f. 4. 324 f. 2

— nullum habet suum esse continue in fieri II 324 f. 7

— aliquo modo est, ubi est dimensio, superficies et terminatio IV 274 3\* *Vide V. Dimensio* in Indice gener.

— In omnibus corporibus est quantitas II 96 b — nullum caret extensione II 318 a — habet partium extensionem II 77 a — Substantia corporea potest intelligi esse sine quantitate, nunquam tamen bene esse IV 220 a — vivens et organicum non potest esse sine quantitate IV 219 f. 2. 220 a *Vide V. Materia.*

— omne est partibile II 81 b. 95 arg. 4 — est divisibile in infinitum II 82 3\*. 732 5\*. 833 b — quaedam sunt indivisibilia et insecabilia IV 1027 arg. 3

— Ex corpore non potest fieri non corpus II 90 arg. 1. 452 f. 4. 729 b — Spiritualia et corporalia non sunt ad invicem transmutabilia II 95 arg. 2. 98 3\*

— simplicia sunt corpora caelestia et quatuor elementa II 335 a. V 220 b. 300 2 — simplex aut est unum de quatuor elementis, aut quinta essentia IV 926 f. 3. V 320 3

— caeleste et elementum non sunt eiusdem naturae II 340 a — caeleste et elementare differunt forma et qualitate II 303 arg. 4 — Praeter quatuor elementa po-

nenda est essentia quinta II 340 a, 4\*. 422 b — caelestia et terrestria non sunt ad invicem transmutabilia II 302 arg. 2 — quintum proprie dicitur esse de natura caelesti II 422 b

— In genere corporis debet esse simpliciter perfectum, quod est caelum empyreum II 71 f. 3 — caeleste empyreum tenet summum in genere corporum II 555 2\* — Inter substantias corporales activas primum est empyreum, inter passivas materia elementorum II 68 a

— caeleste non habet contrarietatem II 339 f. 5 — Ad constitutionem mundi requiritur corpus immune a contrarietate *ibid.* 340 4\* — Natura caelestis a contrarietate elevata est II 340 a. 421 arg. 3. 422 b. V 220 b sq. — non habens contrarietatem est nobiliss quam corpus, quod habet contrarietatem II 339 f. 5

— Essentia quinta secundum philosophos est corpus incorruptibile II 340 a — caelestia omnino sunt incorruptibilia II 302 arg. 1. 325 a. 353 f. 1. 367 b — Firmamentum naturaliter est incorruptibile II 339 f. 2 — Formae corporum supercaelestium sunt incorruptibiles omnino IV 994 b — Natura caelestis proprie dicta est incorruptibilis et inalterabilis II 423 a — caelestia sunt mutabilia et incorruptibilia V 221 a. 298 13 *Vide V. Caelum-natura* in Indice gener. — caeleste est indivisibile II 217 f. 4, 5. IV 1024 b

— Natura caelestis non venit ad constitutionem corporum II 421 f. 6. 422 b. 423 a — Natura caelestis est immiscibilis II 423 a

— Simplicitas corporis tollit diversitatem, quae ortum habet ex mixtione et formis perficientibus mixtum, sed non diversitatem, quae venit ex diversitate formarum simplicium II 359 1\* — Elementum est corpus simplex, non tamen omnia sunt unius speciei *ibid.* — Materia corporum simplicium diversas formas suscipit secundum maiorem raritatem et densitatem II 358 b

— Quatuor sunt elementa II 339 arg. 2. V 220 b. 404 7 — Tantum quatuor sunt elementa secundum quatuor qualitates II 339 arg. 4. V 221 a

— Elementa sunt activa et passiva II 380 b

— Elementa habent qualitates activas et passivas IV 993 a. V 221 a — Quodlibet elementum agit et patitur secundum unam qualitatem activam et passivam V 221 a — Quodlibet elementum habet unam qualitatem principalem et propriam *ibid.* — Quatuor elementorum proprietates V 363 21

— Elementa debent habere proportionem IV 79 a. 992 f. 3 — In elementis est proportio, secundum quam magis distantia uniantur duplici medio I 785 f. 3. II 42 2\* — Quatuor elementa optime sunt ordinata secundum qualitates et formas nobiles et proportionem numerales I 785 f. 3

— Inter corpora simplicia nobiliora sunt activa quam passiva II 380 arg. 4

## COR

— Corporis simplicis partes sunt unigenae et ad totum et inter se II 358 arg. 1

— caelestia et elementa sunt perpetua II 463 a, b — Formae elementorum sunt incorruptibiles secundum totum et secundum partem, quantum est in se IV 994 b

— Elementa corrumpuntur secundum partem, sed nullo modo secundum totum II 466 3\*

— Elementum naturaliter corrumpitur II 339 f. 2 *Vide V. Materia.* — Formae elementorum corrumpuntur per actionem venientem ab extrinseco IV 994 b

— In uno elemento sunt cetera in potentia et ex uno possunt fieri omnia II 378 5\* — Elementum generatur ab elemento per educationem speciei consimilis ab alio I 181 a

— elementare simplex non habet colorem nec figuram nec organizationem II 216 arg. 5. 217 b — simplex non est aptum ad multas operationes II 378 f. 3, 2\*

— terminatum non est nisi mixtum II 367 a — caeleste non est terminativum visus nec figurabile II 217 f. 3 — Corpori simplicissimo simplicissima debetur figura, perfectissimo perfectissima II 341 f. 3, 5

— simplicia sunt generantia V 300 2 — Ex elementis habent generari et produci quaecumque generantur et producuntur per operationem virtutis naturalis *ibid.* — Elementa sunt materialia respectu generandarum rerum II 350 b

— simplicia multiformiter possunt misceri ad introductionem formarum multiformium V 220 b

— miscibilia prius producta sunt, quam sint mixta II 416 arg. 5 — Elementa praecedunt mixta II 299 f. 4. 300 a — Elementa praecedunt mixtionem, quia unum potest habere esse completum sine altero II 418 5\*

— Elementa non veniunt ad constitutionem corporis unius nisi per mixtionem IV 1022 arg. 1, b — Ad corpora constituenda non concurrunt elementa pura, sed mixta II 378 5\*, 6\*

— Natura elementaris est subiecta contrarietati V 220 b — In inferioribus est contrarietas II 96 b. 339 f. 5. 340 a — In elementis est duplex contrarietas quantum ad qualitates activas et passivas II 340 4\*. IV 1022 arg. 1. V 221 a

— Corporalia habent repugnantiam per qualitatem activam et repugnantem IV 932 f. 4 — Ubi est inaequalitas complexionis, ibi necessario est pugna II 424 arg. 3 — Elementa contraria non possunt naturaliter sine reflexione permanere conciliata V 366 6

— Contraria in mixto habent conciliari per naturam lucis et corporis supercaelestis elongatam a contrarietate II 339 f. 6. V 220 b. 221 b — Lux conciliat contrarietatem elementorum in mixtis V 300 2 — Essentia quinta, quia elevata a contrarietate, est principium conciliativum et conservativum II 340 a — Impossibile est, contraria elementa venire ad conformitatem nisi per naturam caelestem elevatam a contrarietate II 421 arg. 3

— Elementa in corpore habent quatuor operationes IV 1022 b — Elementa habent vim multiplicandi per transmutationem mutuanam V 285 b

— Generata sunt corpora ex elementis **composita** V 300 2 — habet diversas naturas, quia est ex diversis compositum II 378 f. 3

— Lux facit ad distinctionem rerum corporearum II 310 a. V 320 3 *Vide V. Lux* in Indice gener.

— Natura corporalis ad perfectionem sui requirit multiformitatem formarum V 220 b — Materia in mixtis secundum diversitatem mixtionum aptatur ad susceptionem diversarum formarum II 243 2\*. 358 b

— Omnia corporalia producuntur ex materia una, quae est ens in potentia respectu illorum II 413 4\* — Omnia inferiora per generationem et corruptionem sunt ad invicem transmutabilia II 97 a

— Praedominantia elementorum attenditur quantum ad molem, vel quantum ad virtutem II 380 a — Aequalitas complexionis est a pondere vel mole, vel naturalis iustitiae V 228 a — naturale non potest esse mixtum ex elementis secundum aequalitatem ponderis nec quantum ad quantitatem molis nec virtutis II 425 a sq. — In corporibus naturalibus reperitur aequalitas a iustitia, qua miscibilia commensurantur secundum proportionem debitam et secundum exigentiam formae *ib.* b — In constitutione corporum ea praedominantur, in quibus maxime quietatur corporum appetitus II 379 arg. 3

— ut sit durable, elementa activa non possunt aequari passivis in quantitate molis II 425 a — est tanto durabilius, quanto complexio est aequalior II 424 arg. 2

— mixtum constituitur ex contrariis II 421 f. 1

— mixtum est nobilium quam simplex II 378 f. 4 *Vide V. Forma.* — compositum maiorem habet virtutem II 378 3\* — compositum est aptum ad diversas operationes per diversas naturas et virtutes *ib.* f. 3

— est mixtum plene, vel non plene II 217 b

— ex elementis composita sunt mineralia, vegetabilia, sensibilia et corpora humana V 220 b. 221 b. 300 2. 352 17 — Corporeum est animatum, sensibile, rationale, vel inanimatum, insensibile, irrationale IV 995 6\*

— **animalium** debent esse mixta ex quatuor elementis II 378 a — humanum habet quatuor elementa et quatuor humores IV 852 a. 854 d. 4. 1016 a. 1022 b — complexionatum est plena mixtione comixtum ex quatuor elementis II 217 b — Animalibus non competit corpus simplex II 378 f. 4, 2\*

— In corporibus animalium debent praedominari elementa passiva quoad quantitatem, sed activa quoad virtutem II 380 a sq. — ut sit aptum ad vitam, debet habere proportionem elementorum passivorum et activorum *ib.* b — In diversorum

## COR

animalium corporibus, licet ex eadem elementorum quantitate constitutis, diversa praedominantur elementa II 381 a

— In corpore vivificabili necesse est, contraria elementa conciliari maxime II 421 arg. 3 — In sensibilibus est conciliatio contrariorum aequalitati proximans, in corporibus humanis est aequalis V 221 b

— Ad perfectionem corporis vivi requiritur aequalitas complexionis II 378 a. V 182 6\* — secundum complexionem vivificatur II 42 2\* — Forma complexionis ordinatur ad animam vegetabilem V 332 18 *Vide V. Anima 10, 15* et *V. Forma.*

— humanum conformatur animae ut vivificanti per complexionem aequalem ab aequalitate iustitiae, quae disponit ad nobilissimum modum vitae V 228 a — humanum requirit mixtionem specificam et propriam homini II 215 2\* — In corpore humano debet esse nobilior proportio et harmonia miscibilium II 425 b — Corporis humani complexio et organizatio et spiritus, quibus disponitur ad suscipiendam animam rationalem, sunt nobiliores quam in corpore brutorum II 75 4\* — humanum nobilissima complexione et organizatione, quae sit in natura, est organizatum et complexionatum II 50 b — In corpore humano praedominantur terra et aqua IV 1032 arg. 1 — Aequalitas mixtionis a iustitia in humano corpore habet gradus secundum diversos status II 425 b *Vide V. Spiritus.*

— humanum non debuit produci de natura caelesti, sed ex elementis diversis II 419 b sq. 422 b — Quinta essentia non ingreditur proprie compositionem corporis humani II 729 a — Ad corporis humani constitutionem natura caelestis proprie dicta non venit secundum rem et substantiam, sed secundum virtutem, influendo in formationem elementorum II 422 b sq. 423 2\*, 3\* — Spiritus, qui sunt de constitutione corporis humani, propter subtilitatem et luminositatem et propter harmoniam et consonantiam elementorum, qua sublevantur aliquo modo a contrarietate, conformantur quodam modo naturae caelesti, magis quam in aliis corporibus mixtis II 423 a — humanum est de natura terrestri principaliter, sed ut sit conforme animae in gloria, variabitur quoad dispositionem per dotes II 420 3\* *Vide V. Homo 5* in Indice gener.

— Viventi convenit subtilitas spirituum, vivacitas sensuum, robur virium et coaequatio qualitatum V 363 23

— non sufficienter disponitur ad vitam per complexionem, nisi etiam habeat organizationem IV 1006 b — est animae suo modo proportionabile quantum ad complexionem aequalem et quantum ad organizationem pulcherrimam et multiformem V 228 a — humanum ordinatur ad animam secundum aequalitatem complexionis et organorum multipliciter mediantibus spiritibus subtilibus II 42 2\* — In corpore nostro complexio facit unitatem et convenientiam, organizatio distinctionem II 172 4\*. IV 615 1\* — Ad perfectionem corporis

vivi requiritur multiformitas organizationis, in qua membra distinguuntur et ordinantur V 182 6\* — organicum ad sui perfectionem requirit ordinem partium IV 614 f. 1 — animalium debent esse idonea ad diversas operationes II 377 f. 3 — secundum organizationem est sentiens II 42 2\*

— Diversa membra debent esse in corpore perfecto V 252 a — Substantia totius corporis consistit in membris principalibus et humiditate radicali et carne secundum speciem V 287 a

— humanum habet organa multiplicia II 42 2\* — humanum debet esse multiforme secundum compositionem partium et organizationem ad multa per sensus cognoscenda II 419 f. 2, b. 420 1\* — conformatur animae ut moventi per multiformitatem organorum cum summa venustate et artificiositate et ductibilitate V 228 b

— humanum est completissimum et maxime compositum II 378 3\*. 385 a

— humanum est nobilissimum et ordinatum ad nobilissimam formam II 50 b. 74 a. 425 b — humana disposita sunt ad nobilissimam formam V 221 b — humanum summe appropinquat infimo generi spiritualis naturae II 42 2\*

— humanum differt specie vel genere ab aliis corporibus II 49 f. 1

— Inter corpus et animam humanam maxima est distantia II 385 a. V 228 a

— pertinet ad perfectionem naturae humanae IV 883 f. 5. 884 3\*. V 286 b *Vide V. Anima 4, 5, II.* — competit animae ad suum esse completum II 213 3\* — unitur animae sicut perfectibile suae perfectioni III 445 1\* — unitur corpori ut perficienti et moventi V 228 a — animae alligatur V 289 b — unitur animae, quia habet possibilitatem respectu illius III 9 f. 3

— humanum habet appetitum ad animam rationalem II 214 f. 4. 772 f. 1, b — Caro naturalem appetitum habet ad spiritum II 773 3\* — est compositum ex materia et forma, et tamen habet appetitum ad suscipiendam animam II 416 6\* — indiget anima IV 433 d. 3 *Vide V. Anima 9.*

— non est animae carcer II 43 4\*. 449 b — se habet ad animam ut instrumentum II 213 4\*. IV 883 arg. 3 — est organum unitum animae ad unam formam constituendam et ab ea perficitur et convenit cum ea in unitate formae totius et operationis per consequens IV 884 3\* — coniungitur alicui sicut instrumentum motori, aut sicut signum significatori, aut sicut habitaculum inhabitatori II 213 a

— ab anima vivificatur, quamdiu illi coniungitur, et per eius separationem vilescit IV 433 d. 3 — dependet ab anima II 418 5\*

— habet qualitates ut dispositiones, quae perficiuntur per influentiam animae IV 1014 b — vitam et operationem habet ab anima per calorem II 424 arg. 1 *Vide V. Vita* in Indice gener. — humanum, quando non habet spiritum, non habet virtutem V 480 7

— humanum est propagans et propagabile V 228 a, b — Caro habet per vim humani ministerii propagari V 182 4\* — humanum producitur per virtutem naturalem II 728 a sqq. — humanum non potest generari nisi a natura simili in specie II 214 f. 2 — animalium perfectorum non possunt educi e rationibus seminalibus nisi virtute agentis eiusdem speciei II 215 a, 3\* — animalium perfectorum et humana non possunt produci a natura, nisi per vim formativam in generatione IV 893 4\* — In humani corporis formationem influunt virtus stellarum et orbium II 423 a

— totum fabricatur ex semine II 732 b — Materia corporis est de substantia generantis, sed non tota de eius humore radicali II 731 a, 4\*

— Aliquid est ad fabricae fundamentum, aliud ad complementum II 735 b — De alimento aliquid convertitur in veritatem humanae naturae mediante vi nutritiva, quod est de eius complemento, non de fundamento *ibid.* 736 b *Vide V. Veritas* in Indice gener.

— statim a principio generationis habet determinatam quantitatem virtutis, secundum quam erit quantitas molis, nisi impediatur per occasionem II 734 arg. 1. III 795 b. IV 918 d. 3

— completur per augmentationem, materia addita vi nutritiva II 735 b. 736 b — non potest se ipsum multiplicare sine appositione materiae aliunde II 318 a *Vide V. Augmentum.* — Augmentum corporis habet statum ex parte virtutis agentis, quando virtus caloris et carnis secundum speciem non potest amplius convertere, quam deperdatur; ex parte potentiae suscipientis, quando humidum radicale non potest plus extendi; ex parte formae perficientis, quando corpus perfectum est, secundum quod congruit perfectioni animae I 316 b

— Septem defectus corporis IV 376 d. 2 — animale indiget aspiratione et respiratione II 469 f. 6 — quia lassatur in sentiendo, ideo indiget quiete somni II 620 f. 4

— terrestria et caelestia sunt **mutabilia** V 298 43 — omne est mutabile in se, vel ratione accidentium vel contentorum II 535 2\* — mixtum est alterabile II 424 arg. 4 — Elementa sunt variabilia V 221 a — corruptibilia variantur secundum situm et formam II 96 b. 97 b — superiora variantur quantum ad situm tantum II 97 a, b

— omne miscibile est rarefactibile et condensabile II 216 arg. 5. 217 b. 421 f. 2 — inferiora et mixta sunt corruptibilia II 217 b. 302 arg. 1. 303 a. 367 b. 421 f. 2. 463 a, b. IV 886 5\*. V 298 43 — mixta ex quatuor elementis sunt corruptibilia propter ordinem universi II 715 arg. 2 — Vegetabilia et sensibilia non habent potestatem ad vitam perpetuam IV 994 f. 2, b. V 285 b — nobilioris complexionis de se est minus passibile, quia est fortius IV 1023 2\* — animatum, quod dividitur, corrumpitur IV 283 f. 1

— humanum est propagans et propagabile V 228 a, b — Caro habet per vim humani ministerii propagari V 182 4\* — humanum producitur per virtutem naturalem II 728 a sqq. — humanum non potest generari nisi a natura simili in specie II 214 f. 2 — animalium perfectorum non possunt educi e rationibus seminalibus nisi virtute agentis eiusdem speciei II 215 a, 3\* — animalium perfectorum et humana non possunt produci a natura, nisi per vim formativam in generatione IV 893 4\* — In humani corporis formationem influunt virtus stellarum et orbium II 423 a

— totum fabricatur ex semine II 732 b — Materia corporis est de substantia generantis, sed non tota de eius humore radicali II 731 a, 4\*

— Aliquid est ad fabricae fundamentum, aliud ad complementum II 735 b — De alimento aliquid convertitur in veritatem humanae naturae mediante vi nutritiva, quod est de eius complemento, non de fundamento *ibid.* 736 b *Vide V. Veritas* in Indice gener.

— statim a principio generationis habet determinatam quantitatem virtutis, secundum quam erit quantitas molis, nisi impediatur per occasionem II 734 arg. 1. III 795 b. IV 918 d. 3

— completur per augmentationem, materia addita vi nutritiva II 735 b. 736 b — non potest se ipsum multiplicare sine appositione materiae aliunde II 318 a *Vide V. Augmentum.* — Augmentum corporis habet statum ex parte virtutis agentis, quando virtus caloris et carnis secundum speciem non potest amplius convertere, quam deperdatur; ex parte potentiae suscipientis, quando humidum radicale non potest plus extendi; ex parte formae perficientis, quando corpus perfectum est, secundum quod congruit perfectioni animae I 316 b

— Septem defectus corporis IV 376 d. 2 — animale indiget aspiratione et respiratione II 469 f. 6 — quia lassatur in sentiendo, ideo indiget quiete somni II 620 f. 4

— Potentia intellectiva cognoscit tribus modis distinctis a parte rei cognitae, qui dicuntur intelligere, imaginari et sentire IV 1046 b — Anima separata per intellectum cognoscit res sub conditionibus materialibus, quod est sensus exterioris vel imaginationis, vel abstractis omnibus materialibus, quod est ipsius intellectus *ib.* a, b, 4\* — prout habet modum apprehendendi sensuum, dicitur sensus interior *ib.* 2\*

— Potentia intellectualis est duplex, aut ut considerat universales rationes abstractas, aut ut elevatur ad substantias spirituales et separatas V 358 24

## INT (9)

— Quaedam sunt pure intelligibilia, ubi deficit imaginatio, quaedam quodam modo intelligibilia et quodam modo imaginabilia, ubi frequenter intellectus deficit I 650 d. 4 — carnalis nescit resolvere nisi usque ad ea quae patent sensibus, sicut sunt ista corporalia V 49 b

— Intelligibile et sensibile minus distant inter se in ratione entis quam intelligibile increatum et creatum, sed magis in ratione cognoscibilis I 69 2\*

— Quod intellectus non cognoscit singularia, non tantum venit ex immaterialitate, immo ex materialitate coniuncti et immaterialitate sua; quoniam singulare non pervenit ad intellectum nisi per potentias inferiores I 689 2\* — coniunctus corpori non potest singularia cognoscere ut intellectus *ibid.* — potest esse non solum universalium, sed etiam singularium II 107 5\* — est etiam singularium, quia solus comprehendit principia intrinseca singularium, circumscriptis accidentibus *ibid.* — Sola potentia rationalis comparat species et genera et ordinat totam lineam praedicamentalem IV 1046 4\* — cum cognoscit singularia, dicitur sentire II 222 4\*

9 — noster est in potentia I 686 a. V 20 f. 32 — Homo non statim intelligit, cum potest intelligere V 498 20 — noster est quasi materialis I 72 a — humanus est possibilis omnino propter nuditatem et propter coniunctionem cum phantasmatis II 449 b — humanus quando creatur, est sicut tabula rasa et ita in omnimoda possibilitate II 148 f. 5 — humanus propter coniunctionem cum corpore est possibilis *ib.* f. 4 *Vide V. Cognitione 9.*

10 — In intellectu est natura, qua est facere et qua est fieri II 415 2\* — possibilis est quo est omnia fieri, et agens quo est omnia facere II 568 b. 902 b. IV 1046 a. V 21 arg. 8 — Deus creaturae rationali impressit non solum intellectum possibilem, sed etiam intellectum agentem II 568 b. V 474 2 — Intellectiva potentia, quae est spiritualior et abstractior sensu, habet potentiam activam et passivam in ipsa substantia spiritali II 570 2\*. IV 1046 a — humanus habet intellectum possibilem et agentem V 498 20

— Per intellectum possibilem anima ordinatur ad suscipiendum, per agentem ad abstrahendum II 569 a, b sq. — indiget potentia activa distincta a possibili ad abstrahendum et illuminandum II 570 2\* — agens assimilatur oculo cati, in quantum abstrahit speciem per naturam luminis II 569 b. 570 3\* — non dicitur agens, quia actu intelligit, sed quia intelligere facit V 20 f. 32

— agens se habet sicut lux, possibilis vero sicut illuminatum a luce II 567 f. 4 — agens est sicut lux et possibilis sicut oculus II 446 b — agens est lumen naturalis indicatorii II 569 b. V 474 2

— possibilis suscipit speciem abstractam a phantasmate per auxilium agentis II 569 a — possibilis se habet ad res, quas cognoscit, sicut materia ad formam

III 307 arg. 1 — possibilis se habet ad agentem ut materia ad formam vel efficientem II 567 f. 1

— possibilis non est potentia pure passiva II 568 b — possibilis non est pure passivus, quia se convertit ad speciem existentem in phantasmate eamque suscipit et de ea iudicat II 569 a, 570 5\* — possibilis non est adeo activus sicut agens, quia non potest sua conversione ad phantasma speciem abstrahere nec de specie iudicare nisi adiutorio ipsius agentis II 570 5\* — possibilis est proportionalis agenti V 42 18\*

— agens est potentia activa et aliquid animae II 568 b, V 20 f. 32 — agens non est substantia separata creata nec ipse Deus II 568 a sq. — agens non est Deus II 446 a — Una intelligentia non potest irradiare super omnes V 498 19 *Vide V. Illuminatio* et *V. Intelligentia* in Indice gener.

— possibilis non est omnino eadem potentia ut agens, differens solum respectu ad corpus et phantasmata II 569 b — agens et possibilis sunt duae differentiae intellectus, concurrentes in unam operationem completam *ib.* a, 570 4\*, 571 b — possibilis non intelligit sine agente nec agens sine possibili II 569 a, 571 a — Potentia, per quam intellectus recipit, et potentia, per quam abstrahit, non sunt eiusdem naturae nec per eandem naturam insunt animae II 570 3\*

— possibilis convenit animae in comparatione ad corpus, in quantum natus est ad complementum venire mediante auxilio corporis et sensuum II 570 a — habet possibilitatem respectu actus et respectu phantasmatum ex coniunctione cum corpore *ibid.* — dicitur possibilis respectu actus secundi *ib.* 1\*

— Potentia activa est in substantia spiritali ratione ipsius quo est, passiva ratione ipsius quod est, scilicet formae et materiae IV 1046 a — agens appropriatur formae, quia ordinatur ad abstrahendum, possibilis materiae, quia ordinatur ad suscipiendum II 569 a — possibilis non se tenet ex parte materiae in anima nisi per appropriationem II 568 b sq, 570 a — possibilis non est hyle II 446 a — possibilis non est in anima solum ex coniunctione cum corpore II 569 b — est in anima separata sine dependentia a phantasmatis *ibid.* sq.

— agens distinguitur a possibili ut potentia habitualis et quoddam lumen in anima II 569 a sq, 570 a — agens est potentia de se quodam modo completa et habitata II 570 a

— agens non est habitus actu continens intelligibilia II 569 a *Vide V. Cognitio 14.* — agens non est omnino in actu respectu ad alia a se, nisi adiuvetur a specie II 569 a, 570 5\* — agens indiget iuvare a cognoscibili, vel a Deo, ut fiat in actu II 196 4\* — agens, qui est aliquid animae, non facit, ut intellectus fiat actu intelligens V 20 f. 32 — agens et possibilis sufficiunt ad perfectam cognitionem V 21 arg. 8

— agens, quia lumen est, dum se convertit super phantasmata, abstrahit et depurat et sic illuminat II 265 arg. 3 — agens corpori alligatus et magis intellectus liber et separatus potest species abstrahere et intellectui possibili imprimere II 419 b

— Anima secundum intellectum agentem est continue in suo actu, secundum possibilem autem non II 567 f. 3, 569 b, 570 a — agens est semper in actu, non quia anima semper actu intelligat per eum, sed quia de se semper promptus est ad abstrahendum II 570 a — possibilis non semper est in actu suo propter impedimentum ex parte corporis, quandiu est corpori coniunctus *ibid.*

11 — Species imaginariae se habent ad intellectum sicut color ad oculum II 446 b — a phantasmatis excitari habet, quandiu est coniunctus cum corpore II 570 a, 622 a — possibilis habet perfecti mediantibus potentiis sensitivis II 902 b *Vide V. Anima 19.*

— Species per interiorum sensum pervenit ad intellectum I 189 d. 4 — deficientibus sensibus, non potest cognoscere sensibilia IV 1045 arg. 7 *Vide V. Anima-separata* in Indice gener.

— Omnis cognitio intellectiva secundum naturam intellectus incipit a sensu IV 234 f. 1 — Quod est supra experientiam est supra intelligentiam humanam *ib.* f. 2 *Vide V. Cognitio 14.*

— Nihil est in intellectu, quod prius non fuerit in sensu secundum se, vel in simili II 579 4\*, IV 234 f. 1 — Nihil est in anima quantum ad similitudinem, quod prius non fuerit in sensu et susceptum ab extra vel secundum totum, vel secundum partem III 830 d. 1 — Omnis cognitio de illis quae habent esse in anima per similitudinem abstractam, habet ortum a sensu II 904 b

— Nostrum intelligere secundum statum viae non est sine phantasmate II 622 a, V 572 18 — Nihil intelligimus nisi in phantasmate II 446 b

12 — Operatio intellectus, quam habet in corpore, impeditur per accidens propter aliquam laesionem factam interius in organo imaginationis vel alterius virtutis sensibilis II 461 3\*, 6\* — dum est in carne, fatigatur et impeditur in actu, corpore corrupto I 38 arg. 2 — Operatio intellectus per ineptitudinem corporis impeditur II 620 f. 3 — corrumpitur, quodam interius corrupto II 457 arg. 3, 620 f. 3 — Laesio organorum, in quibus resident spiritus corporales, facilius impedit usum rationis quam imaginationis II 623 b

— Anima impeditur ab actu rationis per ineptitudinem corporis non solum ex nimia conversione ad illud nec solum propter privationem obsequii potentiarum sensitivarum II 621 b sq. — Operatio intellectus impeditur, non facto impedimento in operatione imaginationis et phantasiae II 622 a *Vide V. Anima 19* et in Indice gener. *V. Somnus.* — Secundum Commentatorem solus intellectus adeptus corrumpitur

et impeditur deficiente phantasmate II 446 b — statim, cum a corpore separatur, habet suum usum completum II 461 6\*

— Cum intenditur operatio sensus, minuitur operatio intellectus II 744 f. 6

13 — includit verbum V 104 b — In mente intelligere est verbum ex se sumere V 94 f. 2 — Rationes intellectuales non possunt esse in anima, quia sit generatio verbi in mente V 324 20 *Vide V. Cognitio 17* et in Indice gener. *V. Mens.* — Ex memoria oritur intelligentia ut ipsius proles V 305 5 — Non concipitur nisi quod intelligitur V 341 30

14 — tantum intelligit, quantum repraesentatur a memoria I 84 5\* — Nihil capimus per intelligentiam, quod non sit praesens apud nostram memoriam V 303 1 — Ratio includit in se intelligentiam et memoriam II 597 4\* — Ratio considerat et reponit in memoria V 442 35

15 — habet actum apprehendendi, conferendi et resolvendi V 49 b — Operatio virtutis intellectivae est in perceptione intellectus terminorum, propositionum et illationum V 304 a — acquirit et diiudicat II 560 b — Etsi intelligere possit dei actus simplex, tamen ad nostrum intelligere concurrat recipere et iudicare, sive abstrahere et suscipere II 570 4\* — humanus habet rationem apprehendentis et iudicantis V 498 20 — Ratio est apprehensiva, iudicativa et motiva V 321 4

— intellectualiter contemplans considerat rerum existentiam actualem V 298 10, 11 — capit terminorum significata, cum comprehendit, quid est unumquodque per definitionem V 304 a

— Intellectu apprehendente non potest intelligi aliquid sine eo quod est et ratio intelligendi I 504 a

— resolvens considerat ea quae sunt rei essentialia I 504 b — cum aliquid intelligit, considerat intelligibile per aliquam rationem, et est compositio circa intellectum, qui est resolvibilis in id quod est et quo est I 476 a *Vide V. Abstractio.*

16 — cognoscit per modum complexionis I 736 f. 1 — Proprie intellectus est negotiari circa complexum III 517 4\* *Vide V. Complexio* in Indice gener. — Intelligere multa per modum complexionis non est omnino virtutis nec omnino imperfectionis I 737 b

— Cognitione intellectiva, prout est in suo summo, anima cognoscit per modum simplicis aspectus I 737 b

— Potentiae rationalis est considerare et discernere III 715 5\* — Discretio est rationis III 375 a — distinguit I 43 d. 7 — Rationis est discernere II 596 a, 895 d. 3

— iudicat de eo quod est apprehensum per sensum III 322 4\* — Ratio iudicat per sermonem verum V 321 4 *Vide V. Veritas* in Indice gener.

— Invenire et iudicare sunt actus potentiae cognitivae ad invicem ordinati II 566 b — Ratio in diiudicando abstrahit a loco, tempore et motu V 301 6, 9

## INT (17)

— intellectum propositionum tunc dicitur veraciter comprehendere, cum certitudinaliter scit, illas veras esse V 304 a

17 — Rationis est collatio II 893 a — Rationis est unum ab altero discernere et unum ad alterum conferre II 915 4\* — per rationem confert V 358 24 — Solius rationis est conferre I 30 arg. 3. II 892 f. 7. III 375 arg. 3 — Rationis est conferre et referre per collationem et illationem I 31 3\* *Vide V. Collatio* in Indice gener.

— ratiocinans considerat rerum praecellentiam potentialem V 298 10

— Rationalis ordinatur ad discutiendum III 339 f. 3

— Rationale habet potentiam discernendi, vel discernendi per discursum I 440 2\* — Rationale, ut dicit potentiam discernendi per inquisitionem et collationem et discursum, est animae coniunctae carni *ibid.* — Anima nata est intelligere secundum intellectum inquisitivum et possibilem II 48 2\* — Anima per naturam habet intellectum potentialem sive collativum et inquisitivum II 50 a

— Vim aliquam contingit moveri in obiectum aut motu simpliciter et absoluto, aut motu collativo et quodam modo composito III 670 d. 1 — In ratiocinatione est actus unus, non simplex, sed compositus IV 343 d. 7

— assentit veritati propter rationem III 472 3\* — Illud dicitur intelligi quod rationabiliter cogitatur vel cognoscitur III 68 4\* — Intelligere aliquando idem est quod ratione comprehendere I 365 d. 1 — Intelligere aliquando est ratione praevia cogitare III 530 d. 3

— est rationalis, vel phantasticus I 52 4\* — phantasticus potest cogitare inconvenientia *ibid.*

48 — Potentia cognitiva dividitur in rationem, intellectum et intelligentiam, secundum quod aspiciat ad inferius, ad par et ad superius II 566 b — Speculatio pervenit de ratione ad intellectum et de intellectu ad intelligentiam V 260 a — Homo fit rationalis, cum incipit intelligere et considerare, deinde intellectualis, cum fit sapiens V 395 10

— Intelligentia est cognitio principiorum et regularum certarum V 356 13

19 — dicitur habitus principiorum III 727 4\* — dicitur habitus principiorum, qui est regula intellectus I 318 d. 2 — aliquando accipitur pro ipso habitu, qui dirigit intellectum in iudicando de veris et falsis III 781 a *Vide V. Cognitio 15.*

— indiget habitu directivo, quia errare potest I 13 a — triplici habitu perficitur *ibid.* — perficitur per scientiam *ibid.* 686

## (20)

5\*. II 899 b. IV 138 b — Intelligentia per scientiam habet facilitatem conversionis III 477 a — perficitur et dirigitur et rectificatur per habitum scientiae III 722 f. 5

20 — noster, cum intelligit, concernit tempus I 422 5\* — Nostrum intelligere est cum continuo et tempore III 382 3\*. V 21 arg. 7. 90 b — Nostrum intelligere est cum successione ratione acquisitionis speciei per sensum et phantasiam IV 391 1\* — deiformis intelligit in instanti, sed rationalis et collativus in tempore II 177 b *Vide V. Collatio* in Indice gener. — Actus intellectus potest esse in instanti IV 391 f. 2

21 — Unum solum intelligimus II 116 f. 3. III 310 f. 1. 608 f. 2. IV 902 arg. 1 — non potest simul et semel actu se convertere ad plura II 116 f. 3. III 310 f. 6 — non potest per naturam simul plura intelligere II 146 a. III 114 a sq. 618 d. 3. IV 902 arg. 2, 1\* — per naturam in uno instanti non aspiciat nisi ad unum intelligibile II 79 arg. 4 — Cognitione viae non possunt uno et simplici aspectu videri et cognosci multa III 517 3\* — Simplex virtutis finitae, quod cognoscit multa per multa, impossibile est simul multa cognoscere II 145 arg. 3 — Per naturam non intelligitur nisi unum solum simul et semel III 382 3\*. V 38 arg. 6 — Non possunt simul plura cognosci propter simplicitatem intellectus, quia una conversione totus capitur ab uno obiecto et in eodem instanti non potest ad aliud converti II 117 3\*

— Actus intellectus potest esse simul de pluribus secundum comparisonem plurium in una ratione IV 391 3\* — in ratiocinatione convertit se supra plura, quae diversimode cognoscit IV 343 d. 7

22 — Ratio supra se ipsam redit V 227 b — Potentia intellectiva nata est supra se redire I 297 4\* — Ratio nata est reflecti super se ipsam II 564 3\*. 596 a, b — Sola potentia rationalis potest se super se ipsam reflectere II 593 b — Reflectere se super se est virtutis cognitivae sublimatae a materia II 599 a *Vide V. Anima 26.*

— Ratio est virtus se ipsam cognoscens II 596 b — Potentia cognitiva se ipsam cognoscit I 297 4\* — Oculo rationis homo videt animum et ea quae sunt in animo V 230 b — convertitur super se ipsum intelligentem et super suum intelligere et super alia a se V 87 9\* — Anima iudicat de se ipsa et de sua cognitione III 306 a

— Eadem est potentia cognitiva, qua intelligo aliquid, et intelligo, me intelligere I 297 4\*. II 595 f. 5 — Per scientiam aliquis scit et scientiam novit I 297 4\* — Tunc quis perfecte intelligit, cum intelligit, se intelligere II 662 f. 6 — Perfecte sci

## INT (23)

qui scit, se scire I 297 3\* — ad hoc quod sit perfectus, non sufficit, quod intelligat se, sed etiam, quod intelligat, se intelligere V 84 arg. 9 — Non est perfecta cognitio nisi illa, qua quis novit se nosse sive ipsam notitiam I 296 f. 2

— comparatur ad interpretativam et ad affectivam et motivam V 349 4 — Intellectiva regit motivam, se ipsam et interpretativam V 320 4

— In ratione inchoatur ratio movendi se II 605 a

23 — praecedit affectum II 901 arg. 6. II 892 f. 8. III 740 arg. 5 — Intelligentia natura praecedit amorem et voluntatem I 225 b *Vide V. Cognitio 55.* et in Indice gener. *V. Affectio.* — Ratio et voluntas naturaliter in eadem substantia sunt radicatae, nec contingit, unam ab altera separari II 603 b

24 — practicus est, qui est affectui iunctus et permixtus III 476 a — speculativus, cum ordinatur ad affectum, fit practicus V 415 4 — est practicus, prout est quodam modo iunctus affectioni et operationi II 899 b — extenditur ad affectum, vel ad operationem effectus IV 496 d. 3 — speculativus fit practicus, in quantum idem, qui dirigit in considerando, postmodum regulat in operando II 561 2\* — est practicus, in quantum dirigit in opere II 899 b. III 475 b — speculativus secundum alium statum fit practicus, videlicet dum coniungitur voluntati et operi in dictando et regendo II 566 b — extenditur ad affectum, vel ad opus per modum dictantis et regulantis I 13 a — speculativus faciliter fit practicus V 356 12 — speculativus extensione fit practicus II 558 arg. 2. III 475 b — practicus dicitur intellectus extensus III 475 b. 476 a

— speculativus et practicus sunt eadem potentia II 558 arg. 2 — speculativus et practicus dicunt eandem potentiam sola extensione differentem II 899 b — speculativus et practicus non nominant diversas potentias V 227 b — dividitur in speculativum et practicum secundum diversos status II 566 b. V 227 b — Ratio, ut est cognitiva et motiva, id est dictans moveri vel disponens ad motum, distinguitur secundum rationem II 596 b

— practicus habet quodam modo rationem motivi, non quia efficiat motum, sed quia dictat et inclinatur ad motum II 899 b

— intellectus practici est cognitio veri ut boni V 227 b — practicus non tantum consistit in vero, sed etiam se extendit ad bonum II 900 2\* — practicus est agendorum sub ratione boni II 190 b. V 349 4 *IRASCIBILIS — Vide V. Voluntas.*



## L

## LOC

Locus — est terminus substantiae IV 217 arg. 2 — est ultimum comparatum ad corpus ambitum II 56 a

— est mensura extra IV 1029 3\* — habet naturam continentis et quietantis I 275 d. 5 — comparatur ad locatum in ratione continentis, conservantis et mensurantis II 76 b — continet ut vas, mensurat ut quantitas, salvat ut natura, terminat ut finis I 640 arg. 3. II 76 b

— est quantitas continua divisibilis I 652 f. 4 — omnis corporeus est partibilis II 81 b *Vide V. Punctus* in Indice gener.

— Inter plura loca necessario interfacet medium I 660 b — ad invicem distant V 90 a — est, ubi est distantia spatii I 656 b

— dicitur ad locatum relatione essentiali II 83 f. 3

— comparatur ad locatum magis in ratione formae I 640 arg. 2 — conservans habet influentiam super locatum, et locatum habet inclinationem ad illum II 77 4\*, 5\* — in quantum salvat, excedit locatum, quod indiget loco, et cuius indigentiam supplet et naturam conservat locus I 641 a — Secundum actum continendi, mensurandi, salvandi et terminandi locus se habet ad locatum per modum impartientis, et locatum ad locum per modum suscipientis I 653 a

— indiget locato, ut per praesentiam repleat vacuitatem distantiae I 640 f. 2. 641 b. II 76 arg. 3 — refugit vacuitatem, et impossibile est, quod sit sine locato, quin aliquid suppleat indigentiam loci II 76 arg. 2 — Possibile est secundum intellectum, locum privari omni locato, et remanere vacuum I 656 arg. 1 — est vacuum per privationem corporis contenti II 306 2\* *Vide V. Vacuum* in Indice gener.

— tot sunt, quot sunt locata II 83 f. 3 — non numeratur secundum numerum corporum locantium, sed in comparatione ad locatum II 82 5\* — ut mensura extra non oportet, quod multiplicetur secundum multiplicationem mensuratorum, in quantum mensura IV 1029 3\* — unus omnium *vide V. Corpus - locus* et in Indice gener. *V. Creatura - locus*. — creata sunt finitae dimensionis I 656 arg. 3

— est principium motus V 352 17 *Vide V. Motus*.

— cuiuslibet rei dicitur immobilis ex relatione ad centrum et circumferentiam mundi immobiles II 344 a

— non dicitur proprie quiescere, sed magis locatum in loco III 752 d. 1

— incipit cum creatione orbis primi I 788 b

— Nihil potest separari ab omni loco per distantiam I 656 a sq.

— Nullum locatum comparatur ad locum ut ad suum subiectum IV 274 a

— Nihil per se est in loco, nisi quod hic et nunc est II 305 arg. 1 — Aliquid potest esse in certo loco aut demonstrative tantum, aut demonstrative et discretive I 653 3\*

— Omne creatum et finitum determinat sibi locum III 454 b — Substantia finita et limitata spiritualis definitur et est in loco limitato II 82 2\*, 3\*

— Esse in loco dicit de se solum praesentialitatem et indistantiam I 653 4\* — Quod habet extensionem est in loco II 306 a *Vide V. Dimensio* in Indice gener.

— est mensura rei, quae habet extensionem II 57 3\* — Secundum commensurationem locatum aequatur et proportionatur loco I 641 b

— Aliquid dicitur esse localiter, quod est aut secundum corporalem praesentiam, aut secundum commensurationem corpori debitam IV 223 3\* — Esse conterminative dicitur privative, quia aliud non excedit nec exceditur, aut positive, et sic est ibi dimensione *ib.* 4\*

— Esse locatum ponit ambitum et continentiam, esse locale idoneitatem ad proprietates loci et indigentiam aliquam I 653 4\* — Locale dicitur quod sequitur leges loci *ib.* a — non denominat nisi illud, ad quod comparatur ut accidens I 652 f. 3

— Omne, quod implet locum, est in loco secundum quod locus I 640 f. 4 — Locatum per sui praesentiam locum replet I 641 b. IV 274 a — Substantia corporalis replet locum II 306 a

— Locale dicitur quod exceditur a loco I 652 f. 2. 653 2\* — Illud proprie est locale, quod circumscribitur, quodam modo locale est quod definitur I 658 b *Vide V. Circumscriptive* in Indice gener. — Corporalia sunt proprie in loco, quia sola sunt commensurabilia, unde circumscribuntur I 641 b — Quod totum sic est in aliquo, quod in qualibet eius parte, non est ibi ut circumscriptum, ut occupans locum, ut habens situm V 275 a

— Sola corporalia sunt in loco ut eo indigentia ad conservationem naturae I 641 a. II 77 3\* — Locatum indiget loco I 641 a. II 76 arg. 3 — Locatum est in loco, ita quod ab ipso aliquo modo dependet V 401 9\*

— Esse in loco et esse locatum et locale convertuntur, non per se, sed circa corpus I 653 1\*

— Substantiae finitae corporales et corruptibiles sunt in loco continente et mensurante et conservante, finitae et corporales, sed incorruptibiles sunt in loco continente et mensurante II 76 b — Substantiae finitae spirituales sunt in loco corporali ut continente tantum *ibid.* — Incorporeum non est in loco ut mensuratum in

## LOC

mensura II 77 4\* — corporalis non est mensura spiritualium, quamvis contineat II 57 3\*

— Spirituales non sunt in loco commensurative respectu partium, sed definitive respectu totius I 641 b — Substantia simplex est tota in toto et tota in partibus loci II 81 b — Substantia spiritualis ratione suae simplicitatis sic tota est in una parte corporis, et tamen in illa non definitur, quod tota est extra illam in alia parte III 304 a — Spiritus est ita in toto, quod in qualibet parte IV 224 f. 4 — Substantia simplex est tota in qualibet parte loci quantumcumque parva II 82 3\*

— Substantiae spirituales non sunt situales II 227 2\* — Substantia spiritualis non terminat indigentiam loci nec locum occupat II 84 a, 4\* — Spiritus non sunt in loco propter suam indigentiam II 77 3\*. 84 a — Spirituales non indigent loco, quia non recipiunt influentiam a loco corporeo I 641 a

— determinat et definit illud quod est tantum in uno loco I 653 2\* — Illud loco definitur, quod est in uno solo loco IV 220 f. 4 — Quod est in uno loco et potest sine sui mutatione esse in alio non est ibi definitive *ib.* f. 4

— Spiritus sunt in uno loco tantum I 658 f. 3. II 79 b. 84 a — Impossibile est, quod aliquod unum simul et semel sit in pluribus locis I 658 3\*. 662 f. 2. II 83 f. 4. IV 217 arg. 2. 4028 arg. 4 *Vide V. Creatura - locus* in Indice gener.

— Spirituale est in pluribus locis, secundum quod participat maius et minus de natura spiritualitatis I 643 4\* — Spiritus creatus est in pluribus partibus corporis, non tamen in omnibus nisi ut unitis *ib.* a, 4\*. II 82 5\* — Sicut individuum, in quod alia possunt converti secundum partem, potest esse in maiori loco, sic illud, in quod alia convertuntur totaliter in diversis locis, potest esse in pluribus locis IV 221 4\*

— Secundum aliquos plura non possunt esse simul in eodem loco definitive II 83 b sq. — Impossibile est, spiritus distinctos per terminos naturales esse simul in eodem loco *ib.* f. 2 — Duo spiritus non possunt esse in eodem loco primo II 225 arg. 4 *Vide V. Angelus - locus* in Indice gener. — unus potest continere plura corpora IV 1029 3\*, 4\* *Vide V. Corpus - locus*.

— Unita inseparabiliter, ubicumque est unum, et alterum, nisi unum excedat reliquum I 643 5\*. III 317 6\*. 453 4\*

— idem est habentium eandem naturam II 337 arg. 5 — Loci ad locatum est convenientia manifesta vel occulta II 74 b

— Quod est in uno loco est in potentia ad alium I 658 f. 3 — Quod appetit

## LOG

unum locum extra illum est indigens et imperfectum IV 1032 f. 3

— Locatum non quiescit in loco nisi mediante pondere II 884 b — Res per pondus inclinatur ad situm V 298 11

— topici sunt ad argumentationem non necessariam V 353 20 — Habitudo localis procedit per probabilia *ibid.* — In locis topicis cadit deceptio *ibid.*

— Modi locerum trahunt originem a naturis rerum V 353 20

— a minori II 784 arg. 4. 922 4\*. III 152 arg. 4. 749 f. 4. IV 17 5\*. 896 b — Ubi est locus a minori, non dicitur res minor, sed illud quod minus videtur inesse

I 835 d. 4 — a minori non est destructivus, sed positivus *ibid.* — a maiori II 725 arg. 4 — a simili II 784 arg. 2. 922 4\*. IV 17 5\* — a coniugatis II 898 f. 3

— a commutata proportione III 684 arg. 4. IV 921 f. 4 — a divisione I 420 arg. 3. II 99 f. 2. IV 19 arg. 3 — a relativis I 644 arg. 3. II 843 f. 1, arg. 3. III 115 f. 3 — ab oppositis V 64 arg. 18 — ab auctoritate est incertissimus III 505 d. 5

Logica — est pars philosophiae rationalis V 305 6. 321 4. 475 8 *Vide V. Philosophia.* — circa sermonem considerat veritatem V 321 4 — Homo rationabiliter in-

## MAT (5)

vestigat per scientiam logicam V 475 8 — Speculatio consistens in se logici est V 356 12 — De consideratione logici est medium doctrinae V 331 11

— respicit rationem ut iudicativam V 321 4 — facit perspicaces ad arguendum V 305 6 — est ad docendum V 321 4 — movet ad credendum *ibid.* — illustrat ad argumentationes trahentes mentis assensum V 352 18, 20. 357 22

— agit de argumentatione necessaria et probabili, de praedicamentis et enuntiationibus V 352 20

— Logicus considerat rerum intentiones II 94 f. 2

## M

MATERIA — 1 *Subiectum* — *large dicta* 2 *Principium rerum* — *Fundamentum existentiae* 3 *Primum in compositione* 4 *Relatio ad formam* — *Distinctio a forma* 5 *Potentia receptiva* — *ens in potentia* 6 *incompleta* — *informis* 7 *prope nihil* — *Conceptus privativus* 8 *Ignobilitas* — *Tenebra* 9 *Infinitas* — *indistincta* 10 *Aliquod ens de se* 11 *recipiens esse in actu a forma* — *prior quam forma* 12 *Appetitus* 13 *animabilis* — *Proportio ad formam* 14 *Dispositio* — *Completio per formam* 15 *non existens informis* — *sub forma imperfecta.*

16 *spiritualis et corporalis* 17 *una secundum essentiam* 18 *Unitas homogeneitatis* — *Unitas possibilitatis* 19 *Differentia materiae spiritualis et corporalis* 20 *corporalium una* — *differens* 21 *secundum essentiam* — *secundum esse.*

22 *simplex* — *Ratio quantitatis in composito* 23 *distincta et distinguens* 24 *Principium passionis* 25 *immutabilis* — *Ratio mutationis* — *Subiectum.*

26 *Productio* 27 *Potentia activa respectu formae* — *Rationes seminales.*

1 — est subiectum formarum substantialium II 413 f. 2 — concurrat ad transmutationem physicam sicut subiectum IV 281 arg. 2 — informis est fundamentum omnium formarum II 69 a — Omne, quod est in natura, habet fundari in materia II 440 b *Vide V. Forma 9.*

— large dicitur de omni potenciali, quod cum alio venit ad constitutionem tanquam fundamentum rei II 94 a — dicitur proprie, vel secundum quandam comparisonem III 499 4\*

— dicitur ex qua, vel de qua, vel in qua I 591 4\* — dicitur ex qua, vel in qua, vel circa quam I 8 2\* — circa quam proprie est obiectum virtutis cognoscentis *ibid.* — ex qua proprie est materia *ibid.*

2 — est principium ordinatum ad compositionem II 91 4\* — est principium naturale I 176 a — est principium, ex quo fiunt cetera II 15 f. 6 — Omnia produciuntur ex materia II 16 arg. 5 — est originale principium seu fundamentum V 340

23 — est principium creaturarum quantum ad se consideratarum I 79 d. 3 — est principium intrinsecum II 94 f. 2 — est principium intrinsecum tanquam elementum II 37 d. 3 — Omne, quod est ex aliquo, habet aliquid sui constitutum tanquam principium intrinsecum II 197 arg. 5

— est in genere substantiae sicut principium essentialis II 562 b

— est de rei constitutione I 629 f. 3 — dicitur essentialis, quia est de essentia et constitutione rei I 86 1\* — est pars essentialis substantiae IV 244 b — Nihil est materia sui ipsius I 361 f. 4 — unicuique rei est summe intima I 646 arg. 3

— est in essentia omnis creaturae per se entis II 91 a *Vide V. Substantia.*

— in his inferioribus dat existentiam et permanentiam propter sui incorruptionem, unde est fundamentum existentiae creatae I 360 arg. 3 — dat formae existere II 110 a — dat formis existere et subsistere II 96 b. 318 4\* — A principio materiali res habet existere II 413 a — Fixa existentia creaturae in se est a principio materiali *ibid.* — ut fundamentum dat esse fixum II 98 6\* — dat substantiae per se enti stabilitatem per se existendi II 97 b — dat formae fixationem II 307 b

3 — non habet aliquid prius, in quod corrumpatur I 159 arg. 5 — Principia non sunt resolubilia in aliquid I 461 4\* — Resolutio stat in principiis I 167 arg. 4 — ulterius non resolvitur *ibid.*

— prima reperitur in ordine creaturarum II 458 f. 1 — est primum in genere substantiae II 94 f. 2 — prima est de complemento universi II 458 f. 1

— non habet ex quo producatur II 15 f. 6. 22 f. 6 — non est in alio ut in potentia II 199 2\* — non sustentatur ab alio nisi a Deo II 69 a

4 — hoc ipsum quod est ad alterum est I 453 6\*. 525 b. V 350 8 — refertur se ipsa ad formam secundum dependentiam essentialiam I 525 b. II 34 b — hoc ipsum quod est dicitur a forma II 294 f. 6 — essentialiam habet dependentiam a forma

*ibid.* — dependet a forma perfectiva II 113 arg. 4. 294 3\* — habet necessariam ordinationem ad formam II 294 3\* — quamvis se ipsa referatur ad formam, tamen non est ipse respectus ad formam I 571 arg. 3 — non est suus respectus, quia non habet omnimodam simplicitatem I 453 6\* — non est ipsa ordinatio ad formam I 87 4\*

— non propter se facta est, sed propter sustentationem formae, quae est eius actus II 17 1\* — per se sine forma est otiosa IV 244 f. 3

— Unum principium de se non est sufficiens ad producendum aliud sine alio principio V 381 8

— Ratio originalis principii a formali complemento habet distinctionem V 340 24 — se ipsa differt a forma I 362 6\*

— opponitur formae I 629 arg. 3

5 — est ens in potentia ad alia I 361 f. 4 — comparatur ad formam mediante potentia II 96 b — habet rationem possibilis respectu formae II 90 f. 4. 91 a — In principio materiali primo est potentia passiva ad fieri et per illud in aliis I 756 arg. 2 — In materia est potentia receptiva I 766 3\*. II 198 a. 729 a — potest omnia recipere corporaliter I 748 arg. 1 — prima nata est recipere omnia secundum veritatem I 84 arg. 4 — Materiam essentialiter consequitur potentia suscipiendi II 95 arg. 3 — est quo est omnia fieri II 568 b — Essentia materiae se habet solum ut receptivum II 199 6\*

— Potentia materiae non est accidens materiae, sed essentialis I 87 4\*. V 350 8 — est de se potentia II 199 2\* — Potentia materiae primae respectu formarum suscipiendarum non differt per essentiam ab ipsa I 84 arg. 4 — non est sua potentia per essentiam I 87 4\*. II 95 f. 4 — Potentia materiae minus addit supra materiam quam potentia activa supra substantiam I 87 4\* — Potentia materiae antecedit omnem formam et omne accidens I 84 arg. 4

— Potentia materiae est potentia passiva I 87 4\*. 749 1\* — Potentia materialis

se habet per modum privationis I 421 b — Tanto maior est capacitas in materia, quanto maior est in ea infirmitas II 296 f. 4

— Capacitas materiae attenditur secundum suam possibilitatem et obedientiam respectu Creatoris I 781 arg. 3 — est in potentia ad formas infinitas propter summam possibilitatem II 100 b. 101 a, 4\*

— hoc ipsum quod est, est ens omnino in potentia II 99 arg. 2. 100 a sq. 439 arg. 4. 440 b — In materia de se est possibilitas II 98 1\* — prima respectu materiatorum non est ens actu II 101 3\* — per sui essentiam nullum habet actum et nullam formam II 100 b — non habet de se et in se actum formae II 17 1\* — est principium, per quod sunt entia in potentia II 60 1\*

— prima est creata in omnimoda possibilitate I 781 arg. 3 — est possibile purum per essentiam, nihil habens de actu II 15 arg. 1

6 — dicit quid incompletum I 6 arg. 2 — incompleta est de se II 101 2\* — habet esse incompletum II 94 f. 4 — sine forma est ens omnino incompletum II 113 arg. 4 — Quod est materiale principium alicuius est minus completum et imperfectum II 411 f. 3 — dicit incompletionem, quia materia est, non tantum, quia differt a forma I 362 5\*

— sonat omnino in imperfectionem I 361 2\* — inter omnia entia est imperfectissimum I 360 f. 2. II 113 arg. 4 — facta est a Deo imperfecta defectu naturae II 114 3\* — de se est imperfecta, nisi perficiatur per formam II 16 b — sine forma remaneret incompleta IV 244 f. 4

— per se ipsam informis est II 297 a. 298 b — secundum sui essentiam est informis per possibilitatem omnimodam II 294 a

— Capacitas formae est ei pro forma II 17 1\*. 294 a — Vacuitas materiae dicitur per privationem formae et complementi II 306 2\* — subiecta est privationi, quae facit, eam esse instabilem et infirmam I 176 a

— formationem habet aliunde, sed infirmitatem et possibilitatem ex propria natura II 294 1\*

7 — de se non est ens I 361 f. 4 — est prope nihil I 360 f. 2. II 47 2\*. 95 arg. 1. 96 arg. 6. 100 arg. 7. 293 arg. 2. V 224 a. 289 a — est prope nihil ratione possibilitatis II 98 1\*

— ut ens omnino in potentia cognoscitur per privationem II 101 b — informis non potest nisi quodam modo balbutiendo describi, et intellectus in imaginatione deficit II 300 2\* — cognoscitur per privationem formae et disponentis ad formam, vel per analogiam per comparationem materiae ad formam II 96 a sq.

8 — est intimum ratione possibilitatis II 97 a — est quid ignobilissimum in genere entium II 96 arg. 6 — Quod magis nobile est maxime elongatur a materia II 108 f. 3 — Nobilitas materiae venit ex ordinatione ad formam II 420 4\*

— Materiale principium est turpe et tenebrosum II 15 arg. 2 — per se est quasi tenebra II 307 b — Essentia materiae nuda in se considerata est quasi tenebra intelligibilis II 96 a

— tenebra dicitur ratione privationis formae, non per essentiam nisi comparative respectu Dei et respectu formae, qua perficitur II 98 5\* — non dicitur turpis et tenebrosa nisi comparative II 17 2\*

9 — de se est infinita II 100 b — Materiae competit infinitas ex defectu perfectionis, non ex privatione limitationis I 361 4\*. 612 4\* — dicitur infinita per privationem perfectionis et indiget finiri I 39 3\* — Materiae convenit infinitas per recessum potius quam per accessum II 101 7\* *Vide V. Infinitum (455 c).*

— dicit quid indistinctum I 358 b. 360 arg. 1 — non distinguitur ab aliis rebus, sed per eas perficitur I 361 f. 4

10 — non est privatio pura II 17 2\* — non est omnino aliquid nec omnino nihil, sed medium inter aliquid et nihil II 89 f. 1. 293 arg. 2 — dicit ens I 629 f. 4 — dicit aliquam essentiam *ib. b* — In materia incomplete reperitur veritas et bonitas II 401 2\* — ratione suae essentiae habet aliquid de pulcritudine et de luce II 17 2\* — est aliquo modo Deo similis, quamvis non omnino nec perfecte *ibid.* — est assimilabilis Deo per formam *ib. 4\**

11 — indiget forma, ut sit II 15 f. 4 — nunquam est nisi per formam et actum II 294 1\* — non est nata esse in actu nisi cum forma IV 244 b — est fundamentum esse, quod recipit a forma I 361 3\* *Vide V. Forma 5.*

— ex se non habet distinctionem perfectam, sed a forma I 362 6\*

— ut imperfecta prior est quam forma I 629 f. 2 — quamvis sit prior forma productione, posterior est tamen completionem II 294 3\*

— in perpetuis non praecedit actum tempore II 570 1\* — spiritualis non potest praexistere animae II 373 arg. 2. 374 a, b

12 — imperfecta habet appetitum ad formam II 299 arg. 6. IV 677 arg. 2. 796 b. V 286 b — desiderat formam V 428 19 — Unumquodque perfectibile naturaliter appetit suam perfectionem IV 4003 f. 4 — appetit uniri formae II 865 arg. 5 — Appetitus materiae ordinatur ad formam tanquam ad perfectionem substantialem I 41 1\* — Appetitus materiae inclinatur ad formam et facit eam habilem, ut coniungatur formae V 336 2 — Appetitus materiae aliquando attenditur secundum eius indigentiam et dispositionem longinquam II 301 6\*

— ratione suae potentiae tendit ad formam II 59 b sq. — inclinatur et disponitur ad formam IV 1004 a — habet aptitudinem et inclinationem ad formam II 307 b

— Appetitus formae ad materiam reducitur nec est aliud II 38 d. 3

13 — Ex diversis non fit unum, nisi unum sit materiale respectu alterius I 311 arg. 4. IV 623 arg. 3 — Si unum est in alio essentialiter distincto, oportet, quod

unum sit aliquo modo materiale respectu alterius I 349 3\* — Quando unum est materiale respectu alterius et conforme, possibile est, uniri unum alteri III 9 f. 3 *Vide V. Forma 7.*

— Nobili perfectioni debet respondere nobile perfectibile II 380 arg. 4. III 261 arg. 2 — Nobilissimae formae debet dari nobilissima materia II 419 arg. 1 — Deus semper coniungit formam materiae summe proportionabili II 41 arg. 2

— Non debet habere nobilitatem formae respondentem ex se, sed per dispositionem ultimam III 263 2\*

— secundum se totam capax est formae nobilissimae I 781 f. 4 — Appetitus in materia ordinatur ad rationes intellectuales V 324 20

14 — Praeparatio materiae fit per dispositiones accidentales II 32 a — disponitur ad formam naturalem dispositione, quae est necessitas II 246 3\*. IV 892 3\* *Vide V. Forma 25, 12.* — Potentia materiae disposita est eadem per essentiam cum se ipsa indisposita II 474 f. 2

— Capacitas materiae non completur totaliter, sed debitis dispositionibus limitata perficitur formis I 782 b. 783 3\* — Forma perficit capacitatem materiae non simpliciter, sed prout exigit dispositio superinducta II 247 5\*

— Possibilitas materiae completur actualitate formae III 283 6\* — non est possibilis ad formam, quam habet in actu III 321 f. 5

— Forma completa dat materiae esse completum II 300 a, 3\* — habet esse completum per formas simplices vel compositas *ib. 3\**. 303 a

— a forma perfecta habet esse stabile et quietum II 56 b. 60 b — cuius appetitus terminatur in forma, non potest appetere aliam formam II 460 b. III 283 6\* — Appetitus materiae infinitus arctatur per unionem ad formam incorruptibilem et arctatus finitur, non in sua amplitudine I 41 1\* *Vide V. Forma 26.*

15 — non potest separari ab omni forma II 293 f. 3. 294 f. 6, 3\* — secundum quod habet esse in natura et in loco et tempore, non potest existere informis per privationem omnis formae II 293 f. 4, 5. 294 a — secundum ordinem naturae prius est omnimode in potentia et informis, quam formata per aliquam formam, sed non prius duratione II 294 1\* — in prima productione non fuit in carentia omnis formae II 293 f. 2, 3, 4. 294 a. 304 f. 4 — nunquam fuit vacua ita, ut non haberet aliquam formam II 306 2\* — Non est necessario reperire puram materiam per se II 294 5\*

— Deus fecit materiam informem, ad minus sine distinctione formarum II 413 arg. 4 — Deus sapienter fecit materiam informem et successive perfecit II 296 f. 3. 298 4\* — convenienter facta est sub quadam infirmitate et imperfectione II 297 a. 298 4\* — Capacitas et infirmitas materiae maxime declarat Dei potentiam II 296 f. 4

— ad manifestationem divinae potentiae debuit produci in maxima capacitate et in tanta informitate, in quanta posset aliquo modo subsistere *ibid.*

— facta est invisibilis et incomposita II 299 f. 2. 300 b — in prima productione non erat completa in genere corporum, sed habebat extensionem et corporeitatem, sed non perfectam formae actualitatem II 301 5\* — primo producta dicitur informis et vacua, quia non habebat formam omnimode perfectam II 300 b. 306 2\* — non est producta sub completa distinctione II 304 f. 4 — non fuit creata sub formarum diversitate II 299 f. 1. 300 b — In materia non erant formae permixtae II 299 f. 3, 4 — In materia primo producta non erat confusio formarum elementarium, cum elementa non praecesserint illam materiam *ib.* f. 4. 300 a, 2\* — producta est sub quadam forma incompleta, quae sua imperfectione non complebat diversos appetitus materiae II 300 a — informis dicitur permixta et confusa non ratione diversarum naturarum, sed ex appetitu indeterminato ad diversa in diversis partibus materiae *ibid.* sq. — secundum diversas partes habebat quasdam dispositiones incompletas ad diversas formas a forma incompleta, quae tamen non habebat in se naturas diversas *ib.* a, 2\*. 301 4\*, 6\* *Vide V. Forma 12.*

— sub forma imperfecta creata ad formas subsequentes sola divina virtute poterat perducere II 300 b

— primo producta secundum aliquos dicitur chaos II 300 a — informis dicitur in Scriptura terra, quia dat formae fixationem; ut ab illa recipiens speciositatem et completionem, dicitur abyssus; ut habens quandam fluxibilitatem propter inclinationem ad formam, signatur nomine aquae II 307 b

— informis erat in loco, eum replebat et habebat quodam modo positiones secundum sursum et deorsum II 306 a — habebat ordinem et distinctionem et elementares proprietates et situm imperfecte et incomplete ratione cuiusdam inclinationis et longinquae dispositionis in diversis partibus *ib.* 3\*

16 — est magis et minus proprie in substantiis spiritualibus et corporalibus superioribus et inferioribus II 96 b sq. — minime proprie est in spiritibus, quia minimum habent de possibilitate II 97 a

— Potentia materiae secundum se considerata non est magis ad hanc formam quam ad aliam, immo indifferenter se habet ad omnem II 98 3\* — in se considerata nec est spiritualis nec corporalis *ibid.* — Capacitas consequens essentiam materiae indifferenter se habet ad formam spirituales et corporales *ibid.*

17 — est una V 351 11 — quantum est de se, unica est II 108 f. 5 — secundum essentiam omnium est eadem et differt secundum esse II 97 b. 98 2\*, 3\* — in omnibus est eadem per essentiam, differens per esse II 56 b. 59 b. 60 1\* —

secundum metaphysicum in omnibus per se entibus est una II 97 b — secundum essentiam suam omnino nullam habet distinctionem II 99 f. 1. 100 b — est una in omnibus, quia per suam essentiam non potest esse distincta II 101 7\* — abstracta ab omnibus formis intelligitur ut simplex et unica, nullo modo multiplicata nec distincta II 99 f. 5. 100 b

— corporalium et spiritualium est eadem quantum ad essentiam II 303 b — corporei et incorporei non differt II 95 f. 5 — corporalium et spiritualium, abstracta forma et capacitate, in nullo differt *ib.* f. 4. 96 b — secundum privationem omnis formae eadem est in spiritualibus et corporalibus per essentiam II 96 b — corporalium et spiritualium non dicitur aequivoce II 95 f. 6. 99 f. 4 — dicitur de corporalibus et spiritualibus per convenientiam in essentia II 95 f. 6 — in spiritualibus et corporalibus secundum aliquos differt nec habet unitatem nisi analogiae II 96 a

— Ad unitatem materiae per essentiam opposita comparantur sine oppositione, non vero ad unitatem secundum esse II 101 4\*

— non ponitur una, quia ipsa sit mensura omnium in genere substantiae, sed unum mensurans omnia praesupponitur II 98 6\*

— Ex informi materia factae sunt species omnium rerum II 94 f. 1

18 — est una numero sub omnibus formis per homogeneitatem II 100 b — non habet unitatem universalitatis vel univocationis *ibid.* — non est eadem unitate generis vel speciei II 99 f. 2. 100 b — est una non unitate universalitatis nec singularitatis, sed medio modo II 59 b — in omnibus materiis per essentiam est una et una numero II 100 a sq. — Unitas materiae non potest esse unitas individuationis sive per continuitatem sive per actualem simplicitatem, sed sola homogeneitate *ib.* b. 101 3\* — est una numero secundum essentiam, non sicut individuum II 101 1\*, b — dicitur una numero, quia est una sine numero *ib.* a — quae ens est actu, habet unitatem continuitatis et individuationis *ib.* 3\* — Unitas homogeneitatis in materia amplior est quam unitas naturae universalis et maiorem diversitatem admittit *ib.* a, 4\*

— Unitas materiae non est actualis, sed magis unitas possibilitatis II 100 b sq. — in omnibus materiis est una propter infinitatem possibilitatis *ibid.* — secundum se non habet unitatem completam, quae est differentia entis in actu, sed incompletam II 101 2\* — Unitas materiae fit actualis et completa quantum ad esse per formam *ibid.* — Materiae unitas non tollitur per adventum formarum II 99 f. 5. 100 b. 101 4\*

— Unitas in materia potest esse quantum ad essentiam, aut secundum esse incompletum, aut proximum completioni, aut simpliciter completum II 303 b

19 — consequens esse in spiritualibus et corporalibus est alia et alia II 98 2\*, 3\*

— considerata secundum potentiam in relatione ad formam non est una in substantiis spiritualibus et corporalibus proprie, sed secundum analogiam II 96 b sq. — corporalium non est nata sustinere formas spirituales nec e converso II 95 arg. 3. 96 b. 97 a — nunquam expoliatur ab omni esse, et quae semel est sub esse corporali, vel spirituali, nunquam exiit II 98 3\* — corporalium per intellectum abstracti potest a forma corporum, nunquam tamen per virtutem alicuius creaturae potest expoliari omni forma corporea II 729 b

— spiritualis non est cum materia corporali II 374 b — quaedam secundum aliquos est spiritualis inseparabiliter iuncta corporali naturae *ibid.*

— spiritualis, secundum quod est sub tali esse, est dignior et nobilior corporali II 374 b

20 — in omnibus communis est IV 244 f. 4 — secundum physicum superiorem est eadem in omnibus corporibus mutabilibus ad situm II 97 b — Secundum physicum inferiorem solum est eadem materia generabilium et corruptibilium *ib.* a — corporum caelestium et terrestrium una fuit secundum esse incompletum, quod habuit ante productionem corporum II 303 a

— primo producta una fuit moles, habens unam formam incompletam II 302 arg. 1. 303 a — Ex materia informi omnium corporalium facta sunt corpora caelestia et elementaria II 307 a

— Per comparisonem ad materiam aliquid est unum privative I 421 b

— caelestium et terrestrium est una quantum ad esse incompletum, ut subiecta solum formae substantiali et quantitati, non vero ut subiecta contrarietati et uniformitati II 303 b — corporum elementarium et transmutabilium est una secundum esse incompletum completioni proximum, quae subiecta est formae substantiali et quantitati et contrarietati *ibid.* — corporum specie et natura similium est una secundum esse simpliciter completum, quae subiecta est formae substantiali et quantitati et contrarietati et in omnibus suis partibus uniformitati *ibid.* — Unitas formae necessario praesupponit unitatem materiae II 94 f. 2 — non est una secundum esse nisi in iis quae sunt continua II 303 arg. 4

— elementorum differt solum quantum ad esse actuale, sed dicitur esse una secundum esse, in quantum est possibilis ad aliorum elementorum formas II 303 a — caelestium et terrestrium differt secundum esse completum quantum ad actum et quantum ad potentiam ordinatam ad actum *ibid.* — corruptibilium et incorruptibilium non est una II 302 arg. 1. 303 a — subiecta privationi et non subiecta privationi differunt secundum esse II 302 f. 3. 303 a — Res incorruptibilis substantificari non potest in materia transmutabili II 453 b

21 — ut principium aliter consideratur a metaphysico et a physico inferiori et physico superiori II 97 a sq. — secundum essentiam consideratur a metaphysico *ib.* b



— Potentia materiae potest comparari ad formam ut praebens illi fulcimentum in ratione entis, ut considerat metaphysicus, aut sub ratione mobilis, ut considerat naturalis philosophus II 96 b — Resolutio physica stat ad materiam secundum esse II 445 a

22 — Principia sunt simplicia per privationem compositionis ex aliis, sed dependent a composito I 168 b. 169 2\* — In principiis est unitas simplicitatis V 381 8 — Unitas simplicitatis in principiis est defectiva *ibid.*

— abstracta omni forma, simplex est, carens actuali extensione II 81 b. 95 f. 4. 98 4\*. 293 f. 5 — In materia secundum essentiam non est considerare tantum et quantum II 729 b — secundum essentiam non est cogitanda ut moles extensa, sed super actum imaginationis consendendum II 101 b — spiritualis dicitur, quia sublevata est supra esse extensionis et privationis et corruptionis II 445 a

— secundum se non habet actualem simplicitatem, sed habet possibilitatem ad extensionem, quae reducitur ad actum per formam corporalem II 98 4\* — Extensio est a materia non secundum suam essentiam, sed secundum esse, prout suscipit formam corporalem *ibid.* 302 arg. 3. 415 a — quantum est de se, non habet extensionem, sed quod extendatur tantum vel plus, hoc est ratione formae adiunctae II 729 a *Vide V. Extensio* in Indice gener.

— Extensio consequitur esse materiae incompletum II 361 5\*. 303 b

— corporalia nunquam per virtutem alicuius creaturae potest exspoliari omni extensione II 729 b — sub esse corporali statum habet et determinationem in sua extensione, ultra quam natura non potest procedere *ibid.*

— A materia principaliter est quantitas molis IV 395 4\* — Ex parte principii materialis oritur quantitas molis V 82 2\* — Quantitas fundatur in materia IV 280 f. 5 — est principium partibilitatis mobilis, per quam corpora sunt mutabilia ad situm II 97 b

— In materia sunt infinitae dimensiones II 59 b. 95 arg. 4 — A materia est quantitas quantum ad esse incompletum, quantum ad esse completum est a materia existente sub forma II 59 b

— Ubi est forma et materia, ibi est compositio et diversitas I 476 a — Quod habet materiam est compositum et mixtum I 361 f. 4 — appropriate, non generaliter dicta est causa permixtionis II 91 1\*

23 — est distincta et possibilis ad distinctionem per formam I 361 1\* — distinguitur forma I 358 b — omnino numerabiliter se habet I 363 f. 3. II 109 arg. 4 — vel aliquid materiale est principium omnis limitationis V 79 f. 13 — arctat formam II 90 f. 3 — clauditur in natura communi II 108 f. 6 *Vide V. Distinctio (441 a)*. — Ratione materiae est separatio V 75 f. 10

24 — dicit principium passivum I 361 a. V 340 24 — est principium patiendi I 360

f. 3. II 89 f. 2 — est potentia passiva II 15 f. 6 — appropriate dicitur ratione potentiae passivae II 91 1\* — Omne, quod habet materiam, habet potentiam passivam II 413 arg. 2 — Potentia passiva est a materia *ib.* f. 1 — elementorum prima est substantia corporalis passiva II 68 a

— Materiae competit pati et suscipere III 283 6\* — Omne, in quo est materia, est natum pati et recipere I 360 f. 3 — A materia est pati I 312 3\*. 360 f. 3. IV 281 arg. 3 — ubi deficit, non est passio physica nec transmutatio IV 281 arg. 3 — Aliquid est habile ad moveri ex parte materiae I 659 4\*

— Materiae non est agere II 197 arg. 6. 199 2\* — nihil operatur IV 913 arg. 2 — Quanto aliquid magis elongatur a materia, tanto est potentius I 312 3\*

— Quando materia appetit esse sub alio actu, corpus potest pati ab extrinseco IV 1024 a, 1\* — solum in inferioribus est principium generationis et corruptionis II 97 a — appropriate dicta est causa corruptionis II 91 1\*

25 — est incorruptibilis et ingenerabilis II 197 arg. 3. 374 b — prima est incorruptibilis II 458 f. 1 — informis est invariabilis I 159 arg. 1. II 95 arg. 1. *Vide V. Forma 17.* — In materia non est vicissitudo aliqua, nisi cum in ea est aliqua forma II 60 a — Formae supervenientes non mutant essentiam materiae, sed solum esse II 99 f. 5, 6 — in spiritibus non habet possibilitatem ad transmutationem formarum substantialium II 97 a

— est mutabilis ut ens in potentia II 59 b — ut est in acquisitione formae, mutatur *ibid.* — est principium mutabilitatis II 89 f. 1 — est fundamentum rei mutabilis II 91 3\*

— est mutationis subiectum II 99 f. 6 — non est subiectum transmutationis nisi sub aliquo esse II 729 a sq. — in rebus consideratur sub privatione et sub potentia ad transmutationem secundum esse II 415 2\*

— transmutabilis est in eis quorum unum generatur ex alio II 358 b — Quae habent eandem materiam sunt ad invicem transmutabilia II 95 arg. 2. 302 arg. 2. 303 6\*

— sustinet variationes quoad proprietates I 160 1\*. II 96 b

— prima est subiectum omnis contrarietatis corporalis IV 281 arg. 4 — in corporibus substat formae substantiali et quantitati et contrarietati II 96 b. 303 b.

— suscipit accidentia II 89 f. 1 — sustinet accidentia, sed non nisi cum forma IV 244 b — est subiectum accidentium non secundum essentiam, sed solum secundum esse ut sub forma completa IV 273 f. 2 — in spiritualibus substat formae substantiali tantum II 96 b. 303 b

— in naturalibus maxime consideratur IV 23 4\* — in qua duo extrema communicant, manet eadem in tota transmutatione II 99 f. 6. IV 244 arg. 4

26 — non est aeterna II 37 a. V 219 a — non est ingenita V 351 13 — non fuit

ab aeterno imperfecta II 46 b. 37 b — Materiam fuisse aeternaliter imperfectam sine forma et divina influentia, non est rationale II 22 b

— creata est in principio II 299 arg. 4. 304 f. 1, 2 — creata est in principio, quia nihil ante ipsam II 69 a — facta est ante tempus II 67 f. 2, 4 — creata est in principio temporis II 68 2\*. 69 a — informis creata est ante omnem diem quantum ad ordinem naturae vel etiam temporis II 304 b sq. — debuit produci simul cum caelo empyreo II 68 a — in primaria conditione incompleta erat et subiecta mutabilitati, et ideo debebat mensurari tempore II 307 b

— est producta ex nihilo II 15 f. 6. 16 b. 22 f. 6. 29 a. 67 f. 4 — facta est ex nihilo per creationem II 18 5\*. 97 arg. 2 — Natura non potest in productionem materiae II 97 arg. 2 — non potest multiplicari per virtutem creatam II 729 a *Vide V. Creatura-actio* in Indice gener.

27 — In materia est potentia quodam modo activa sive cooperativa II 198 a — habet aliquam potentiam activam ad hoc, quod ex ea fiant corpora II 374 a, b — Potentia activa materiae est ipsi materiae concreata II 375 1\* — Potentia activa materiae est quodam modo in actu, quodam modo in potentia II 443 4\* — Seminarium inditum se habet quodam modo per modum activi, quodam modo per modum passivi II 199 6\*

— habet formam in potentia radicali V 351 10 — Substantia materiae praegnans est omnibus formis IV 889 a — In materia sunt veritates omnium formarum producendarum naturaliter II 498 b — habet in se seminales omnium formarum rationes sibi a primaria conditione inditas *ib.* a — Rationes seminales omnium formarum sunt in materia IV 889 a — est plena formis secundum rationes seminales V 299 14 *Vide V. Forma 25 et V. Ratio.*

— In materia est aliquid, ex quo fit forma II 15 f. 6 — non fit forma *ibid.* — non est principium constitutum formae *ibid.* — non est pars formae IV 889 a

— In materia est aliquid concreatum, ex quo agens, dum agit in ipsam, educit formam II 198 b — In materia est seminarium, ex quo potentia activa adiuta ex actione caelestis corporis, concurrentibus elementis, proficit et venit ad perfectionem et speciem completam II 376 4\*

— Quod fit de aliquo ut materiali prius est in potentia, quam fiat V 344 7 — Res producta ex materiali principio secundum illud fuit prius sub una dispositione, et nunc est sub alia II 32 a

— Post corruptionem manet substantia materiae cum ratione seminali, separabilis a partibus, quibus est commixta IV 893 b

— Potentia materiae est in naturali mutatione et non omnino tollitur, et ideo remanet illud, in quo fundatur IV 244 arg. 2 — Materiale principium, ex quo res est, in productione aut est materiale et transiens formaliter, aut materiale et permanens, aut

## MAT

materiale et permanens et agens I 335 d. 4 — non cedit omnino in nihil II 374 b

MATHEMATICA — est de numeris et figuris V 305 6 — considerat figurarum proportionem manifestas V 350 6. 351 14. 357 22

— considerat rationes formales in anima secundum habitudinem proportionis V 324 19 — est circa considerationem formarum abstrahibilium secundum rationes intelligibiles V 324 4 — Mathematicus considerat formas abstractas V 475 9

— Consideratio mathematica circa numeros in sua puritate est arithmetica V 351 15 — Consideratio mathematica circa numeros in quantitate continua et circa proportionem dimensivas generaliter, est geometria, specialiter de linea visuali, est perspectiva *ibid.* — Medium distantiae est de consideratione mathematici V 334 11. 333 21

— Consideratio mathematica circa numeros in sonis est musica V 351 15 — considerat proportionem musicales V 356 13

— Consideratio mathematica circa numeros secundum quantitatem continuam et discretam et secundum discretiones numerales et substantiales, vel continuas et discretas est astrologia V 351 15 — considerat dispositionem orbis terrarum V 475 9 — Mathematici prima consideratio est circa mensuram terrae, ulterius circa motus corporum superiorum V 333 21

— est scientia certissima, quia ad oculum patet V 351 14

— Libenter homo negotiatur circa proportionem quantitatum, quia cadunt in imaginatione V 351 14

MEDIUM — debet esse inter extrema III 409 f. 3. V 378 12. 381 7 — Si contingit reperire extrema, et medium, si illud est possibile esse II 42 f. 4. 103 arg. 3. 118 f. 5 — ponendum est inter extrema, si natum sit confici ex extremis secundum debitum ordinem et congruentiam III 68 4\*

— debet habere differentiam cum extremis III 409 f. 4 — Nihil tenet rationem medii secundum id, quod tenet rationem extremi III 410 arg. 4 — Unum et idem diverso respectu potest habere comparationem medii, extremi et termini III 158 2\*

— habet respectum ad duo extrema V 26 b — habet naturalem ordinem ad extrema I 659 c. 4

— dicitur communicantiam cum extremis III 410 b — debet communicare in aliquo cum extremo I 71 arg. 3

— eiusdem naturae debet esse cum extremis III 561 f. 4 — participat naturam extremorum III 470 arg. 1 — Necessesse est medium participare quodam modo naturam utriusque extremi II 355 c. 3

— sapit naturam extremorum I 411 arg. 4. II 746 arg. 4. III 514 f. 3 — aliquid sapit naturam unius extremi IV 527 b — conficitur ab extremis III 471 1\*. 570 3\* — ex extremis permixtum est V 440 16

— dicitur per participationem naturae extremorum, vel per convenientiam proprietatum III 410 b. 411 2\*, 3\* — inter duas

naturas vel est natura, vel persona, vel proprietates illis naturis conformes III 410 b

— et extrema sunt in eodem genere III 470 arg. 1 — quod non conspicitur ex extremis, non est necesse, quod sit in eodem genere proximo cum extremis III 471 1\*

— Ad utrumque extremorum comparatur secundum habitudinem subiiciendi et praedicandi III 470 f. 4 — denominatur ab extremis III 458 a

— non excedit extrema V 4 arg. 11 — non debet discordare a postremo V 284 b

— quod est secundum naturam, in mutatione naturaliter praecedat extremum IV 425 arg. 3

— A summis per media ordinatus fit descensus ad infima V 302 40 — per quod ascenditur ad extremum, distat ab illo gradibus finitis I 71 arg. 4

— aliquid facit distare, aliquid facit approximare et ad unionem magis redditabilem III 51 4\*, 2\*. 690 4\*

— ad extremum disponit, vel etiam repugnat III 689 a

— Duarum extremitatum una est medietas punctalis, sed inter duo extrema multum distantia plures possunt esse medietates, ita quod una appropinquat uni extremo, et altera alii III 570 3\* — quod conficitur ex utroque extremo, est unum solum *ibid.*

— est secundum naturam, vel secundum actualem existentiam IV 425 arg. 3

— Extrema multum distantia non ununtur nisi per medium aliquid III 50 f. 4 — iungit extrema per coniunctionem cum utroque III 410 arg. 3

— Magis unitur medium extremo quam extremum extremo I 545 arg. 3. III 50 arg. 2. 55 f. 2 — unius plus coniungitur utrique extremorum quam extremum extremo II 633 arg. 7 — magis unitur extremo et est ei familiaris, quam extrema inter se III 703 arg. 4 — plus appropinquat extremis quam extrema sibi invicem III 55 f. 4

— tenet rationem causae, vel congruentiae III 51 4\*. 52 b — colligantiae est illud, per quod extrema ligantur ad invicem, medium congruentiae est, quo extrema fiunt congrua ad unionem III 50 b

— Solutio medio necessitatis et quod coniungit secundum actum, solvuntur extrema, non vero soluto medio congruitatis et quod coniungit etiam secundum habitum III 439 1\* — Solutio medio congruentiae, non solvuntur extrema III 51 3\*

— est secundum dignitatem naturae, vel secundum causalitatem influentiae II 46 1\* — agendi *vide v. Actio (409 c)*.

— per suam evidentiam et manifestationem et convenientiam cum extremis compellit rationem ad assentiendum, ut, quia extrema prius non conveniebant inter se manifeste, per virtutem medii cum utroque extremo convenientis inter se manifeste convenientur V 333 25 — In medio consistit tota vis argumentationis III 485 2\*

MEMORIA — Anima per memoriam retinet apprehensa per potentiam sensitivam

## MEM

exteriorem V 227 b — retinet speciem II 560 b. III 477 a — conservat imagines rerum corporalium IV 4046 1\* *Vide V. Tentio* in Indice gener. — habet naturam specularem, tenendo speciem II 493 3\*

— Actus memoriae ut habitus est retinere speciem, alius actus est meminisse sive recordari II 193 a — Actus habitus memoriae est meminisse I 88 arg. 2 — Meminisse est actus, qui comprehendit totam memoriam I 82 6\*

— suscipit V 436 31 — Omne, quod cadit in intellectu apprehendente, potest in memoria conservari I 301 f. 2 — Omnis cogitatus in memoria manet V 384 24

— una fit ex multis sensibilibus III 321 arg. 3. IV 234 f. 2. V 21 arg. 9. 496 14 — Ex multis memoriis fit una experientia III 321 arg. 3. V 21 arg. 9. 496 14

— Rememoratio respicit actum cognitivae III 557 2\*

— comitatur substantiam rationalem V 224 b *Vide V. Anima 25*.

— prout est receptiva et retentiva sensibilium et praeteritorum, sequitur sensum; prout est retentiva praeteritorum sive sensibilium sive intelligibilium, sequitur intelligentiam et voluntatem I 81 3\*

— ut est sensibilium, differt a reminiscencia I 80 arg. 3 — Reminiscencia non est in brutis *ibid.* — Virtus memorativa intelligibilis non pendet ex organo II 193 f. 5 — intelligibilis non eget organo corporali IV 4046 1\*

— et intellectus sunt potentiae distinctae III 477 a — est alia potentia quam intellectus et voluntas, sed ad illarum actum concurrunt I 52 3\* — non differt ab intelligentia ut alia potentia II 560 b

— prout est retentiva specierum abstrahentium ab omni differentia temporis, antecedit intelligentiam et voluntatem I 81 3\*

— concernit differentiam temporis, quia est acceptio praesens de praeteritis I 81 arg. 3 — Rememorari contingit praeterita III 556 arg. 2 — stricte sumpta est rei absentis et praeteritae III 618 d. 3 *Vide V. Anima 25*. — respicit praeteritum non tantum in re, sed ut etiam actus illius cognitionis transit in praeteritum I 616 d. 6

— Operatio memoriae est retentio et repraesentatio non solum praesentium, corporalium et temporalium, verum etiam succedentium, simplicium et sempiternalium V 303 2 — retinet simplicia ut principia compositorum *ibid.*

— In memoria possunt esse multa futura et unum magis distans quam aliud, quin, cum eveniunt, sit mutatio in memoria V 344 6

— Per memoriam aliquid praesens habetur ad animam I 80 f. 2 — Homo memoratur rei corruptae per similitudinem in animo remanentem III 681 b

— respectu ipsius animae non est habitus vel actus, sed ipsa animae substantia sibi praesens I 90 2\* *Vide V. Anima 26*.

— innatum habet respectum ad memoriale I 93 d. 2

— offert speciem intelligentiae II 560 b — per retentionem speciei disponit ad intelligendum I 81 a — Mens non novit nisi cuius meminit V 303 I *Vide V. Intellectus 14.*

— non est in nostra potestate I 81 arg. 6. IV 408 f. 1. 1009 4\* — Actus retinendi species est naturalis et non subiacet voluntati II 193 a, 3\*

— In memoria non fligitur aliquid, ubi est vagatio animae V 423 16 — impeditur per superfluitatem III 581 b

— in anima tenet cum oblivione II 400 arg. 4 — Deformatio et corruptio memoriae est per oblivionem II 192 arg. 2, 3 — Oblivio vel significat deletionem speciei de memoria, vel debilitationem ad actum recordationis II 193 a — Oblivio quantum ad amissionem speciei est ex impotentia naturali *ib.* 3\*, 6\*

METAPHYSICA — est de rerum essentiis V 305 6 — Metaphysicus considerat essentias rerum II 94 f. 2. V 354 1 — De consideratione metaphysici est medium essentiae V 331 11 — dirigit ad quidditatum differentias considerandas V 350 6. 357 22

— Metaphysicus considerat universale, quod est forma totius, quae dicitur essentia rei II 441 a — Metaphysicus considerat universale proprie dictum *ibid.* — Metaphysicus considerat universales formas sive essentias, in quibus res singulares habent assimilari II 442 a — Metaphysicus considerat formas separatas V 475 9

— Metaphysicus considerat omne eius II 97 a — Metaphysicus considerat naturam omnis creaturae et maxime substantiae *ib.* b — est circa considerationem omnium entium, in quantum exierunt a primo principio V 321 4

— se extendit ad substantias summas V 476 12 — assurgit ex consideratione principiorum substantiae creatae et particularis ad universalem et increatam V 331 13

— versatur circa rationes formales in divina sapientia V 321 4. 324 19 — Metaphysicus considerat primum esse in ratione omnia exemplantis V 331 13

— Metaphysicus considerat esse divinum, ut habet rationem principii, medii et finis ultimi V 331 13 — Metaphysicus assurgit ad considerandum esse divinum in ratione principii omnia originantis et in ratione ultimi finis *ibid.*

— Metaphysicus indicat nobiliori modo quam scientiae inferiores II 97 b

MIXTIO — est miscibilium alteratorum unio IV 259 f. 3. 260 3\* — non est sine alteratione et transmutatione II 424 arg. 4 — perfecta est, cum miscibilia sunt perfecte alterata II 378 a

— Elementa plura non possunt venire ad constitutionem corporis unius nisi per mixtionem IV 1022 arg. 1 — Natura subiecta contrarietati multiformiter potest misceri V 220 b

— In mixtione transmutantur formae mixtorum, et resultat tertium III 158 a. IV 259 f. 3

— communiter dicitur, quando miscetur aliquid alicui alterius naturae, quod tamen non habet proportionem, sed illud tanquam praedominans solvit speciem et convertit in se IV 260 3\*. 266 d. 5. 279 1\*. 280 b

— Nihil venit ad constitutionem mixti nisi corpus, quod est miscibile II 421 f. 2

— Miscibile non est nisi corpus rarefactibile et condensabile et corruptibile *ibid.* 422 b. 423 a — Duris non potest aliquid commisceri, ut transeat in ipsum IV 259 7\*

— In mixtione naturali fit universalis alteratio quantum ad naturam et virtutem IV 280 b — In mixtione est profundatio et contractio usque ad minima II 425 a — est usque ad minima non secundum quantitatem, sed secundum virtutem IV 280 a sq.

— Miscibilia praecedunt mixtum II 299 f. 3

— ad hoc, quod sit conveniens, oportet quod plus sit ibi de natura gravium secundum quantitatem II 367 b — In mixtis non potest esse aequalitas miscibilium a pondere sive secundum quantitatem molis et elementa passiva, sive secundum quantitatem virtutis et elementa activa II 425 a sq. — In mixtis naturalibus reperitur aequalitas a iustitia per commensurationem miscibilium secundum proportionem debitam et secundum exigentiam formae introducendae *ib.* b — perfecta non est, nisi concurrant quatuor elementa II 217 b. 378 a

In mixtione necessario est mutua actio et passio et qualitatum contractio IV 1022 arg. 1, b — fieri non potest nisi per contraria agentia et patientia V 221 a — fit per contactum secundum totum IV 279 a

— Cum ex diversis elementis fit mixtio in unum, appetitus naturae completur, et violentia non infertur II 378 6\*

— Quod unitor alicui secundum praesentiam et dependentiam et concomitantiam in materia permiscetur proprie I 639 1\*

— inaequalis est via ad dissolutionem IV 1022 arg. 3 *Vide V. Inaequalitas* in Indice gener.

— Permixture respectu puri defectivum est V 359 30 — Permixture dicit privationem *ibid.*, 32

MOTUS — est perfectio entis in potentia II 31 arg. 4 — est entelechia entis in potentia II 59 b. 60 1\*. IV 1031 arg. 3. V 103 f. 2 — est actus imperfectus I 654 f. 2 — Mobilitas dicit actualitatem quandam cum adiuncta possibilitate et dignitatem aliquam cum imperfectione V 100 2\* — In motu est actus et variatio sive imperfectio I 654 1\*

— respicit motorem, mobile et terminum II 59 b

— Moveri est in medio inter terminum a quo et terminum in quem I 659 f. 2. 662 f. 1 — naturalis, maxime localis, necessario habet terminum a quo et terminum ad quem ut principium et terminum III 369 4\* — Quod mutatur secundum lo-

cum recedit ab uno et accedit ad alterum IV 242 f. 3 — In omni motu necesse est intelligere accessum et recessum ac per hoc aliquam distantiam extremorum V 104 9\* — In motu proprie dicto, qui concernit duos terminos, unum a quo incipit, et alterum in quem tendit, impossibile est, quod aliquid moveatur ad terminum ad quem, quin aliquo modo separetur a termino a quo II 966 5\* *Vide V. Recessus* et *V. Intentio* in Indice gener.

— Ubi est motus localis, necessario est approximatio vel elongatio I 663 2\* *Vide V. Distantia* in Indice gener.

— Moveri per locum, ut est per circumscriptionem ferri de loco ad locum, est tantum corporum, ut minus proprie est secundum definitionem transire, est spirituum I 658 b, 2\* *Vide V. Corpus-motus.* — Spiritus non movetur per locum secundum circumscriptionem et dimensionem I 660 1\* — Spirituale non movetur per circumscriptionem nisi per accidens, alio moto, in quo est I 658 2\*

— Loci mutatio sine medio non est motus I 660 a — Quod habet situm in impartibili non potest moveri supra magnitudinem I 661 2\* — Quod habet situm in magnitudine, si movetur, movetur ad acquirendum situm *ibid.* — Quod acquiritur per motum acquiritur ita, quod pars post partem *ibid.* — Quod movetur motu continuo indivisibilia, per quae pertransit, respicit ut unita et ita, ut sunt in continuo, nec ea actu numerat *ib.* 3\*

— omnis proprie dictus habet prius et posterius, et situm et tempus I 662 f. 4. 663 1\* — omnis stat cum priori et posteriori V 103 f. 3 — omnis localis naturalis est successivus I 662 f. 3. 663 a — est transmutatio successiva III 141 b — Nihil creatum potest moveri subito, transeundo per medium I 662 f. 2, 3. 663 a

— Movere successive est virtutis finitae II 345 f. 3. 346 a — Finitae virtutis proprie est movere in tempore, maxime per medium I 663 a — omnis localis est in tempore proprie vel large dicto IV 1031 1\* — continuus mensuratur tempore proprie dicto, motus instantaneus tempore large dicto I 665 d. 3 — Quod movetur in tempore imperceptibili dicitur moveri repente potius quam subito I 663 1\* — Virtus, quae movet in instanti, est infinita I 662 f. 3

— Res sunt mutabilia ad situm per partibilitatem mobilis II 97 b

— Quod movetur per medium est in pluribus partibus medii successive I 662 f. 2. 663 a. 664 4\* — Quod movetur successive partim est in termino a quo, partim in termino ad quem vel secundum diversitatem partium, vel solum per accessum et recessum I 664 3\* — non est successivus, nisi sit prius et posterius in magnitudine, supra quam est, sive in eo quod acquiritur per motum I 663 2\* *Vide V. Successio* in Indice gener. — successivus est compositus, sed non habet partes acta I 664 5\*

## MOT

— Ubicumque est motus, ibi est continuitas et variatio in motu et in mobili II 354 arg. 2 — Varietas mobilis disponit ad motum II 353 f. 3 — Multiformitas disponit ad motus varietatem, non ad uniformem quietem V 221 a — est propter aliquam diversitatem vel in eo quod movetur, vel in eo circa quod movetur II 314 arg. 2

— Mobilis et moti est eadem ratio, quia motum esse addit super mobile actum et dicit totum, quod dicit mobile I 327 2\*

— omnis est in actione II 31 f. 2

— accipitur passive, vel active II 648 d. 1

— numeratur subiecto, tempore et termino III 608 f. 1 — sunt varii secundum respectum ad motorem et mobile et terminum II 59 b — non numeratur propter differentiam medii, sed extremi III 607 arg. 1

— definitur per id, ad quod est II 59 b

— omnis est ad situm, vel ad formam I 664 d. 2. II 31 arg. 6 — omnis reducitur ad mutationem secundum formam, secundum situm, vel secundum tempus V 99 a, b — omnis comprehenditur sub mutatione secundum tempus et secundum locum I 654 1\*. 664 d. 2 — Variatio attenditur aut secundum locum, aut secundum tempus I 159 arg. 3

— localis est ab uno in alium I 211 b. 231 arg. 4 — Per motum secundum locum id quod est in potentia ad unum locum, fit actu in illo I 638 f. 3 — Mobile secundum situm ex ipso motu praesens efficitur pluribus locis, et quod velocius movetur pluribus locis velocius praesentatur V 100 1\*

— localis est entis completi I 231 arg. 4. II 19 arg. 1. 365 d. 1. IV 242 f. 3 — ad situm non est nisi rei completae et habentis formam II 365 d. 1 — ad situm est sine deperditione vel innovatione circa qualitatem sive proprietatem substantiae, nisi motus pariter sit ad formam I 664 d. 2 — Sola locali mutatione producitur aliquid, praesistente forma permanente I 335 d. 4 — naturalis ad situm est quodam modo ad formam I 663 3\*

— localis est perfectior inter motus I 232 4\* — perfectissimus est motus secundum locum I 654 arg. 1 — ad situm perfectior est II 19 arg. 1 — omnis reducitur ad motum perfectum, scilicet localem V 352 17

— Per accidens movetur aliquid alio moto, in quo est I 658 2\* — Motus nobis moventur ea quae in nobis sunt I 116 arg. 3. 160 3\* — Si aliquid est inseparabiliter in aliquo, moto illo, necesse est, illud moveri IV 223 f. 4. V 98 arg. 40

— Motus nobis moventur ea quae in nobis sunt, ita quod dependent et definiuntur I 655 3\*, 4\*. V 101 9\* — Quod movetur ad motum illius, in quo est, est in illo definitive IV 221 arg. 3 — Quando aliquid totum est in aliquo, movetur illo moto I 171 arg. 5 — Quod est in toto, sed in nulla parte definitive, movetur ad

motum totius, sed non ad motum alicuius partis I 172 5\*. 655 3\*. IV 221 3\*. V 101 9\* Vide V. *Accidens* (407 c) et in Indice gener. V. *Radius*. — Virtus movetur per accidens ad motum principii influentis II 325 1\*

— Motus non est motus IV 510 arg. 4

— Motus non est motus ut termini, sed ut principii I 324 5\*

— omnis finitus habet principium, a quo incipit II 343 f. 2 — incipit ex ea parte, ubi motor prius influit *ib.* b sq., 1\*

— sequitur esse secundum naturam, tamen duratione potest simul cum mobili incipere II 316 4\* — et mobile possunt incipere in eodem instanti II 23 2\* Vide V. *Actio* (409 b).

— non exit in esse per se nec in se, sed cum alio et in alio II 23 2\*

— Per omnem motum aliquid acquiritur I 654 f. 3

— omnis est propter aliquem finem IV 991 f. 2 — omnis est propter carentiam alicuius rei IV 1031 arg. 3, 1\* — Habilitas ad motum sequitur inclinationem ad perfectionem IV 1032 b — omnis est propter aliquam indigentiam supplendam vel in ipso mobili, vel in aliquo inferiori I 657 arg. 3. II 354 arg. 3 — est propter supplendam indigentiam propriam, vel alienam III 371 1\* — Ad motum necessarius est effectus vel utilitas mobilis, vel alterius II 72 3\*

— omnis est propter indigentiam, quae vel dicit imperfectionem, vel tantum limitationem, vel est propter indigentiam alienam I 658 3\* — naturalis non est nisi propter indigentiam per appetitum alicuius rei, qui ponit imperfectionem in natura *ibid.* — qui est propter carentiam alicuius rei, quae inhaeret ut proprietas absoluta, facit imperfectionem in mobili IV 1031 1\* — qui est propter carentiam alicuius rei, quae assistit per naturam, attestatur alicui imperfectioni rei *ibid.* — qui est propter carentiam alicuius rei, quae assistit per voluntatem, non ponit imperfectionem in mobili *ibid.* — ad formam et ad situm attestatur imperfectioni propter indigentiam *ib.* 3\* — localis dicit indigentiam et imperfectionem I 231 arg. 2. 232 4\* — Esse mobile per varietatem inhaerentem spectat ad incompletionem V 100 1\* — Omne, quod movetur propria forma, movetur propter propriam indigentiam II 348 f. 5. 349 a — voluntarius non est propter indigentiam, sed sive propter aliud acquirendum, sive ad virtutem demonstrandam I 658 3\*

— omnis ordinatus, nisi sit frustra, aliquando consequitur finem IV 991 f. 2

— Omne, quod movetur propter aliquid, assecuto eo, quiescit I 658 3\*. II 890 arg. 2. IV 991 f. 2. 992 a

— Finis motus, qui est intra, dicitur terminus, finis extra est terminus intentionis IV 991 b — rectus naturaliter habet terminum intra et extra, circularis autem finem intentionis habet per naturam, sed terminum solum ratione principii moventis IV 992 a, 4\* — Quod naturaliter mo-

## MOT

vet semper movet, quantum est de se II 645 arg. 3 Vide V. *Quies* in Indice gener.

— Elementa gravia sunt minime ad motum habilia II 380 arg. 3 Vide V. *Gravitas* in Indice gener. — naturalis debetur corpori ratione sui ponderis II 381 4\*

— sequitur naturam praedominantis secundum quantitatem II 380 arg. 4 — gravis et levis sequitur praedominans secundum quantitatem molis II 424 arg. 3. 425 a Vide V. *Corpus-motus*.

— Corpus orbiculare naturaliter est aptum ad motum IV 991 arg. 2 Vide V. *Figura* et V. *Sphaera* in Indice gener. — circularis non competit nisi figurae circulari II 341 f. 2 — Ei quod movetur circa locum vel in loco, magis competit figura orbicularis II 342 3\*

— Omnem motum et mutationem praecedit motus localis circularis, quia perfectus est II 19 arg. 1. V 359 29 — orbicularis solus motus est simplex, qui caret contrarietate II 340 a

— Ad motum alicuius corporis regularem et uniformem requiritur praeter virtutem motoris congrua dispositio ex parte mobilis et ex parte spatii II 314 arg. 1

— est ad locum, vel circa locum II 342 3\*. 349 a. 354 2\* — localis aut est circa medium, ubi non est contrarietas, et sic circularis, aut a medio, et sic est levium, aut ad medium, et sic motus gravium sive motus rectus V 352 17 — Ad locum movetur quod movetur sursum et deorsum secundum motum rectum II 342 3\* — Quod est firmum non movetur mutando locum, sed potest moveri in loco et circa medium *ibid.* V 369 1 — circularis est circa locum et non requirit immobilitatem nisi a parte medii II 70 f. 1 — circularis inter omnes motus locales est velocior et perfectior II 19 arg. 1

— per diffusionem non est proprie loci mutatio, sed generatio II 325 1\*

— Ad motum requiritur locus continens II 71 f. 1. 72 a, 3\* — Omne mobile est in loco II 71 f. 1 — Cuiusque convenit moveri secundum locum, convenit esse in loco determinato III 454 f. 3 — circularis non requirit locum in quo, sed circa quem II 72 3\* — In vacuo non est motus, non propter defectum resistentiae, sed distantiae I 663 2\*

— In uno motu considerantur ultimatum dimensionum II 344 3\*

— naturae durantis consimilis est II 59 b

— est in aliqua productione ratione praeparationis materiae per dispositiones accidentales, quae indiget successione et tempore II 32 a

— Impossibile est, quod unum et idem et secundum idem simul moveatur et stet II 56 b — Impossibile est aliquid moveri simul et semel oppositis motibus II 178 arg. 4. 179 a. 916 d. 2. 917 a. III 613 arg. 2. IV 342 d. 7 Vide V. *Actio* (410 c) et V. *Corpus-motus*. — Nihil, quod secundum locum mutatur, simul tendit ad differentias diversas positionum IV 242 f. 3



— idem in instanti non potest esse magis et minus intensus IV 395 arg. 1 — Unus secundum eandem partem non potest esse primo velox et postea tardus II 941 1\*. IV 339 arg. 4

— Diversitas motuum in corpore subtili et ad motum fragili non tollit continuitatem II 352 a, 2\* — Motuum distinctio sola facit diversitatem corporum in genere mobilium *ib.* 1\*

— in id quod est secundum naturam, est facilius quam ille qui est in id quod est praeter naturam, si ille motus est secundum naturam, ita quod subiacet potestati naturae, et si motus praeter naturam non corrumpit nec dimittit naturae potestatem II 676 1\* — Quod movetur contra inclinationem movetur cum fatigatione et poena IV 1032 f. 2

— sequitur inclinationem II 865 arg. 5

— Motui accidunt velox et tardum II 941 1\*

— in unum est intensior quam in multa IV 1018 arg. 1 — perfectissimus est velocissimus II 19 arg. 1. 324 f. 4

— est sensibile commune V 300 3

— Obiectum physicae *vide V. Physica.*

— **Motor**, qui est hoc aliquid et substantia et motor sufficiens, aut est motor motus, aut motor non motus II 646 4\*

— Nihil secundum idem movetur et movet II 645 arg. 4 — Movens debet esse aliud a mobili II 348 b sq. — Principium passivum movetur ab alio I 122 d. 10 — Omne, quod movetur, ab alio movetur I 78 d. 1. II 347 f. 1. V 300 3 — Omne, quod movetur motu naturali, differt a motore I 659 4\* *Vide V. Natura (469 a).* — Ad motum non sufficit qualitas propria mobilis II 349 2\* — Quaedam a se ipsis moventur V 300 3

— Omnis motor sufficiens distat a mobili II 347 f. 3. 349 4\* — Motor distat a mobili in eo motu, in quo moveri est vere pati, et si motor est tota causa sufficiens et tota causa motus II 646 2\* — Distantia motoris a mobili secundum substantiam et completio motoris facit ad motus perfectionem II 349 4\* — Distantia motoris a mobili per absentiam impedit motum, sed distantia per independentiam a mobili iuvat I 639 2\* — Motor sufficiens non oportet, quod distet a mobili ut substantia altera, sed ut sit forma substantialis, quae se uniat parti motae, ut etiam distet II 375 2\*

— omnis naturalis est a forma intrinseca II 347 arg. 1 — Processio localis est nobilis, quia est a principio intrinseco I 231 arg. 1 — Ad complementum motus non facit esse a principio intrinseco propter unionem motoris ad mobile, sed propter sufficientiam motoris distantis a materia II 349 4\*

— Motor sufficiens non habet situm I 170 f. 5. 171 b. II 375 2\*

— Motor operatur super totum mobile II 78 arg. 2

— Quod propinquius est motori citius et velocius movetur II 71 arg. 4

— Motor est in mobili per virtutis influentiam I 649 a *Vide V. Proiectio* in Indice gener. — Motor unitur mobili secundum virtutem II 349 4\*

— Unius mobilis potest esse multiplex motor, et unus motor multa potest movere II 225 3\*

— Movere debetur substantiae, quae est hoc aliquid IV 273 arg. 1 — Motor, qui est causa sufficiens et tota causa motus, est hoc aliquid et substantia completa distans a mobili, non vero ille qui non movet nisi sicut dispositio vel instrumentum II 646 2\* — Motor sufficiens est hoc aliquid et habet materiam et formam II 375 2\* *Vide V. Forma 20.*

— Omnis motor est in actu respectu mobilis II 347 f. 2 *Vide V. Agens (412 b).*

— Movens praeceminet mobili II 595 arg. 5 — Secundum rectum ordinem superius movet inferius II 716 4\*

— Motor perfectior et absolutior minus dependet a mobili et est sufficientior I 639 2\*

— Virtus motoris debet proportionari mobili II 345 f. 2. 346 4\* — Motoris ad mobile debet esse proportio II 419 arg. 2

— Si tanta virtus movet in tanto tempore, et maior in minori, et maxima in minimo, et infinita in nunc I 662 f. 3. II 345 f. 3 — est velocior, secundum quod potentior est virtus I 662 f. 3 *Vide V. Agens (412 c).* — Ab eadem virtute non exit motus in infinitum maior et minor IV 409 arg. 4

— Lassationem in movente non facit finitas virtutis moventis, sed improprio motoris ad mobile, vel contrarietas, vel ineptitudo ex parte mobilis II 350 6\*

— Motor principalis excitat et movet motorem non principalem II 862 arg. 6

— Ad movendum requiruntur intentio, appetitus et virtus II 595 arg. 4 — Ad rectum motum progressivum concurrunt simul visus ostendens viam et pes incedens II 893 b

— Idem est quod dirigit separando a termino et inclinando ad terminum IV 27 arg. 4 *Vide V. Pondus* in Indice gener.

— Per eandem vim, per quam quis movetur ad aliquid, quiescit ibidem II 675 arg. 5 — In motu corruptionis non oportet, quod quis per eandem vim, qua movetur, persistat in termino II 677 5\*

**MUTATIO** — Mutari est aliter se habere nunc quam prius II 31 arg. 2. V 105 3\* — Mutabile est quod se habet uno modo prius et alio modo posterius I 679 6\*. II 31 arg. 3. V 98 arg. 11 — Mutabile est quod non eodem modo se habet prius et posterius, aut quia nullo modo se habet prius et posterius, aut quia simpliciter aliter prius et posterius II 32 3\* — Mutationis naturalis ratio est aliter se habere nunc et prius *ib.* 2\*

— Impossibile est de non tali fieri tale sine illius mutatione V 98 arg. 8 — Omne, quod nunc est aliquid, quod non erat prius, est mutatum I 157 arg. 2 — Omne,

quod incipit esse aliquid, quod non erat prius, est mutabile I 521 arg. 4 — Quod introducit de non esse in esse mutatur V 27 arg. 3 — Omne, quod exit in esse, exit per motum vel mutationem II 49 arg. 1, 2 — Mutatum esse est superius ad factum esse III 174 arg. 1 *Vide V. Fieri* in Indice gener. — Quod de non praesente fit praesens mutatur V 101 7\* — Quod incipit esse in aliquo, ita quod ab ipso aliquo modo dependet et per illud contrahitur, mutatur ex illa inceptioe *ib.* 9\*

— omnis est via II 33 arg. 4 — sunt viae ad res II 562 b

— Omne, quod exit de potentia in actum, aliquo modo mutatur V 98 arg. 5 — est, ubi est exitus ab ente in potentia ad ens in actu, quod se habet aliter nunc quam prius V 104 4\*. 106 10\*, 11\* — Omne, quod mutatur, per prius est in potentia quam in actu I 156 f. 3 — Motus sequitur ad generationem, quae fit de ente in potentia V 105 4\* — est de necessitate in corruptione, sed non in omni generatione *ib.* 3\*

— Omne mutabile aliquo modo est possibile V 103 f. 2 — Omne possibile ad actum et complementum est mutabile III 8 arg. 3 — Mutabile est omne, cui aliquid advenit ex tempore V 97 arg. 3

— Omne est mutabile, quod est de nihilo factum II 30 f. 1 — Omne, quod sibi relictum in nihilum cedit, quantum est de se, est mutabile I 159 f. 3 — Omne vertibile est mutabile I 158 f. 2

— Mutabilitas non est in re simpliciter, quia sunt ex nihilo, sed in quantum dicit positionem, venit a materia II 89 f. 1 — Mutabilitas non est pura privatio, immo dicit aliquam positionem *ibid.*

— non potest esse nisi in re mutabili et variabili propter defectum V 105 3\* — Omne mutatum habet in se mutabilitatem I 159 f. 6 — Ubi nulla potest esse mutatio et nihil mutabile, non est mutabilitas V 104 a

— Alterabile est quod suscipit peregrinas impressiones II 350 d. 2

— et motus semper incompletionem dicit V 104 2\*

— Omne, quod mutatur, aut acquirit aliquid, aut perdit V 97 f. 5 — In omni, quod mutatur, aut aliquid advenit, aut recedit *ib.* f. 6 — naturalis est per receptionem tantum, vel per receptionem et abiectionem IV 1021 4\* — In esse rei mobilis aliqua proprietas habita amittitur, vel non habita acquiritur II 62 b — Amissio alicuius et acquisitio de necessitate mutationem includunt V 406 12\* — Nihil novum acquiri potest sine aliqua mutatione acquirantis vel acquisiti III 165 a — Possibile est ad mutationem quod potest acquirere aliquid in se ipso, non in altero III 10 3\* — Quod nihil novi acquirit, nihil habitum perdit non potest mutari V 310 7

— Cum aliquid non participans rationem alicuius fit participans, transmutatur in illud IV 270 arg. 4 — Quod mutatur in aliud fit illud vel secundum accidens, vel secundum substantiam IV 251 f. 2

## MUT

— naturalis fit per diversificationem proprietatum circa idem suppositum I 145 d. 4

— Nihil mutat aliquid, nisi corrumpat aliquid, quia non est mutatio sine deperditione II 184 f. 3 — In omni mutatione ad formam aliquid deperditur, unde potest dici mors IV 1031 2\* — est quaedam mors in natura mutabili I 158 f. 1

— Quod mutatur fit aliquid IV 251 f. 4

— ad esse non est sine inceptioe, ab esse non est sine defectione, in esse non est sine variatione et qualicumque successione V 104 a

— est in productione ratione exitus in esse sive receptionis novae substantialis formae, quae fit in instanti II 32 a

— Aliquid est mutabile in productione, cum fit abiectio habiti ex parte principii, vel introductio novi ex parte producti, vel decisio ex parte fundamenti, de quo intelligitur produci V 104 b. 106 12\* — est in productione de aliquo mutabili, quia non potest esse idem ibi per omnimodam indifferentiam quod datur et quod accipitur et actus intermedius V 106 9\* — est in productione de parte, non in productione de tota substantia *ib.* 42\* *Vide V. Generatio 7* in Indice gener.

— Aliquid praedicatur denominative per modum transmutationis III 156 4\*

— naturalis praeequit materiam et ens in potentia II 32 4\* — Ad transmutationem physicam concurrunt subiectum et duo contraria IV 281 arg. 2 — Ubi deficit materia, non est intelligi mutationem physicam *ibid.* *Vide V. Materia 25.* — omnis fundatur super aliquod mobile II 31 arg. 5 — Nihil nullo modo mutabile est V 103 arg. 10

— Omne mutabile secundum proprietates est aliquid praeter illud, secundum quod mutatur I 145 d. 4

— Quod mutatur aliquo modo manet IV 244 arg. 3 — In omni specie motus aliquid manet *ib.* arg. 4 — In mutatione naturali manet illud, in quo fundatur potentia materiae *ib.* arg. 2 — In aliqua mutatione nihil commune manet IV 245 a, 1\*

— ad esse nihil ponit nisi a parte termini, mutatio ab esse nihil nisi a parte principii, mutatio in esse ponit ex parte utriusque II 34 b — in esse utrumque extremum habet et subiectum, quod est prius natura quam terminus, quem mutatio natura potest praecedere *ibid.*

— in esse est aliquid diversum a termino secundum rem, quamvis non sit ens actu completum II 34 b — in esse, quae habet duo extrema, necessario differt a

termino II 35 4\* — quae habet tantum ultimum extremum ens, non potest dicere medium, sed se tenet cum altero extremorum *ibid.* — ad esse nihil aliud est quam nunc primo esse, mutatio ab esse nihil aliud est quam nunc ultimo esse et ideo non ponit aliquid aliud secundum rem quam esse, sed solum secundum intentionem II 34 b

— In instanti mutationis non est terminus a quo nec terminus ad quem IV 249 arg. 3

— Mutationis non est mutatio IV 180 arg. 1

— et motus reducuntur ad genus termini sicut viae II 562 b

— Omne, quod habet aliquam variationem, cadit aliquo modo a necessitate secundum id, secundum quod mutatur V 97 f. 4 — Contingens est mutabile et variabile V 347 29 — Mutabilitas includitur in contingente V 109 6\*

— potest esse, ubicumque est extensio quantitatis et compositio II 224 a — Nul- lum mutabile est simplex II 89 f. 1 — Mutabilitas non stat cum simplicitate V 97 f. 6

— In omni mutatione est aliquo modo prius et posterius V 97 f. 8. 104 f. 5. 106 11\* — In qualibet mutatione prius est terminus a quo quam terminus ad quem secundum naturam, vel secundum tempus IV 425 arg. 1 *Vide V. Actio (410 c).*

— est instantanea III 111 b — In mutatione subita simul est fieri et factum esse II 116 f. 6. 708 d. 1. IV 249 3\*. 426 4\* *Vide V. Fieri* in Indice gener.

— Natura non sustinet repentinas im- mutationes IV 88 a. 180 f. 2 — Inter mu- tationes contrarias de necessitate est quies media II 116 f. 6

— denominatur a termino I 233 arg. 3

— vel est de esse in aliud esse sive in aliam formam, vel de non esse in esse, vel de esse in non esse II 224 b. V 104 a — omnis vel est ad esse, vel ab esse, vel in esse, quia vel esse accipit, vel esse per- dit, vel ab uno esse sive modo essendi in aliud transit V 97 f. 9

— prima est illa quae est ad esse II 740 arg. 1

— aut est generatio, aut corruptio I 662 f. 4 — quae est ab ente in ens, est secundum accidens et dicitur variatio; quae est ab ente simpliciter in ens potentia sive secundum quid, est secundum formam et dicitur corruptio; quae est ab ente in simp- liciter non ens, est secundum totam rei substantiam et dicitur versio I 160 a — Motus ad formam dividitur per quinque spe-

## MUT

cies et comprehendit omnem mutationem secundum qualitates et proprietates I 664 d. 2 — Sex genera mutationis IV 245 a sq. — omnis aut est secundum substan- tiam, aut secundum accidens I 156 f. 4. II 31 arg. 6. V 97 f. 10

— secundum substantiam vel est re- spectu esse simpliciter, vel respectu esse perfecti, eadem substantia remanente I 309 4\* — Aliquid mutatur secundum substan- tiam, quando perdit naturale, quod con- sequitur naturae complementum, non quod consequitur defectum II 184 1\* — est quan- tum ad essentiam et statum, vel quantum ad primum esse et bene esse *ib.* a *Vide V. Corruptio.* — Quod mutatur secundum substantiam ut terminum formalem et respec- tu esse simpliciter est aliud et aliud I 309 4\*

— secundum accidentia est alteratio IV 279 1\* — Motus alterationis est secundum qualitatem absolutam III 166 a — Proprie- tas absoluta nova facit mutationem III 175 3\* *Vide V. Accidens (408 a. 407 c)* et *V. Relatio.*

— Magis mutatur res, quando suscipit formam novam, quam quando acquirit no- vum situm II 31 f. 5 — Maior est varia- tio in motu secundum substantiam, quia est entis in potentia, minor in motu secun- dum locum I 180 arg. 2 *Vide V. Forma 24.*

— secundum formam est in elementa- ribus, secundum situm in aetherialibus V 542 10 — secundum formam est in omni- bus compositis per naturam I 160 b *Vide V. Corpus-mutabile.* — secundum acci- dens est in omni creatura I 160 a, 1\*

— Alteratio in mixtione *vide V. Mixtio.*

— Aliquid est mutabile ex se ipso, vel in alio, vel ab alio, vel cum alio V 99 a

— Omne, quod mutatur, aut mutatur in statum meliorem, aut deteriorem, aut aequalem I 157 f. 4. V 97 f. 7

— Cum sunt diversae essentiae, unum potest mutari, altero non permutato I 158 2\*

— maior est in perveniendo ab uno in alterum, quanto magis sunt distantia II 31 f. 4 — inter extrema in infinitum di- stantia non potest fieri per virtutem fini- tam I 159 arg. 7

— Mutabile et immutabile per naturam dicunt differentias oppositas, et est impos- sibile, esse circa idem manens idem, nec simul nec successive II 184 2\* — Muta- bile et immutabile respectu diversorum obiectorum non faciunt potentias essentia- liter diversificari II 567 3\*

— Ubi est mutabilitas, ibi nulla est certitudo I 694 f. 6

## N

## NAT

NATURA — est forma, qua unumquodque est id quod est V 65 b — est earum rerum, quae cum sint, quoquo modo intellectu capi possunt III 130 arg. 4 — est unamquamque rem informans specifica differentia *ibid.* 453 3\*. V 65 a sq. — est specifica differentia, non abstracta, sed in particulari veraciter existens III 131 4\*

— Veritas naturae attenditur quantum ad propriam formam III 130 f. 1 — accipitur pro vera materia et vera forma III 131 a — dicit principia constituentia, vel formam completivam III 453 3\*

— dicitur tripliciter sive proprie, sive large II 876 d. 2

— tertia constituitur in unione duarum, quae habent mutuam repugnantiam et non excellentem praedominantiam, vel quae habent mutuam dependentiam III 138 a — plures non possunt constituere unam sine transmutatione et conversione, qua fit convenientia in forma *ibid.*, 3\*

— In natura est unitas inseparabilitatis V 381 8

— Essentia non differt ab eo cuius est essentia III 483 arg. 1

— dicit quid commune III 171 4\* — dicit ipsum commune II 789 1\* — nominat formam communem V 64 f. 3 — In nobis est unitas naturae per participationem unius communis essentiae I 207 d. 5 — In natura communi aliqua assimilantur similitudine, quae fundatur et stabilitur in aliqua forma stabili V 350 9 — communis in suis particularibus est unum in multis *ibid.* — praeter singularia solum est in nuda consideratione III 127 f. 3

— in supposito habet existere III 188 b

— In omni substantia, cuius est esse et operari, intelligitur natura et habens naturam I 413 b *Vide V. Quod est* in Indice gener. — Res naturae se habet per modum suppositi I 589 arg. 6 — Res naturae quasi medium tenet inter naturam abstractivè consideratam et hypostasim III 149 b. 150 6\* — Res naturae praedicatur de hypostasi, sed non de natura abstractivè considerata nec e converso III 150 6\* — Res naturae non praedicatur de natura I 589 arg. 6

— et res naturae in homine non est idem I 106 d. 5 — Res naturae in creaturis est aliud quam natura I 588 1\*. 595 d. 4 — Essentia creata differt a supposito I 168 a *Vide V. Quod est* in Indice gener.

— creata non praedicatur de hypostasi in abstracto, sed tantum in concrectione III 131 2\*. 150 3\* — et persona sunt indivisa II 720 4\*

— Diversis naturis diversae respondent res naturae III 149 b. 150 6\* — Res naturae unitatem habet sicut hypostasis III 150 6\*

— generatur III 188 f. 1, 2 *Vide V. Generatio 9* in Indice gener.

— Ubi sunt plura realiter plurificata, plures sunt essentiae V 43 f. 8 — Essentiae ipsarum rerum in rebus multiplicantur, quia ipsis rebus intrinsecae sunt V 14 3\*

— in supposito habet multiplicari III 188 b. 189 1\* — Essentia creata multiplicatur in suppositis I 117 b. 168 a — creata habet multiplicari in diversis personis III 142 d. 1. V 65 b — in inferioribus numeratur in suppositis et distinguitur per generationem I 119 4\*, 2\* — Essentia necessario plurificatur in generante et generato praeterquam in Deo I 665 d. 4 — Substantia omnino eadem in creatis non participatur a pluribus I 207 d. 5. 260 b — Essentia non potest esse in pluribus una et tota I 181 a sq.

— Quod natura numeretur in pluribus, est ex defectu simplicitatis I 53 f. 3 — in pluribus hominibus non diversificatur, tamen multiplicatur II 104 3\*

— dicit rei essentiam, vel operationis principium I 547 2\* — dicit formam substantialem in comparatione ad operationem propriam I 551 d. 5 — nominat rei formam entem in motu et materia ut naturalium operationum principium III 131 4\* — dicit essentiam ut alterius principium et comparationem ad productionem sive emanationem naturalem I 374 1\* — plus dicit in habitudinem principii vel causae quam in habitudinem formae III 196 b — est principium rei genitae III 195 f. 3

— non est ratio agendi et patiendi nisi in supposito III 127 b

— est principium motus et quietis II 347 arg. 1 — est principium motus et quietis per se et non secundum accidens III 130 arg. 4

— dicit originale principium alicuius effectus II 460 2\* — dicitur naturalis origo I 161 7\* — dicit ut a quo II 436 b

— dicit vim productivam I 374 b. II 436 a. 789 4\* — est vis insita rebus similia ex similibus procreans I 134 arg. 2. 374 b. II 201 arg. 5. 373 arg. 4. 764 6\*. 789 1\*. III 334 arg. 4. IV 891 f. 4. V 181 a

— proprie dicitur vis insita rebus, secundum quam res naturales peragunt cursus suos et motus solitos II 437 5\* — est vel quod agere vel quod pati potest III 130 arg. 4

— cooperatur Deo in productione naturalium per modum vere efficientis IV 428 b — in generatione naturali est vere agens II 728 b — aliquid agit IV 889 a — In omni naturali opere data est virtus creaturae, per quam operatur IV 231 arg. 5 — est agens praecipuum et efficiens in naturali opere IV 232 b *Vide V. Coopera-*

## NAT

*tio* et *V. Creatura - agens* in Indice gener. — Omne, quod est aliqua natura, habet operationem naturalem II 566 f. 4

— producit sibi simile per vim sibi datam II 443 5\* — producit sibi simile et aequale I 544 a — producit simile in specie II 214 f. 2. 215 a — In productione naturali producitur similis in substantia et natura I 58 4\* — Quod nascitur ex aliquo est natura conformis cum eo ex quo nascitur III 486 f. 6 — Agens per naturam producit sibi similem secundum veritatem II 202 a *Vide V. Generatio 2, 4* et *V. Productio* in Indice gener.

— Actio naturalis est ad generandam speciem consimilem in passo secundum naturam IV 934 1\* — Agens per modum naturae dat producto proprietates naturales consimiles I 804 arg. 3 — ut agens particulare producit simile in proprietatibus specialibus I 805 3\* — Quod emanat per modum naturae emanat per modum perfectae et expressae similitudinis I 496 3\*. 544 a, b

— Per naturam simile ex simili producitur I 803 f. 4. II 201 arg. 5. 764 6\*

— perfecta potest producere sibi similem I 251 arg. 3 *Vide V. Generatio 6* et *V. Perfectio* in Indice gener.

— respicit generativam virtutem II 764 6\* — Vis generandi respicit naturam de se I 134 arg. 2. II 783 4\*. V 236 a *Vide V. Generatio 20* in Indice gener.

— quod agit non agit ex nihilo IV 889 a *Vide V. Actio (410 a)* et *V. Forma 22, 25.*

— quidquid facit facit secundum rationes seminales II 435 arg. 5. 436 a — Quod est in potentia naturae ut potente ad actum perducere dicitur fieri secundum rationes seminales II 436 b — mediante ratione seminali pervenit ad ultimum complementum II 439 arg. 1, 2 — Agens naturale agit influendo et impericando aliquid sui, quo mediante perficit illud quod erat in materia, et illud quod influitur a parte agentis, fit aliquid de completo esse ipsius producti IV 889 b *Vide V. Ratio.*

— dum operatur, immittit virtutem suam usque ad intima passi II 207 d. 3 — Agens in corporalibus influit virtutem suam passo usque ad intimum, aliter non alteraret totum II 226 arg. 3

— non potest in totam rei substantiam V 287 a

— non potest corruptum idem numero reparare IV 889 b. 892 b. V 287 a — non reducit a privatione in habitum IV 891 f. 1

— ut agens universale producit necessario I 805 3\* — Naturalia moventur quadam necessitate II 891 a — Actio naturalis est secundum necessitatem II 314 f. 4.

## NAT

IV 509 3\*. V 94 b sq. — Quod oportet evenire est in potentia naturae II 892 arg. 3

— ad unam partem est determinata IV 410 6\* — est agens determinatum II 809 b — Intentio naturae movet determinate ad unum II 194 b — Potentia naturalis est determinata ad unum I 798 arg. 4. II 566 2\*. 617 6\*. 620 4\*. III 383 arg. 1 — Potentia operans per modum naturae est circa aliquid determinata V 25 41\* — Causae naturales determinatae sunt ad unum cursum V 408 5\*

— facit uniformiter IV 415 1\* — operatur uniformiter et modo consueto II 436 b. 871 arg. 4 — Potentia, quae movetur naturaliter ad suum obiectum, movetur uniformiter II 565 arg. 3 — Virtutis naturalis est moveri uniformiter II 916 d. 2 — non movetur nisi uno modo II 453 1\*. III 425 b

— Potentia naturalis nullo modo potest in opposita II 567 2\* — Principia naturaliter causantia non inclinant ad opposita II 469 f. 4

— Causae naturales sic faciunt, secundum quod est eis inditum V 408 5\* — non movet se ipsam I 659 4\*. V 239 a

— habet dividi contra voluntatem V 110 arg. 9 *Vide V. Agens* et in Indice gener. *V. Processio*. — Prius est principiare naturale et intrinsecum quam voluntarium et extrinsecum V 113 f. 7

— est operans per intentionem II 595 arg. 4. 871 arg. 4. 890 arg. 4 — non operatur solum per intentionem alienam, sed etiam per propriam et intrinsecam, sed improprie II 890 b sqq.

— agit nobiliori modo quam voluntas, quae non potest omnia, quae vult I 805 3\* — sufficientior est in agendo et paucioribus indiget et nobiliorem effectum producit quam ars I 804 arg. 3

— ordinate facit quidquid facit II 449 f. 5 — operatur quam citius potest I 184 f. 1. II 295 arg. 6. III 809 d. 5 — operatur quanto potest brevius et delectabilius et ordinatius II 730 a — non facit cum maiori difficultate quod potest facere cum minori II 353 arg. 2

— prudentissima est II 594 5\* — non deficit in necessariis II 353 f. 2. 556 f. 3. 698 arg. 5. 706 f. 4

— nihil facit frustra II 73 arg. 2. 596 a. 698 arg. 5. IV 451 arg. 2. 233 f. 4. 453 arg. 5

— non facit per plura quod potest facere per pauciora I 196 4\*. II 353 arg. 2. 741 f. 6. III 42 f. 1. 46 arg. 4. 809 d. 5. IV 451 arg. 2. 623 arg. 4. 975 f. 2. V 28 arg. 16 — facit semper per pauciora, quanto potest bono modo IV 41 arg. 2 *Vide V. Superfluitas* in Indice gener.

— habita sua perfectione, quiescit I 658 3\*

— semper desiderat quod melius est II 341 a. 378 6\*. 485 arg. 2. 809 b. 865 arg. 5. III 436 f. 3. IV 246 f. 4. 4038 arg. 3. V 526 4 — singularis desiderat rem facere, quanto meliorem et perfectiorem potest, et quod non faciat, hoc est praeter intentionem propter aliquam occa-

sionem incidentem IV 918 d. 2 — non semper desiderat melius simpliciter, sed melius in ordine II 487 2\*

— per prius intendit sibi quam alii II 730 a — naturaliter tenet quod est sibi conveniens II 479 arg. 3. 730 a — necessarium sibi reservat II 479 f. 3

— omnis refugit sibi contrarium et nocivum II 681 arg. 6 — conservatur in hoc, quod unitatem in suis principiis componentibus et etiam in partibus quantitativis servat pro viribus suis et expellit omne illud quod dispersionem inducit V 122 1\*

— cum dat esse, dat etiam potentiam permanendi II 556 f. 3

— omnis appetit salvari I 161 7\* — appetit magis conservari in se quam in suo simili III 643 f. 4 — appetit conservari in suo simili III 646 b — intentione universali intendit salvare speciem IV 918 d. 2

**NATURALE** — est quod Deus indidit unicuique rei a sua conditione II 113 f. 3. 336 arg. 6. 468 arg. 1 — Quod inest rei a sua prima origine inest ei naturaliter II 396 f. 1. 437 5\*. III 408 arg. 2. 334 arg. 3 — Naturaliter dicitur inesse subiecto quod inest a primordio ipsius rei III 109 a — Naturae ratione sui competit quod spectat ad originem naturae V 481 a — est quod inest alicui per nativitatem, vel per creationem I 240 d. 3

— dicitur non solum quod naturam habet ut subiectum, sed etiam quod consonat naturae subiecti I 480 d. 5 — Quod convenit alicui secundum naturales eius proprietates convenit ei naturaliter II 397 f. 3 — est quod habetur a natura et secundum consonantiam naturae, vel quod inest per propriam naturam sine quacunque alia causa I 761 d. 5

— est quod egreditur per modum naturae, ita ut conveniat in natura, vel quod est a naturali principio sive proprietate II 397 3\* — dicitur habitudinem principii et causae, vel formae II 398 5\*. III 196 a

— creaturae dicitur quod inest ei per propria et intrinseca principia I 161 7\* — est quod inest per principia naturae creatae III 109 b — est quod est datum rei non solum, ut in ea sit, sed etiam, ut sit ab ea, ita quod sit a principiis subiecti IV 45 5\* — Illud est a natura, quod est a naturali origine non solum per concomitantiam, sed etiam ut a causa III 335 3\* — proprie non est omne, quod inest a principio nativitatis II 470 1\*

— est quod est a principio intrinseco, quod est de constitutione naturae III 409 3\* — Naturaliter dicitur inesse proprietates, quae causantur a principiis subiecti et per quam ipsum principium efficit operationem naturalem *ib.* a

— dicitur quod Deus sic operatur, ut virtutem agendi et movendi communicet creaturae II 346 f. 4, a — Non omne, quod est naturale, est a principio intrinseco sicut a tota causa, sed sullicit, quod virtus intrinseca cooperetur virtuti activae II 349 1\*

— Quod est in appetitu naturae est naturale IV 892 arg. 6 — est, in quod

## NEC

potest natura I 161 7\* — Quae non sunt in potestate naturae non sunt naturalia, licet sint in naturae appetitu IV 893 6\*

— Ad illud, ad quod res naturaliter ordinatur, habet naturalem appetitum IV 892 arg. 6 — Non debet infringi appetitus naturalis propter aliquod accidens praeternaturale II 774 3\*

— nullum est violentum II 618 f. 2

— simpliciter est, quod est omnino a natura, largius vero, quod inchoatur a natura et consummatur ab assuetudine II 917 d. 3

— est quod est idem apud omnes I 460 arg. 8. II 718 arg. 5. 902 arg. 6. III 114 f. 3. 818 f. 1. IV 44 arg. 5. 372 arg. 6. 847 f. 2. 1003 f. 3. V 180 f. 9 — Quod inest omnibus communiter inest naturaliter II 396 f. 2 — Quod omnibus inest est naturale I 459 arg. 8. V 239 a

— Magis sapit naturam rei quod habet esse in toto, quam quod habet in parte I 652 arg. 2

— Nihil, quod naturaliter fit, est novum, quia omne tale praecessit in suo simili III 144 f. 2 — Secundum naturam nihil est novum V 405 11

— Quod est naturale est indelebile II 192 f. 1 — Quod convenit naturaliter salva natura semper convenit IV 281 arg. 1 — sunt inseparabilia et quasi dantur ad semper III 761 2\* — concomitantur naturam inseparabiliter II 902 arg. 6 — Quae naturaliter insunt sunt inseparabilia II 912 f. 3 *Vide V. Essentiale*. — Naturaliter dicitur inesse quod inest inseparabiliter et a re non recedit III 109 a — Naturales impressiones non relinquunt I 153 f. 2 — non potest a nobis omnino auferri II 912 b. 913 4\*

— Quod naturale est nullo modo asuescit in contrarium I 153 f. 2. II 528 d. 3. 917 d. 3. IV 1003 arg. 2

— Veriori modo inest quod inest naturaliter, quam quod inest accidentaliter, quando illud quod inest accidentaliter, non praesupponit illud quod inest naturaliter II 917 d. 3

**NECESSARIUM** — omne est determinatum ad sic et non aliter se habendum I 679 6\*. III 352 6\*. V 49 f. 21. 107 arg. 1 — Nihil, quod est indifferens ad opposita, est necessarium V 107 arg. 2 — Quae moventur necessitate non possunt ad oppositas partes tendere II 891 a

— non habet possibilitatem ad non esse V 46 f. 13 — Repugnans necessario est impossibile I 677 f. 2, 3 — Necessesse esse et impossibile non esse convertuntur I 425 f. 3 — non potest vere cogitari non esse V 48 arg. 7. 106 f. 3. 110 arg. 6 — Nihil est summe necessarium, quod potest cogitari non esse propter defectum suae certitudinis et veritatis in se ipso V 112 6\*

— Simpliciter necessarium non claudit in se contingens I 485 arg. 2 — Nulli summe necessario potest attribui aliquid contingens V 107 arg. 3 — Nihil connotans contingens est necessarium I 678 b. 679 5\* — quod connotat contingens, denominatur contingens V 108 3\*



— prius est quam possibile V 114 f. 8 — Simpliciter necessarium nobilius est quam possibile sive contingens V 68 f. 4 — In necessariis est certitudo ex rerum principiis determinate acceptis V 26 18\* — Quanto aliquid magis est necessarium, tanto est magis certum certitudine simpliciter V 109 8\* — Quod repugnat certitudini et evidentiae ex parte rei repugnat necessitati V 112 7\*

— praesupponit verum V 110 arg. 6 — omne est scibile V 107 arg. 7 — solum natum est certissime cognosci V 111 a

— naturaliter insunt V 110 arg. 9 — Necessitas omnino intrinseca inest rei ex propria natura V 107 b

— omne est absolutum nec habet respectum ad aliquid a se distinctum V 110 arg. 4 — Simpliciter necessarium est omnino independens V 68 f. 4

— est immutabile I 677 arg. 6. V 19 f. 17. 97 f. 4. V 110 f. 1

— est incorruptibile V 68 f. 4 — dicitur esse verius quam contingens, quia durabilius IV 363 1\* — omne est interminabile V 19 f. 21

— Contingens non potest esse causa efficiens et conservans eius quod est necessarium per se et simpliciter III 248 4\*

— compatitur se cum omni possibili I 677 f. 2 — Si nihil est necessarium, nihil est impossibile V 107 f. 5

NECESSITAS — secundum quadruplex genus causae III 350 b — est materiae, vel efficientis IV 892 3\*

— vel est simpliciter, vel conditionata, sicut comedere necessarium est vivere volenti IV 174 a — est absoluta, vel conditionata III 567 4\* — absoluta opponitur

contingentiae, et dicitur consequentis; respectiva dicitur consequentiae et non opponitur contingenti I 675 b. 840 a — consequentiae non dicitur qualitatem absolutam I 829 b

— Impossibile est, necessitatem esse in composito nisi per necessitatem existentem in simplici V 107 f. 6

— Aliquid necesse est esse vel simpliciter, vel ut nunc I 675 3\*. III 248 4\* Vide V. Praesens et V. Praeteritum in Indice gener.

— Inesse simpliciter aequivaleret necessario I 675 2\*

— Ex maiori de necessario et minori de inesse simpliciter semper concluditur de necessario I 675 2\*

NEGATIO — Propositio negativa removet praedicatum a subiecto V 50 5\*

— Oratio negativa nihil ponit I 829 a — cum constantia subiecti aliquid ponit in subiecto I 498 1\* — in genere privat unum et ponit contrarium I 497 b. 505 d. 2

— extra genus generaliter privat et non ponit aliquid I 497 b — extra genus nihil ponit I 498 1\* — in genere remoto et extra genus proximum privat unum, ponit tamen aliquid generis remoti I 497 b

— non privat modum significandi sive dicendi I 496 f. 4 — Terminus negatus trahit significationem ab affirmato I 505 d. 2 — In termino affirmato et negato est idem significatum I 497 a. 505 d. 2

— Propositio negativa fundatur in ordine ad ens I 829 3\* — quae non est pura negatio, fundatur supra positionem I 533 f. 2 Vide V. Veritas-propositionis.

— plus tollit, quam ponat affirmatio III 447 d. 3 — plus tollit, quam ponat af-

firmatio opposita cum negatione implicita III 254 3\*. 255 b — explicita plus negat quam implicita III 257 4\*

— e contrario se habent affirmationibus III 853 4\*. 892 d. 1 — se habent e contrario affirmationibus quantum ad ordinem I 174 d. 1 — extra genus semper se habet contrarie affirmationi, sed non semper negatio in genere I 498 3\*

— summe opponitur affirmationi, ubi nihil ponit I 113 1\* Vide V. Contradictio.

— Ad negativam propositionem non sequitur aliqua affirmatio I 455 a. V 50 5\*

— Aliquid dicitur negative de aliquo, quod non habet illud nec est natum habere I 770 a. IV 357 4\* — privat actum et aptitudinem I 140 2\*. II 414 2\*

— non dicit deformitatem II 414 2\* — pura non dicit nobilitatem I 497 a

— pura non distinguit I 497 a

— confundit I 405 d. 3 — postposita relativo ipsum non confundit *ibid.*

— praeposita omnino a subiecto removet praedicatum I 98 3\* — praeposita signo universali facit aequipollere particulari negativo, postposita facit aequipollere suo contrario III 868 a — Termino habenti formam non multiplicabilem non differt praeposere et postponere negationem I 98 a, 3\*. 105 d. 3. III 473 7\* — Differt dicere: quidam homo non currit, et non quidam homo currit V 518 20

— cum constantia subiecti aequipollet termino mere privativo I 239 b

— antecedit compositionem, quam negat I 382 arg. 3

— duae aequivalent uni affirmationi I 138 arg. 2

— Prima cognoscuntur per negationem I 497 b

## O

OBIECTUM — potest dici materia circa quam I 8 2\* — potest simul esse finis habitus *ibid.*

— Illud est subiectum in scientia, de quo et de cuius proprietatibus est scientia tota I 6 f. 4 — Subiectum in scientia debet complecti omne, quod determinatur in illa *ib.* arg. 1 — Subiectum scientiae vel dicitur, ad quod omnia reducuntur sicut ad principium radicale, vel sicut ad totum integrale, vel sicut ad totum universale I 7 a — Illud est subiectum in scientia, secundum cuius divisionem dividitur scientia I 6 f. 2

— quod habet rationem materialis, vocatur obiectum commune secundum communem acceptionem et obiectum per accidens; illud autem dicitur obiectum proprie et per se, quod habet rationem motivi III 513 a — principaliter movens est, quod propter se appetitur III 595 a

— In obiectis consideratis secundum rationes easdem est diversitas materialis,

in consideratis secundum rationes alias et alias est diversitas formalis III 788 d. 4 — per accidens sive materiale et obiectum per se possunt differre specie vel genere, sed unius habitus est una ratio obiecti primi III 479 a sq. IV 386 3\* — quod est idem secundum substantiam, sed diversum secundum rationem movendi, facit diversitatem in actu et habitu et potentia III 593 5\*

— non oportet, quod sit nobilius organo, in quod agit, simpliciter, sed secundum quid, quia habet speciem, et illud est denudatum IV 1020 1\* Vide V. Cognitio 15.

— praesens delectat potentiam vel ut conveniens, vel ut perficiens, vel ut conservans IV 1019 2\* — excellens *vide V. Intellectus 3* et V. Sensus.

— in toto medio suam generat similitudinem V 301 7 — generat sibi similitudinem in speculo II 497 f. 4 — semper, quantum est de se, gignit similitudinem, cum est in sua completionem V 322 8

— secundum ordinem naturalem influit in organum IV 1020 f. 4 — exterius non agit in animam nec perficit ipsam II 538 b

Opinio — est acceptio unius partis cum formidine alterius I 811 6\*. III 520 arg. 3, b — aliquando dicitur acceptio animae generata ex rationibus probabilibus III 520 b — In opinione est acceptio unius partis sine pleno assensu credulitatis II 540 b — Opinionum contrariorum nulla est certa I 477 arg. 4 — Duobus contrarie opinantibus, alter decipitur et errat *ib.* arg. 2 — est una contrariorum I 811 6\*

— Opinabilia sunt quae non habent cognosci nisi per quandam coniecturam II 540 a — Omne probabile est opinabile V 407 arg. 7

— adhaeret rationi propter se III 520 arg. 4 — principaliter inicitur rationi probanti III 521 b — generatur ex probabili ratione III 520 f. 1, 2, arg. 2. 521 a

— Opinari est rationis conferentis I 478 b

## OPP

— et scientia sunt in eodem et secundum idem et respectu eiusdem, habentes diversas et oppositas condiciones V 31 18\*

— est circa complexum III 514 f. 3

OPPOSITA — Aliquid opponitur alteri aut contradictorie, aut contrarie, aut privative, aut relative I 420 arg. 3 — Triplex genus oppositionis, contradictionis, contrarietatis et relationis III 178 a

— Oppositio est relatio aequiparantiae IV 803 arg. 2

— Aliqua opponuntur materialiter, vel formaliter II 970 f. 2

— nata sunt fieri circa idem I 30 f. 4. 32 f. 4. 314 arg. 5. II 585 arg. 3. 642 f. 4. 643 b. 827 arg. 2. 913 arg. 5. 951 f. 3. III 61 arg. 3. 515 f. 4. 566 arg. 5. 579 f. 3. 773 arg. 3. IV 19 arg. 5. 323 arg. 3, 4 — Oppositio directa intelligitur semper circa idem I 106 d. 7 — nata sunt fieri circa idem subiectum, quod sit substantia II 938 1\* — nata sunt fieri circa substantiam eandem numero, sed non circa idem accidens numero, sed specie *ibid.* — nata sunt fieri circa idem, nisi alterum insit per naturam sive ad modum naturae I 315 5\*. II 182 1\*. 193 5\*. 288 3\*

— possunt habere aliquid commune quantum ad genus subiectum et quantum ad genus praedicabile I 767 4\* *Vide V. Contrarium.*

— unum non denominat reliquum III 108 arg. 1

— unum non habet ordinari ad suum oppositum sicut ad causam et complementum III 11 5\* *Vide V. Causa (425 c) et V. Forma 28.*

— non possunt esse in eodem I 53 arg. 3. 437 a — Impossibile est, duo contraria esse in eodem subiecto I 747 a. II 445 f. 4 — non sunt compossibilia circa idem numero, quod est unum individuum II 101 4\* — unum non est in altero nec est cum altero circa idem II 813 arg. 3

— possunt esse simul in uno universalis II 101 4\* — possunt esse in materia secundum essentiam *ibid.*

— Ubi contraria sunt secundum esse spirituale, simul possunt esse in eodem et secundum idem IV 281 arg. 2. 932 f. 4

— non sunt simul in eodem individuo I 482 f. 4 — non sunt simul vera de eodem I 750 a — Contraria nulli rei simul insunt II 812 f. 2 — non possunt fieri circa idem simul et semel II 653 arg. 1 — Deus non potest facere, quod opposita sint simul III 9 arg. 5 — Unus non potest esse simul albus et niger I 587 b — duo non possunt esse simul in eodem I 751 arg. 5. III 332 f. 2. 800 f. 4. IV 342 d. 7. 425 arg. 4 — Nihil potest esse nec intelligi simul et semel sub duobus oppositis II 868 2\* *Vide V. Actio (441 a) et V. Motus (466 a).* — oppositione formali et directa non possunt simul esse II 813 a, b

— Unum oppositum alteri est impossibile, unum tamen alteri potest succedere I 696 4\* — non faciunt discretionem personalem, sed successive possunt esse circa idem individuum II 105 f. 5 —

Oppositio formarum nulla est, nisi considerentur respectu eiusdem temporis I 183 5\*

— Oppositae qualitates non possunt esse in eodem et secundum idem III 85 f. 5 — Impossibile est, quod duo opposita insint eidem et secundum idem I 752 b. III 205 f. 1. 353 arg. 4 — possunt esse circa idem secundum diversas vias IV 570 3\* — Impossibile est, duo opposita inesse eidem secundum eadem principia, maxime naturaliter causantia II 469 f. 4

— quodcumque sunt circa idem, necesse est, quod alterum vel utrumque cadat a sui proprietate IV 568 arg. 3

— non sunt simul vera de eodem et respectu eiusdem I 223 arg. 1. V 31 18\*

— Contraria non sunt quae non sunt respectu eiusdem nec omnino eodem modo insunt eidem, sed unum per se, alterum per accidens III 356 b

— respectiva habent legem oppositionis, secundum quod ad idem comparantur II 938 3\* — Relative opposita non possunt esse circa idem secundum idem et ad idem, sed comparata ad diversa II 564 3\* — quae non opponuntur ratione eius quod sunt, sed ratione eius ad quod sunt, possunt simul stare II 813 b

— expelli habet per suum oppositum II 677 3\*. III 688 b — Contraria mutuo se expellunt II 100 arg. 4. 815 2\*. IV 281 arg. 2 — Contraria mutuo se expellunt, nisi alterum insit per naturam IV 771 4\* — Simpliciter et directe opposita mutuo se expellunt II 813 a. III 801 3\*

— Si unum oppositorum immediatorum circa suum susceptibile abest, necesse est, inesse sibi oppositum III 800 arg. 6 *Vide V. Contradictio.*

— Accedere ad unum oppositorum est recedere a reliquo IV 491 f. 1

— Tantum unum uni opponitur II 812 arg. 2. 829 arg. 4. 960 arg. 4. IV 27 arg. 2 — Unum tantum uni opponitur in uno genere oppositionis et secundum idem et per se loquendo II 813 2\* *Vide V. Multiplicatio* in Indice gener.

— Si unum oppositorum dicitur multipliciter, et reliquum, sed si unum non dicitur multipliciter, nec reliquum I 810 arg. 4 — Quoties dicitur unum oppositorum, toties dicitur reliquum III 193 arg. 2 — Multiplicato uno oppositorum, multiplicatur et reliquum, secundum quod ei opponitur II 961 4\* — Multiplicato uno oppositorum non secundum divisionem in partes subiectivas, sed secundum diversas significationes, multiplicatur et reliquum II 655 3\* — Si unum oppositorum dicitur multipliciter non divisione univoci, sed multiplicis, multipliciter dicitur et reliquum III 763 4\*

— minuitur, cum suo opposito permiscetur III 163 4\* — Omne, quod diminuit alterum, est illi oppositum I 314 f. 3

— Quod repugnat alicui propter statum imperfectum multo fortius secundum statum perfectum V 103 arg. 7

— iuxta se posita magis elucescunt I 495 a. 831 b. 833 b. II 428 d. 4. 1002 4\*

## ORD

— sibi invicem comparata et simul visa magis elucescunt et etiam decorant universum IV 1049 f. 3 *Vide V. Cognitio 25.*

— Oppositorum eadem est disciplina III 568 arg. 2

— non infert oppositum I 154 arg. 6

— Quod infert aliud non potest stare cum eius opposito V 103 arg. 5 *Vide V. Illatio* in Indice gener.

— habent oppositos effectus IV 870 arg. 4 — Quae habent oppositos effectus directe opponuntur II 937 f. 3 — Si affirmatio est causa affirmationis, et negatio causa negationis I 174 d. I *Vide V. Causa (425 c sq.).*

— Cum unum non stat cum alio, necesse est, eius oppositum stare V 97 f. 6

— Si oppositum in opposito, et propositum in proposito, per se loquendo III 666 arg. 4. IV 921 f. 4. V 11 arg. 11 — Si propositum de proposito, et oppositum de opposito, intelligendo per se III 627 3\* — Si oppositum de opposito in oppositis immediate, et propositum de proposito III 817 5\* — similiter se habet ad oppositum sicut propositum ad propositum III 505 d. 4 — Ad opposita sequuntur oppositae proprietates III 570 2\* — Ad oppositum consequentis sequitur oppositum antecedentis I 677 f. 3

— Quod est simile uni oppositorum in quantum tale est dissimile eius opposito V 41 arg. 12

— Oppositio in adiecto III 138 f. 2. 249 arg. 5. 840 arg. 4. V 50 6\*

Ordo — est parium dispariumque sua unicuique tribuens loca dispositio I 372 arg. 2. V 179 f. 4. 181 a — Ubi cumque est gradus, oportet ponere ordinem IV 625 arg. 5 — est, ubi maius praepositur minori III 638 f. 4 — est necessarius, ubi unum respicit plura non aequae primo, sed unum per prius et alterum per posterius *ib.* f. 5

— est relatio ordinatorum II 829 a. IV 646 arg. 1, b — importat habitudinem et in creaturis dependentiam I 373 5\*

— Ubi est ordo, ibi est proportio, non stricte, sed large dicta pro quacumque habitudine secundum convenientiam analogiae III 639 2\*

— Ordinatio respicit ipsum ordinabile et illud, secundum quod est ordinabile, et illud per quod ordinatur II 813 a — In ordinatione concurrunt quid ordinatur, et per quid, et ad quid I 722 d. 1

— Non dicitur ordinatum illud, per quid, vel ad quid aliquid ordinatur I 722 d. 1 — Cuiuscumque est ordo, ipsum ordinatur I 373 arg. 1 — est alicuius aut ut ordinati, aut ut rationis ordinandi I 374 b. 480 d. 5 — Aliquid est ordinatum ut ordinis susceptivum, vel ut dispositivum, vel ut ostensivum I 831 a

— Aliquid est ordinabile in se, vel per accidens in alio et per aliud II 816 5\*

— Esse ordinatum praesupponit esse in his, quae per se ordinantur, in his autem, quae ordinantur per accidens, non praesupponit esse in se, sed ratione illius, in quo vel per quod ordinantur II 816 5\*

— Nihil est ordinabile per se et in se nisi quod est ens et aliqua natura I 831 a, 2\* *Vide V. Privatio.*

— respicit dispositionem ordinatorum I 528 d. 3

— Ubi est ordo, ibi est ordinatorum distinctio I 182 f. 3. III 440 arg. 3. IV 614 arg. 1 — praesupponit distinctionem II 295 arg. 5. III 70 arg. 4. 638 arg. 1. IV 150 a — concernit distinctionem in partibus IV 619 a — praesupponit numerum I 372 arg. 6. 772 a — Quaecumque habent ordinem habent numerum et distinctionem I 247 f. 3. 373 arg. 1 — Non ordinantur ad aliud nisi numerata I 772 a

— Eiusdem ad se non est ordo IV 425 arg. 6

— qui attenditur secundum gradum et positionem inter res consimilis generis, ponit simpliciter distinctionem, sed quando unum est propter alterum, non oportet, ibi esse numerationem III 441 3\* — localis sive secundum positionem praesupponit distinctionem secundum numerum, sed ordo secundum naturam sive secundum naturalem intelligentiam attenditur inter superius et inferius, inter quae non cadit numerus I 373 6\* *Vide V. Prius* in Indice gener.

— omnis habet de necessitate infimum et summum et medium II 41 f. 2

— Ubi est ordo, ibi est ratio primi et ultimi V 4 arg. 6 — perfectionis necessario ponit primum, medium et ultimum V 84 f. 2 — Ubi est perfectus ordo, ibi est ratio principii, medii et ultimi V 371 12. 381 7

— Ubi est ordo, ibi est terminatio, non infinitas I 53 f. 2 — actualis habet primum et ultimum V 6 6\* — deficit, ubi est infinitas secundum numerum I 772 f. 5 — Ipse ordo, aut eius perfectio et complementum privatur per infinitatem I 613 f. 3

— potest esse in pluribus, quorum unum est ab altero, tanquam in uno subiecto II 961 3\*

— est secundum positionem, secundum antecessionem et secundum originem I 372 b — aut est prioritatis, aut dignitatis, aut originis I 613 f. 2 — in creaturis est secundum rationem durationis, situationis et

influentiae, scilicet per prius et posterius, superius et inferius, nobilius et ignobilius V 299 14 — est secundum superius et inferius, vel secundum prius et posterius IV 846 a. V 378 12 — est temporis, vel dignitatis III 94 d. 2. 638 f. 2. 747 arg. 3. 748 1\* — est secundum nobilitatem, vel secundum durationem I 703 3\* *Vide V. Prius* in Indice gener.

— est in aliquibus quantum ad finem, aut quantum ad naturae dignitatem II 46 a

— secundum positionem dicitur aliquorum, quorum unum est superius, aliud inferius I 372 b — secundum positionem est loci, vel dignitatis *ibid. Vide V. Gradus* in Indice gener. — potest accipi ad id quod est supra, vel infra, vel iuxta III 638 f. 2. IV 846 a

— attenditur secundum ascensum et descensum IV 508 b — est in ascendendo et descendendo, ita quod ab infimo pervenitur ad supremum per media et e converso II 421 arg. 6 *Vide V. Inferius* in Indice gener. — non est procedere de perfecto ad imperfectum II 449 f. 5. V 244 h — non est a maiori perfectione ad minorem, sed e converso IV 131 arg. 1 *Vide V. Imperfectum* in Indice gener.

— prout dicit relationem, ita respicit quod est inferius sicut quod est superius IV 617 4\*

— secundum nobilitatem ponit extrema simul I 703 3\*

— Ubi est ordo, ibi est prius et posterius I 374 arg. 3 — est rei posterioris I 61 d. 10 — non est nisi prioris ad posterius I 188 d. 3 — secundum antecessionem est eorum quorum unum prius est altero I 372 b — Ordine durationis alter est prior altero I 188 d. 3. 375 a, 5\*. V 95 1\*

— durationis importat, extrema non esse simul, et ipse alia ratione est simul cum antecedente, alia simul cum subsequente I 703 3\* — Ubi est ordo secundum antecessionem, non est omnimoda simultas nec aequalitas I 372 arg. 3, b. V 95 1\*

— ubi est diversitas in natura, ponit posterioritatem naturae I 375 a. V 95 2\* — Essentialiter differentes non possunt habere ordinem nisi secundum rationem prioris et

posterioris V 114 1\* — causarum per essentialem diversitatem attenditur secundum comparisonem posterioris ad primum *ibid.*

— est temporis, vel naturae tantum III 57 d. 3 — Aliquid est prius quantum ad ordinem naturae, vel durationis III 381 1\* — aliquid potest praecedere tempore, vel origine III 675 3\* — est secundum rationem prioris et posterioris, vel originis V 95 1\*. 114 1\*. 311 3

— Habentia ordinem secundum naturam simul esse possunt tempore absque aliqua impossibilitate III 94 4\* — Non oportet, quod quaecumque habent ordinem naturae habeant ordinem durationis successivae II 294 6\* — Quod naturaliter antecedit potest esse tempore simul III 138 arg. 5. 139 a. IV 419 4\* — Aliquid prius secundum naturam vel secundum ordinem intelligendi tempore simul est III 335 5\*

— secundum originem sive emanationem est producentis ad productum I 372 b — Ordine originis est alter ex altero I 188 d. 3. 375 a, 5\*. V 95 1\* — secundum naturalem originem in his inferioribus dicit emanationem et antecessionem I 374 b

— fluit a principio in medium II 21 f. 2 — Ad hoc, quod sit ordo perfectus, necesse est, quod omnia reducantur ad unum principium V 219 a — prioritatis et posterioritatis non est nisi per reductionem ad primum V 494 a sq. 378 12 *Vide V. Primum* in Indice gener. — completus secundum sub et supra non est nisi per reductionem ad summum V 494 b

— In omnibus ad hoc, ut sit concordia et decor, oportet, quod sit ordo IV 508 b — necessarius est in multitudine, ut sit pulchritudo et rectitudo IV 614 f. 4, b

— dicit rationem completi esse et boni I 372 f. 4 — facit ad perfectionem IV 1010 f. 4

— est necessitatis, vel congruitatis IV 625 b

— rerum inferiorum potest esse optimus I 786 4\* — Quod minimum habet de bono tamen optime ordinatum est II 17 2\* — rei etiam vituperabilis est laudabilis II 844 1\*

— necessarius contingentium *vide V. Contingentia* in Indice gener.

## P

PARS — communiter dicitur omne, quod venit in compositionem alicuius, sive secundum realem compositionem sive secundum rationem, ut quae cadunt in definitione III 183 d. 1 — minus communiter dicitur illud quod venit in constitutionem alicuius secundum rem et naturam, sive habeat quantitatem sive non; magis proprie vero, quod habet quantitatem continuam vel discretam *ibid.* — et pars ponitur, ubi est vera quantitas V 91 9\* — propriissime dicitur quod venit in constitutionem alicuius realem et quantitativam

secundum certam et determinatam mensuram, ita quod aliquoties sumta reddit totum III 183 d. 1 — quaelibet continui est continua V 92 14\*

— aliquotae dicuntur, quae sumtae aliquoties reddunt totum II 297 a. III 183 d. 1

— continetur intra totum nec ponit in numerum III 193 6\* — sunt de toto substantialiter I 115 b — nec est eadem toti omnino nec simpliciter diversa I 104 d. 2

— ordinantur ad formam compositi IV 883 f. 5. 884 a *Vide V. Compositio.* —

Ex partibus integrantibus fit tertium II 598 arg. 6 — constituunt totum unitate constitutiva III 160 f. 3. 161 b

— integrales constituentes aliquod totum debent esse simul IV 397 d. 1. V 92 14\* *Vide V. Accidens (407 a).*

— semper simplicior est toto V 74 arg. 6

— sub ratione partis habet esse imperfectum respectu totius I 355 f. 3 — suum esse completum non habet, nisi secundum quod est in toto II 49 f. 3 — est minus nobilis quam totum II 411 f. 2 *Vide V. Compositio.* — Quod dicitur ex

## PAS

parte aut sonat in imperfectionem, aut in imperfectionem et oppositionem ad perfectum III 689 1\*

— In omni creatura prius cadit ratio partium quam totius I 629 f. 2

— sunt essentiales, vel integrantes I 168 a — sunt substantiales, vel quantitativae II 415 5\* — diversificant aliquid essentialiter, vel secundum statum IV 412 d. 1 — quaedam sunt integrales, quaedam subiectivae II 598 arg. 6. IV 382 a. 397 d. 1. 618 arg. 2

— substantiae sunt in genere substantiae per reductionem ut principia integritatis II 562 b

— integralis non recipit denominationem totius IV 226 d. 3. 397 d. 1. 618 arg. 2 — De partibus unius naturae in toto homogeneo praedicatur totum IV 397 d. 1 — constitutivae non praedicantur de toto nec de se invicem III 172 2\* — significatae in abstractione non praedicantur de se *ibid.* *Vide V. Compositio.* — subiectivae denominantur a toto II 600 6\*. IV 397 d. 1

— potestativae rem non plurificant et tamen recipiunt praedicationem totius, quia naturam habent quodam modo partium subiectivarum IV 397 d. 1. 619 a — plures potestativae egrediuntur ab uno IV 397 d. 1

— Proprietas partis denominat totum III 138 arg. 4. 258 d. 2 — Proprietates absolutae partis denominant totum, non vero proprietates respectivae III 139 4\* *Vide V. Synecdoche* in Indice gener.

— A partibus divisim sumtis non proceditur ad easdem, ut colliguntur in unum V 41 13\*

— omnis turpis est, quae non convenit suo universo V 120 arg. 15

— materiales potius dant pati quam agere, formales dant actum et virtutem toti I 312 3\*

PARTICULARE — *Vide V. Individuum.*

PASSIO — Passum dicitur relative, quia dicit respectum annexum ad agentem I 615 d. 4 *Vide V. Actio (408 c).* — est effectus et illatio actionis III 385 arg. 2 — non est, nisi naturaliter praecedat actio V 239 b

— dicitur, ut est in patiente III 433 d. 4

— repugnat actui I 629 arg. 3

— Quod potest pati deficit a posse I 360 f. 3. 370 arg. 1. 748 arg. 2 — In patiendo potentia succumbit V 216 a

— Inferius patitur a superiori IV 1023 arg. 1 — Superius non patitur ab inferiori II 752 arg. 3 *Vide V. Agens* et in Indice gener. *V. Influentia* et *V. Nobilitas.* — Quod nullo modo habet contrarium aliquid nec superius non potest pati ab aliquo agente III 353 arg. 3 *Vide V. Contraria* in Indice gener.

— proprie spectat ad corporalia seu mutabilia V 212 b

— Quod potest pati habet materiam II 414 b *Vide V. Materia 24* et *V. Privatio.*

— recipit numerationem ex parte subiecti et mensurae et principii III 194 1\*

— in tertia specie qualitatis non perseverat II 229 b. IV 340 d. 1 *Vide V. Qualitas.*

— propria *vide V. Proprium.*

— Passibilis qualitas est, quae infert passionem sensui exteriori, non interiori vel intellectui IV 137 b

PER SE — aliquid praedicatur, quando est essentialis habitudo unius ad alterum III 172 4\* — dicitur contra per accidens, sive contra per aliud I 567 d. 6 — Per se, ut dicit secundum quod ipsum, opponitur ei quod est per aliud, alio modo opponitur ei quod est per accidens I 45 d. 15 — opponitur ei quod est per aliud in essentia vel per aliquid quodam modo idem, quodam modo diversum I 524 a *Vide V. Accidens (408 b).*

— Illi soli inest res per se, cui inest proprie I 657 arg. 2 — Quod dicitur de aliquo per se perfectiori modo dicitur de eo quam de alio, de quo dicitur per accidens I 523 f. 4

— Ad dici per se in creaturis sequitur necessarium I 524 b, 3\* — Quod praedicatur per se de aliquo semper inest illi I 523 arg. 3

— Quod convenit per se convenit universaliter, ergo pro quolibet suo supposito III 126 arg. 4. 170 arg. 4

— Illud per se inest alicui, quod habet ortum ex propriis principiis illius II 638 arg. 6. 810 arg. 4 — Quae per se insunt naturaliter insunt III 235 f. 3. IV 280 f. 1

— Quod per se inest alicui non solum inest illi coniuncto materiae, sed etiam abstracto et separato IV 280 f. 1

— In his quae per se dicuntur, si simpliciter ad simpliciter, et magis ad magis, et maxime ad maxime II 809 arg. 1. IV 946 arg. 1. V 7 arg. 5. 33 arg. 10. 128 f. 30, 31 — In his quae per se dicuntur, et magis ad magis, si terminus eodem modo accipiatur, cum dicitur simpliciter et cum dicitur cum excessu II 811 1\*

— Per se verum *vide V. Propositio.*

PHILOSOPHIA — est veritatis ut scrutabilis notitia certa V 474 5, 6 — docet eloquia veritatis V 475 7 — Lumen cognitionis philosophicae illuminat respectu veritatis intellectualis V 319 1. 320 4

— Lumen cognitionis philosophicae illuminat intellectivam V 320 4 — consistit in intellectu pure speculativo III 776 b

— Lumen cognitionis philosophicae dicitur interius, quia interiores causas et latentes inquit per principia disciplinarum et veritatis naturalis V 320 4

— Scientiae philosophicae super prima principia sua fundantur V 476 13 — Scientiae philosophicae habent regulas certas et infallibiles tanquam lumina et radios descendentes a lege aeterna in mentem nostram V 305 7 — Per documenta philosophica cor stabilitur V 490 7

— Scientia humanae philosophiae fundata est super principia rationis III 776 b — Philosophi sunt investigatores secundum potentiam rationis V 366 6 — illa ponit, quae magis videntur rationi consona II 296 b

— Philosophica scientia via est ad alias scientias V 476 12

## PIII

— Claritas scientiae philosophicae est magna secundum opinionem hominum mundialium V 474 3. 475 12 — Scientia philosophicae significatur per argentum V 490 7

— Scientia philosophica comprehendit multas scientias V 474 4 — Philosophi dederunt novem scientias V 349 1. 357 22 — est tripartita I 75 arg. 1 — Tres partes philosophiae philosophi non invenerunt, ut essent, sed quia iam secundum veritatem essent, adverterunt V 349 2. 360 1

— aut est naturalis, aut rationalis, aut moralis V 305 6 — Lumen cognitionis philosophicae triplicatur in rationalem, naturalem et moralem V 320 4. 321 6 — describitur secundum triplicem rationem, ut naturalis, ut rationalis et ut moralis V 474 6. 475 11 — est triplex secundum veritatem rerum, sermonum et morum V 349 2, 5. 354 1. 360 1. 474 7 — illuminat hominem ad veritatem vitae, ad veritatem scientiae et ad veritatem doctrinae V 321 4

— aut illuminat ad cognoscendas causas essendi, aut rationes intelligendi, aut ordinem vivendi V 320 4. 349 3

— est speculativa, vel practica V 490 7 — dividitur in theoreticam et practicam V 203 a

— non tantum agit de veritate morum, verum etiam de vero nuda speculatione considerato V 203 a

— agit de rebus, ut sunt in natura, seu in anima secundum notitiam naturaliter insitam, vel acquisitam V 205 a

— Cognitio philosophica terminatur in causa summa, ut est principium causatorum V 210 b

— **rationalis** veritatem sermonum considerat V 320 4. 349 2. 357 22. 474 7 — rationalis est notitia de sermonibus V 349 5 — Rationalis philosophiae principalis intentio versatur circa sermonem V 323 15 — sermocinalis illuminat ad veritatem doctrinae V 321 4 — Scientia sermocinalis est de signis I 6 arg. 4

— rationalis agit de ratione intelligendi V 305 6. 320 4. 349 3 — Scientia rationalis respicit Deum, in quantum est ratio intelligendi V 349 3. 474 6

— sermocinalis illuminat intellectivam, in quantum regit interpretativam V 320 4. 349 4

— rationalis dividitur in grammaticam, logicam et rhetoricam V 305 6 — Scientia sermocinalis est triplex, scilicet grammatica, logica et rhetorica V 475 8 — Scientia sermocinandi est grammatica et rhetorica III 526 a — rationalis in rhetorica consummatur V 475 12

— Scientia sermocinalis considerat circa sermonem congruitatem, veritatem et ornatum V 321 4. 323 17 — Radius veritatis sermonum informat ad considerationem locutionum, argumentationum, persuasionum rationalium V 352 18. 354 1. 357 22 — Homo per radium veritatis sermonum habet artem ad locutiones congrue indicantes mentis conceptus, ad argumentationes trahentes omnis mentis assensus, ad persuasiones inclinantes mentis affectus V 352 18.



357 22 — sermocinalis facit, ut sermo sit discussivus, inquisitivus et persuasivus V 475 8

— naturalis veritatem rerum considerat V 320 4. 349 6. 474 7 — Scientia naturalis est de rebus I 6 arg. 4 — naturalis illuminat ad veritatem scientiae V 321 4

— naturalis agit de causa essendi V 305 6. 349 3. 354 1 — physica illuminat ad cognoscendas causas essendi V 320 4 — Scientia naturalis respicit Deum, in quantum est causa essendi V 474 6

— naturalis illuminat intellectivam, in quantum regit se ipsam V 320 4. 349 4

— Naturales philosophi sciunt naturam rerum V 386 15

— naturalis dividitur in metaphysicam, mathematicam et physicam V 305 6. 321 4 — Notitia veritatis rerum uniformis est, secundum quod sunt formae concretae, formae abstractae et formae separatae V 475 9 — naturalis considerat rationes formales in comparatione ad materiam, ad animam et ad divinam sapientiam V 321 4 — Principalis intentio naturalis philosophiae versatur circa rationes formales in materia, in anima et in sapientia divina secundum habitudinem proportionis, secundum effectum causalitatis et secundum medium unionis V 324 19 — naturalis considerat mundum quantum ad essentiam, figuram et naturam V 349 6. 354 1. 357 22 — Radius veritatis rerum dirigit ad quidditatum differentias occultas considerandas, ad figurarum proportionem manifestas, ad naturarum proprietates ex utroque permixtas V 350 6. 357 22

— moralis illuminat ad veritatem vitae V 321 4 — moralis veritatem morum considerat V 320 4. 474 7 — moralis agit de ordine vivendi V 305 6. 320 4. 325 24. 349 3. 354 1 — Scientia moralis respicit Deum, in quantum est ordo vivendi V 474 6

— moralis illuminat intellectivam, in quantum regit motivam V 321 4. 349 4 — Ad moralem pertinet speculatio transiens in affectum et effectum V 356 12 — Ars moralis non in sola speculatione stat V 357 21 — Scientia moralis dicitur practica, quia est de operibus procedentibus a libera voluntate III 325 5\*

— Ethicus reducit omnia ad unum summum bonum ut ad finem ultimum V 334 13 — Ethicus considerat felicitatem, sive practicam, sive speculativam *ibid.*

— moralis principaliter versatur circa rectitudinem, quae est iustitia generalis V 325 23

— Veritas morum illustrat ad comprehensionem modestiarum, industrialium, institutarum V 354 1. 357 22

— moralis dividitur in monasticam, oeconomiam et politicam V 305 6. 321 4 — Scientia moralis est circa regimen vitae monasticae, vel oeconomicae, vel politicae V 321 4. 475 9

Physica — considerat naturas rerum V 354 1. 357 22 — est de naturis, virtutibus et operationibus diffusivis V 305 6

— Philosophus naturalis considerat naturas corporum caelestium et elementarium V 352 17 — Naturales considerant de corporibus et mineralibus V 357 21 — Physicus considerat formas concretas V 475 9 — Naturalis considerat naturarum proprietates partim occultas et partim manifestas V 350 6. 352 17. 357 22

— considerat rationes formales in materia secundum effectum causalitatis V 321 4. 324 19 — De consideratione physici est medium naturae virtuali diffusionem pervalidum V 331 11. 332 18 — Philosophia naturalis considerat virtutes rerum V 475 9 — Philosophi processerunt ratiocinando secundum naturas et causas inferiores et aspererunt principia componentia et operationes convenientes per virtutem naturae II 716 a

— Naturalis consideratio est de causis occultis, de qualitate, de quantitate et influentia corporum V 350 6

— Naturalibus in his quae dicunt circa suam scientiam, credendum est II 727 f. 1

— Physicus considerat mobile V 332 18 — Physicus considerat omne corpus mobile sive ad situm, sive ad formam II 97 a

— Philosophus naturalis considerat omnia per motum, considerat enim de motu, de principiis motus et causis V 352 17

— Naturalis considerat generationem et corruptionem II 97 a — Physicus considerat res, secundum quod per naturam producuntur II 442 a — Physica consideratio est circa rerum generationem et corruptionem secundum virtutes naturales et rationes seminales V 321 4. 324 21 — Physicus considerat generationem secundum influentiam corporum caelestium in elementa et ordinationem formarum V 332 18

POTENTIA — Ens in potentia simpliciter inter non ens et ens actu est medium, sed non oportet, quod duratione sequatur unum et praecedat alterum II 294 6\* — Ens potentiale venit ab esse actuali necessario in diversis V 379 17 — Esse potentiale praecedit esse actuale in eodem *ibid.* *Vide V. Actus.*

